Finlay
Zambelli
US$185/2v.

S. GADDONI - G. ZACCHERINI

CHARTULARIUM IMOLENSE

VOL. II.

ARCHIVA MINORA

(1033 - 1200).

IMOLAE

EX TYPIS SOC. TYP. IULII UNGANIAE

1912

S. GADDONI - G. ZACCHERINI

CHARTULARIUM IMOLENSE

Vol. II.

ARCHIVA MINORA

(1033 - 1200)

IMOLAE

EX TYPIS SOC. TYP. IULII UNGANIAE

1912

IURA MANCIPII SIGNIFICATA IN UTROQUE VOLUMINE

DEPOSITARIUS
MAX BRETSCHNEIDER
VIA DEL TRITONE, N. 60
ROMA

PRAEFATIO

Hoc alterum ac postremum volumen Chartularii Imolensis, quod inscribitur Archiva minora, ea complectitur octo archiva, quae, si forte S. Cassiani excipias, Forocornelii vel circa, documenta continent saec. XIII superiora.

Primas autem dabimus ecclesiasticis prius illud volumen complentibus, ubi maximam et locupletissimam documentorum copiam quae ad S. Cassiani extant edidimus, ita dispositis: Archivum S. Mariae in Regula, Archivum S. Laurentii, Archivum S. Donati, Archivum Mensae episcopalis.

Archivum S. Mariae in Regula conplectitur 238 documenta saec. XI-XII quae adhuc omnem scientiae pervestigationem affirmaverimus effugisse. Antonius Ferri, de quo mentionem fecimus in praefatione ad prius volumen, cognovit hoc quidem archivum, sed illud, ut aliquot alia, non disposuit, neque aliud ex eius chartis nisi perpauca regesta excerpsit.[1] Praeter Ferri,

[1] Ferri, vol. II, pp. 491-6. Nihil aliud facit nisi regesta sive potius attigit chartas a nobis editas nn. 489, 492, 532, 561, 575, 585, 630, 637, 656, 668, 677, 690, 697, 698, 699, 701; atque tredecim saec. XIII et novem saec. XIV. Pag. 292 refert sequentem notam: « Le scritture più antiche di S. Maria in Regola sono degl' anni 1139, 1080, 1105, 1134 1093, 1214, 1202, 1169, 1131, 1194, 1200, 1209, 1143, 1219, 1170, 1190, 1100, 1145, etc ». Desunt nunc chartae an. 1105 et 1100; sed verisimile est Ferri eas enumerasse dationibus erratis in versu complurium earum.

perspexerunt, non penitus, saec. XVIII hoc archivum Manzoni et Zaccaria quo copiosius suas Forocorneliensium episcoporum conficerent historias.[1] Postea, si qui illud allegarunt, eos secuti sunt, ita ut oblivione, paene dixerimus, obrueretur. Quare factum est ut direptionibus careret quibus his extremis temporibus haud pauca nostra archiva obnoxia fuerunt.

Archivum S. Mariae in Regula fuit monachorum S. Benedicti, quorum opera Mariae sideribus receptae dedicata est Forocornelii prima aedes, cuius custodes usque ad dimidiam partem saec. XV ipsi fuerunt. Illis successit in principatu coenobii imolensis abbas commendatarius plerumque ex cardinalium collegio, qui ecclesiae curam clero saeculari committebat. Anno 1564 abbas commendatarius Alexander Riarius cardinalis eam tradidit monachis Olivetanis, quibus anno 1798, Gallica ditione expulsis, successit clerus saecularis abbatis commendatarii potestati creditus. His rerum conversionibus tria archiva seiuncta extiterunt ad S. Mariae in Regula: antiquum illud ad quod in praesens incumbimus, cui semper praefuit abbas commendatarius eique ideo etiam ex abbatia nomen est inditum; Archivum parochiale ex Concilio Tridentini praeceptis ortum, quod apud eam quam supra commemoravimus aedem adhuc conservatur; Archivum denique monachorum Olivetanorum Bononiam in Archivum Status, illis expulsis, collatum. Coenobii autem bona a Pio IX delata sunt ad S. Congregationem de Propaganda fide per bullam emissam die 30 septembris an. 1853, ob eamque rem eius praefectus retinet etiam nunc nomen abbatis commendatarii S. Mariae in Regula. Ex eo tempore S. Congregatio de Propaganda fide habet

[1] Cf. *Scriptores in notis bibliographicis citatos* in fine huius voluminis.

Imolae officium administrationis in aedibus episcopalibus, ubi est etiam archivum de quo loquimur, cura et opere Francisci Baldassarri episcopi nostri, cui debetur maximus studiosorum plausus, si hoc archivum parvum mole, sed pretiosis documentis magnum, tandem dispositum habemus.[1] Quod ut disponerem accitus ego infrascriptus inveni plurimas chartas, volumina et instrumenta ad administrationem monasterii spectantia.

Chartae, praeter duodecim fragmenta saec. XIII-XV, sic dividi possunt:

4	pertinent	ad	saec.	XI
220	»	»	»	XII
142	»	»	»	XIII
203	»	»	»	XIV
52	»	»	»	XV
12	»	»	»	XVI.

Volumina instrumentorum ad procurationem bonorum monasterii spectantium, sunt magnam partem saec. XIV, pauca inveniuntur quod ad saec. XV, plura

[1] Cogitatum est saec. XVIII disponere hoc archivum, ut colligitur ex nota in eodem archivo servata (Cl. I, s. III, fasc. 9, IV): « Questo dì 3 aprile 1773. — Nota delle pergamene dell'Archivio dell'Abadia di S. Maria in Regula. — Del sec. XI n. 3; del sec. XII n. 219; del sec. XIII n. 125; del saec. XIV n. 185; del sec. XV n. 55; del sec. XVI n. 17; del sec. XVII n. 1; pergamene rotte, senza principio o senza data n. 18. Sommano n. 623. Sarà facilissimo non solo il ritrovare non contate giustamente le pergamene suddette, attesa la moltitudine di esse, ma molto più il trovare fallato l'anno, il mese e giorno in non poche delle medesime, giacchè fu ciò fatto da più di una persona, con sollecitudine e non con tutta l'acuratezza, prevvedendo già di doverle poi riveder tutte ad una ad una attentissimamente nel farne l'ideato inventario con il ragionato ristretto di ciascuna, e ciò per aderire alli venerati comandi del sig. archidiacono Codronchi vicario dell'eminentissimo abbate il sig. card. Guglielmi. Il sig. cardinale ne diede un'ampio permesso con lettera del sig. abbate Domenico de Pauli suo aud.e de' 16 gennaio 1773 diretta al suddetto sig. vicario. Scrissi io A(lessandr)o R(anucci)o S(assatell)i.

hic sunt quae attinent ad saecula posteriora, sed minoris momenti. De hoc archivo, cuius edere posse separatim spero regesta omnium chartarum a saec. XIII usque ad saec. XV, id etiam spectans ut hoc sit primum voluminum in quae congerantur Regesta Chartarum Imolae, quam ob rem omnes meos harum rerum studiosos appello cives, plura persequar cum foras proferam eius enumerata, inceptum opus, documenta. Neque tamen omittam quae ad chartas huic editioni inserendas pertinent.

Varia sunt vetera repertoria huius archivi in quibus non solum de bonis quae moveri possunt aut non possunt templi et monasterii S. Mariae in Regula, sed etiam de documentis, quae in eo sunt, mentio iniicitur. Primum completum est die 23 mensis augusti an. 1413, ubi exponuntur accuratius volumina instrumentorum, pauca autem de antiquis chartis; en textus verba: « In lo studio abatis multi livri e scripture fra i quagli . . . una bolla papale de Eugenio de le indulgentie bolada. — Una bolla de Inocentio quarto. — Una bolla de Fedrigo inperadore e moltẹ altre bolle papale e livri, filçi e scripture come apresso dirò . . . Item quoddam privilegium donationis facte monasterio plurium fundorum per dominam Ghisilam cometissam. — Item unum privilegium papale Inocentii scriptum et insinuatum, non bulatum. — Item aliud privilegium parvum Benedicti summi pontificis bulatum bulla plonbea. — Item aliud privilegium Inocentii summi pontificis electionis abatis Vincencii bulatum bulla plonbea. — Item aliud privilegium eiusdem summi pontifficis transactionis eiusdem domini abatis, ut preferitur, bulatum. — Item aliud privilegium eiusdem summi pontifficis electionis et confirmationis dicti domini abatis Vicencii bulatum. — Item aliud

privilegium papale Eugenii aprobationis iurium monasterii, quod privilegium erat in quodam armario sub schala, bulatum bulla plonbea. — Item aliud privilegium Inocentii bulatum solempniter confirmationis bonorum et iurium eclesie et monasterii predicti. — Item aliud privilegium antiquum Eugenii summi pontifficis bulla plonbea bulatum. — Item quoddam privilegium * * imperatoris receptionis, tuitionis monasterii et promissionis tuitionis et conservationis eiusdem et bonorum et iurium magno sugillo aureo pendenti bulatum. — Item quoddam exemplum cuiusdam privilegii Federici inperatoris conservationis bonorum et iurium dicte eclesie. — Item una malitta[1] multarum et diversarum scripturarum et multorum et diversorum instrumentorum concessionis et locationis iurium eclesie et possessionum de Faxana. — Item unus fassiculus multorum antiquorum iurium que videntur dictum monasterium habere in eclesia S. Çeorgii de Medecina et aliis totis possessionibus ibidem positis. — Item aliud fassiculus certorum instrumentorum antiquorum et iurium que videtur dictum monasterium habere in possessionibus Moredani ».[2]

His tribus ultimis paragraphis continentur chartae quibus dedita opera studebimus, nam ceterorum privilegia foede perierunt. Perutiles quidem essent nostrae editioni donationes Ghisilae, idest Guillae comitissae, quae anno 1033 magnam donationem largita est etiam plebi S. Laurentii,[3] privilegia item caesarea atque bullae Eugenii III, quas tamen ultimas datum nobis est ut ederemus ex admodum imperfectis exemplis.

[1] sacculus
[2] Cl. I, s. III, fasc. 9, I, II, cc. 4 v, 9 v.
[3] Cf. n. 717.

Aliud repertorium documentorum Archivi S. Mariae in Regula confectum est anno 1655. In ipso accuratius describuntur chartae quam volumina instrumentorum, neque vero eorum dies semper habendi sunt veri similes. Cum hodie 224 chartas numeremus saec. XIII superiores, in illo repertorio solum 203 reperiuntur, quamvis in eo sint multae quae in nostro non apparent. Hae autem videntur abesse chartae: « 1100, investitura; 1100, venditio; 1100, donatio S. Laurentii; 1100, investitura; 1100, donatio unius tornaturiae terrae; 1100, sine inscriptione; 1100, venditio; 1100, testamentum; 1100, sine inscriptione; 1103, capitula parva de Marco Petricalli; 1105, investitura; 1107, investitura; 1108, investitura; 1110, sine inscriptione; 1120, investitura; 1121, donatio; 1130, donatio bonorum terrae in fundo Feligarii canonicis S. Laurentii; 1144, donatio S. Laurentii; 1147, concessio terrarum abbatis S. Mariae in Regula canonicis S. Laurentii; 1163, concessio partis casamenti factae ecclesie S. Laurentii; 1167, testamentum Berthae uxoris Gratiani;[1] 1185, venditio domus; 1186, conventio inter canonicos S. Laurentii et fratres hospitalis S. Ioannis circa sepulturam institutorum ».[2] Sed quod multa tempora haud recte nonnulli interpretati sunt, ut colligitur ex notis in versu chartarum scriptis eius fortasse manu, qui, quod diximus, repertorium redegit, et ob rationem admodum levem et imperfectam qua est redactum, putandum est non omnes, quas enumeravimus, interiisse. In eo repertorio nihil mentionis iniicitur privilegiorum monasterii, ut fit in alio edito anno 1413; solum duae bullae Eugenii III et una Inno-

[1] Cf. n. 659 ubi hoc testamentum invenitur sub an. 1177.

[2] Cl. I, fasc. 9, IV, II.

centii IV memorantur in brevi repertorio archivi redacto die 16 iunii an. 1666.[1]

Sed hoc in primis mirandum quod haec pretiosa chartarum copia fuerat maxima ex parte Archivi S. Laurentii de quo mox agemus. Quo anno et quibus de causis chartae S. Laurentii translatae sint in Archivum S. Mariae non satis constat. In repertorio anni 1413 nihil percipitur, in repertorio anni 1655 numeratae reperiuntur. Nobis autem non visum est seiungere chartas horum archivorum, eoque etiam magis quod illae chartae nullum prae se ferunt signum.

Chartae S. Mariae in Regula pessime servatae sunt quod et lacerae et maculis humoris corruptae, quamobrem qui repertorium confecit anno 1655 in temporibus haesit tum in versu chartae tum in repertorio.

Archivum S. Laurentii continetur parva chartarum congerie, quod ipse Antonius Ferri anno 1690 animadvertit, ibi invenit viginti duas chartas saec. XII-XV praeter instrumentum donationis ecclesiae S. Laurentii a comitissa Guilla die 26 mensis ianuarii an. 1033 factae, quod non adnumeravit, neque ceterarum chartarum regestis admiscuit.[2] Nunc vero S. Laurentii non extant nisi duae chartae saec. XII, duae saec. XIII, octo saec. XIV, tres denique saec. XV.[3]

Neque mirum est etiam Ferri aetate tam exiguas numero fuisse chartas, eas enim magnam partem cum chartis S. Mariae in Regula immixtas supra memoravimus. Hoc aequum erat plebem hanc suam habere

[1] Cl. I, fasc. 9, IV, III; cf. etiam notas ad n. 564 et 567.

[2] Ferri, II, pp. 447-8.

[3] Harum chartarum mihi in animo est edere regesta ut additionem voluminis chartarum S. Mariae in Regula de quibus supra mentionem feci.

historiam quippe quae usque ad extremum saec. XII haberetur templum civitatis maximum, cum aedes S. Cassiani ubi episcopus et canonici domicilium habebant, longius abesset. Dolendum autem est nonnullas eius archivi chartas ab Antonio Ferri visas evanuisse, easque ut supplere possemus contigit Ferri regestis. Quarum omissio his exstremis temporibus, ut colligitur ex quibusdam eiusdem archivi repertoriis, haud dubie evenit. Vetus plebs S. Laurentii sita erat in media urbe, idest in foro iuxta aedes municipales. Hinc anno 1806 paraecia translata est in S. Carolum Borromaeum, inde post aliquot menses in S. Mariam in Regula ibique mansit usque ad annum 1822, quo rursus in S. Carolum, ubi hodie quoque est, delata.

Nulla extant in Archivo S. Laurentii antiqua repertoria quibus memorentur eius ducumenta; antiquissimum enim illorum est editum die 13 novembris an. 1754, quod Marcus Antonius Costa procurator ecclesiae, post interitum Iosephi Mariae Cardinali archipresbyteri, confecit veterum chartarum mentionem faciens: « Nel detto archivio vi si trovano diecisette pezzi di pergamene in lettera gottica, legate in un fascio ». Alter vero curator huius ecclesiae Nicolaus Adversi suum repertorium die 21 aprilis an. 1776 ita incipit: « La chiesa di S. Lorenzo è antichissima e riguardevole, e come cantano le storie e molte pergamene, esistenti in questo archivio della chiesa fino avanti il millesimo, ebbe sempre il titolo di pieve, come vedesi dalle sonnominate pergamene in lettera gotica, e particolarmente da una segnata sotto l'anno 1033, come riferisce la buona memoria sig. abbate Ferri in una sua lettera, esistente essa pure in questo archivio ». Quibus haec archivum describens adiunxit: « Vari fogli inclusi l'uno nell'altro intitolati Tradu-

ctiones[1] di varie pergamene fatte dall' ill.mo sig. dott. Antonio Ferri.[2] — Vi sono pure alcuni pezzi di pergamene, parte cucite una coll'altra, parte sciolte, in lettera gotica, legate in un fascio ». Iacobus Nicolaus Filippini delectus archipresbyter die 6 septembris eiusdem anni refecit ipsum repertorium, et de archivo locutus his utitur verbis: « Varii fogli uniti, che indicano il contenuto di varie pergamene scritte in gòtico, esistenti in questo archivio . . . . Varii pezzi di pergamene scritte in lettera gotica cucite assieme e parte separate ». Idem archipresbyter in alio repertorio die 11 septembris an. 1778: « N. 23 pezzi di pergamene scritte in gottico, il contenuto delle quali rilevasi dall' indice di esse fatto dal fu sig. abb. Antonio Ferri descritto in appresso . . . . Indice delle scritture antiche autentiche dell'antichissima collegiata di S. Lorenzo d'Imola fatto dall'abb. Antonio Ferri l'anno 1693 . . . Lettera scritta dal sig. abb. Antonio Ferri sopra alcune antichità di questa chiesa ». Laurentius Amaducci archipresbyter in suo prolixo repertorio ab anno 1850 ad annum 1859 memorat pag. 3 et 9 veteres chartas archivi, in eis praesertim commemorat, quin etiam transcribit, chartam Guillae comitissae die 26 ianuarii an. 1033 datam.[3] Pag. 51, ubi refert repertorium archivi, scribit: « Pergamene antiche, che autenticano donazioni etc. fatte alla mia chiesa n. 22 ». Discrepantia horum repertoriorum in numero chartarum extitit ex hoc quod

[1] Idest *Transcriptiones*.

[2] Nunc in Archivo S. Laurentii non inveniuntur haec Ferri scripturae quae multum nos in hoc opere adiuvissent.

[3] Hanc chartam memorat etiam archipresbyter Alphonsus Maria Vespignani, qui Laurentio Amaducci successit, in repertorio nulla die dicta, quod est in eodem archivo. Archipresbyter qui nunc est, Lavinius Franti, in accipiendo archivo invenit solum chartas quae hodie manent.

nonnullae consutae sunt inter se, eo quod Ferri pro chartis tria documenta unius pergamenae nn. XI-XIII notavit. Haec omnia putavimus proferenda non solum ad archivum illustrandum, sed ut impelleremus studiosos quo accuratius quaererent amissas chartas et transcriptionem Ferri quae valerent ante omnia ad civitatis nostrae res historicas detegendas, declarandas.

Archivum S. Donati non iam extat. Duo diplomata sumpsimus a Zaccaria et a Savini historicis nostris. Antonius Ferri qui ordines temporum huius monasterii accurate persequitur ab anno 1025 ad annum 1486 testimoniis variorum archivorum et historicorum imolensium innititur praecipue Savini, neque ullam documentorum Archivi S. Donati facit mentionem, duorum diplomatum brevissima reliquit regesta. Inter suos ordines temporum interiecit chartam a Savini scriptam, ubi memorantur ea Archivi S. Donati diplomata, ponens per errorem annos 1030 et 1107 pro annis 1036 et 1117, et aliud insuper diploma his verbis: « Vedesi un altro privileggio imperiale in carta pecora d' Alberto vescovo de Burgense conte di Romagna per l' imperatore, simile al suddetto, autenticato per il suddetto ».[1]

Duo diplomata edidimus Archivum S. Donati appellantes eo quod concessa sunt monasterio a Benedectinis habitato, quod antiquissimis temporibus apud vetus S. Cassiani castrum conditum est. Cum autem castrum deletum esset exeunte fere saec. XII monaci huius loci se in urbem contulerunt et ad sacra procuranda, alia, cui nomen a S. Paulo, usi sunt aede,

[1] Cf. FERRI, II, pp. 749-64. Quod ad Galvanum notarium supra memoratum in diplomate 1036, cf. n. 724.

quae postea duplex nomen S. Paulum et S. Donatum invenit. Anno 1787 haec aedes sita in media urbe apud municipales aedes ad occidentem, quae tum etiam S. Luciae appellabatur ob veterem eius celeberrimam imaginem, clausa est et paraecia translata in S. Bernardi.

Paraecia Ss. Pauli et Donati anno 1828 abolita est Iacobi Giustiniani episcopi decreto. Sacra suppellex, uti archivum parochiale, translata in aedem S. Laurentii, et in archivo eius templi manet hodie quoque fasciculus cum duobus repertoriis ecclesiae abbatialis Ss. Pauli et Donati. Alterum confectum die 30 mensis octobris an. 1802 a curione Gaspare Leziroli nihil memorat archivum; alterum exaratum die 12 mensis septembris an. 1737, a curione Matthaeo Cavallazzi satis accurate commemorat archivum antiquo fasciculo ex membrana multisque libris saec. XVI-XVII ditatum. De antiquis chartis sic loquitur: « Li libri e scritture di detta chiesa son l'infrascritti, cioè un libro in foglio con un sol cartone di carta pecora, di dodici carte pecora e 24 nel fine di carta strazzia, di carattere antico quasi gotico: contiene varii privileggi imperiali, e d'un cardinale legato di tutta la Romagna, concessi alli detti abbati, loro chiesa, persone, beni etc. come più abbasso si dirà ». Ad haec: « Il primo degli accennati privileggi imperiali è di Corado terzo (secondo) imperatore, 1036; il secondo d'Enrico, pure imperatore, quarto, 1117; et il terzo d'Alberto card. arcivescovo di Maleburgo legato di tutta la Romagna, 1223, che accettano sotto della loro imperiale protezione detta chiesa, abbazia, suoi abbati, beni, monaci, persone etc., comandando che niun barone, marchese o altra persona, benchè grande, abbia mai ardire di molestargli, occupargli verun bene etc., o pur prescrivergli etc. sotto gravissime pene, anche di 50 libre d'oro per la

metà da pagarsi al sacro romano impero e l'altra metà alli detti abbati etc. ».

Priusquam de hoc archivo, cuius antiqua documenta omni adhibita cura reperire adhuc non potuimus, scribere desinimus, ea quae Paschalis Selvatici curator S. Laurentii anno 1828 scripsit in suo repertorio de rebus eius aedis quae moveri possunt, proferamus: « Libri ricevuti dal sig. economo dei Ss. Paolo e Donato: Libri tre de' morti della sopressa cura di S. Egidio. — Libri tre de' matrimoni della sudetta cura. — Un libro de' matrimonii della sopressa cura dei Ss. Paolo e Donato. — Libri due de' morti della suddetta cura. — Una vachetta pro popolo. — Un fascicolo di carte spetanti alla detta parrochia ».

Archivum Mensae episcopalis postremum est quinque archivorum ecclesiasticorum quae hac editione continentur. Documenta superiora saec. XIII, cum aliis non minoris momenti inveniuntur in tribus codicibus notatis A, B, C quae omnia fere sunt exemplaria bullarum, diplomatum et aliorum instrumentorum ad episcopium imolense pertinentium. Horum codicum brevem iam dedimus descriptionem in adnotationibus quatuor documentorum editorum (nn. 726-9), quam eisdem illustrandis sufficere putamus.[1] De isto archivo, si plura quaeras, cf. R. GALLI in G. MAZZATINTI, *Gli Archivi della storia d' Italia*, vol. I, pp. 192-5.

Nunc ad archiva civilia veniamus, quorum primum est Archivum historicum municipii imolensis,

[1] Haec documenta describuntur etiam in quadam charta die 27 maii et 3 iunii 1282, quod coniuncta sunt cum actis quaestionis quae erat episcopatui imolensi cum hominibus Coderonchi. (*Arch. communitatis Imolae*, fasc. III, n. 143).

quod aliquot ante annis inlatum est in publicam bibliothecam, ubi Romeus Galli eius rector summa ope nititur ut confusam adhuc disponat, ratus in proximum annum rem confectam fore.

Hoc autem archivum cum iam copiose sapienterque descriptum sit a R. Galli in ephemeride quam supra diximus, id unum restat, ut breviter dicamus de pretiosis eius antiquis chartis, quae nostro iudicio ita dividi possunt:

7	pertinent	ad	saec.	XI
20	»	»	»	XII
470	»	»	»	XIII
296	»	»	»	XIV
118	»	»	»	XV.

Chartae saec. XI-XII simul cum paucis aliis instrumentis eius aetatis quae sunt in Libro rubeo, magno codice ex membrana, ubi cernere licet exemplaria praecipuorum actorum spectantium ad communitatem Imolae et eas quae ei cum reliquis civitatibus publice intercedebant rationes, suppeditant nobis quatuor documenta saec. XI et triginta quinque saec. XII, nam eorum nonnulla reperiuntur in compluribus exemplaribus et interdum in eisdem chartis. Huius vero archivi chartas disposuit Antonius Ferri iussu magistratus anno 1711, eorumque magna confecit regesta.[1]

Archivum valetudinarii Imolae, idest S. Mariae vulgo de la Scaletta, situm est in Collegio rei subsidiariae egenorum. Unum habet documentum saec. XIII superius. Dispositum perbelle anno 1828 a Dominico Andreini homine rerum nostrarum studioso, qui indi-

[1] FERRI, III, pp. 1-552.

cem accuratissimum praecipuorum omnium documentorum confecit, memoria nostra subversum est, sed per tabularii praefectum, qui nunc est, Alphonsum Galeati sic dispositum habemus ut facile illud indagare possint studiosi. Quod ad documenta saec. XIV et XV et subsequentium quibus abundat hoc archivum cf. ephemeridem cit., p. 196.

Archivum historicum municipii Dutiae habet ipsum quidem documentum saec. XIII anterius. Hoc archivum unum est dioecesis imolensis in quo charta invenitur quae huius editionis pars esse possit. Meliora documenta huius archivi, quod continebatur fasciculo chartarum saec. XII-XVII, delata fuerant in Archivum tabularium imolense anno 1810 in idemque omnia acta civilia et criminalia Dutiae eiusque agri congesta. Translatis his actis, quae sunt omnino 132 volumina, Bononiam in Archivum Status anno 1895, ille fasciculus, qui Imolae manserat, restitutus est veteri archivo mense decembri 1911 cura et opera Ricardi Foschi syndici Dutiae de qua optime meretur archivum illud disponendo documentis praecipue saec. XV locupletissimum.[1] Illius chartarum fasciculi mentionem habet etiam R. Galli ubi loquitur de Archivo tabulario imolensi.[2] Cum autem sermo noster inciderit in hoc archivum, ubi sunt plurimae chartae saec. XIII-XV, breviter dicemus earum primam ideo iudicatam esse anni 1019 aut 1219 quod notarius numerum temporum omisit, sed ex scriptura gothica, ex indictione et ex mentione

[1] Cf. S. Gaddoni, *Archivio comunale di Dozza* in *Chartularium studii bononiensis*, Imola 1912, vol. II, pp. 231-7; R. Galli in G. Mazzatinti, loc. cit., p. 208.

[2] Ibi, p. 178.

quae fit in ea charta sodalium ordinis Minorum colligi certe posse ad annum 1319 pertinere.[1]

Postremo sub titulo Chartae ex diversis archivis ponemus documenta alibi inventa, iam ad archiva quorum mentionem intulimus pertinentia. Antonius Ferri quem saepius memoravimus sibi attribuit duodeviginti chartas saec. XI-XIV inventas in sacrario S. Cassiani, quae iam archivi maximi templi pars erant; easque collocavit in archivo suae domus quod incipit ab anno 1404 eiusque regestis harum chartarum regesta addidit.[2] Hae chartae, una saec. XI, septem saec. XII, octo saec. XIII et duae saec. XIV simul cum archivo domus Ferri, nescimus quando dilapsae, repertae sunt in Archivo publicarum tabularum, unde omnia quae supererant decreto a Ministerio die 31 mensis octobris an. 1895 dato, in Archivum communitatis Imolae translata sunt. Deerant tamen nn. 2, 3,[3] 4, 7, 14, 15. Ceterae chartae praeter nn. 16-8, hinc etiam nescio quo casu, ablatae sunt cum tribus bullis, idest Eugenii III (cf. n. 564), Coelestini III (cf. n. 779) et Innocentii IV die 22 aprilis an. 1252, quas cum reperisset Fusculus Marchi doctor Archivo communitatis muneri misit de nostrarum rerum memoria egregie meritus. Iis vero chartis quas reperire non licuit suffecimus regesta Ferri.

Aliud archivum imolense est apud Monsignani Sassatelli ubi sunt quatuor chartae saec. XIII anteriores.

[1] Cf. S. GADDONI, *I frati Minori in Imola* etc., Quaracchi 1911, p. 9 et 41; et in *Archivum Franciscanum Historicum*, ibid., an. V, fasc. I, p. 63. Charta, quae refert testamentum, incipit: « In Christi nomine, amen. Anno a nativitate eiusdem millesimo [trecentesimo] decimonono, indictione secunda, die XI^a mensis augusti. Domina Imigla filia quondam ser Ugolini de Corvaria uxor Mascaroni quondam Laurencii *etc.* ».

[2] FERRI, II, pp. 319-94. Cf. etiam notam n. 771.

[3] Hic unus numerus inventus est a R. Galli.

Hoc vero archivum studiosis clausum ante hos tres annos vix semel ego, comitante R. Galli, adivi; at dolendum est quidem, quod eius documenta confusa adhuc ut antea iaceant ac pulverulenta, quin etiam optima et perutilia evanuerint. Archivum hoc videtur latuisse Ferri qui in suis regestis mentionem infert unius documenti anni 1630 ad Scipionem Sassatelli pertinentis, apud quem memorat esse aliquot chartas saec. XII-XV Archivi communitatis proprias,[1] quae nunquam eodem reverterunt sempiterna obrutae oblivione. Alii familiae Sassatelli habuerunt apud se documenta maximi ponderis ex diversis urbis archivis ablata, quorum certe quatuor non restituta sunt.

Quibus annis hae chartae domum Sassatelli translatae sint non satis constat, quoniam non licuit nobis eas adire, coniici tamen ex quibusdam indiciis potuit id evenisse medio fere saec. XVIII. Adnotationibus enim anno 1750 superioribus in margine exemplaris historiae episcoporum a Manzoni confectae (cf. notam n. 479) admonemur documenta nn. 761-2, 772 reposita esse apud Iulium Sassatelli. Instrumentum etiam donationis comitissae Guillae plebi S. Laurentii fuit aliquamdiu in Archivo Sassatelli, nam Alexander Ranucius comes eiusdem familiae, enumerando quinque documenta eiusdem archivi vetustissima (cf. notas nn. 717,[2] 761-2, 772-3) instrumentum illud primum notavit. Quod ineunte fere saec. XIX delatum est in archivum eiusdem plebis,[3] duo

[1] FERRI, vol. I, p. 294; vol. II, p. 407; cf. etiam notam n. 763.

[2] In adnotatione ad hunc numerum per errorem attributa est Ferri signatura posita ab A. R. Sassatelli comite, quod nondum ante oculos habebamus alias quatuor chartas ab eo enumeratas.

[3] ALBERGHETTI (cf. *Scriptores in notis* etc.) memorat hoc documentum apud A. Sassatelli initio saec. XIX, sed an. 1850 Amaducci archipresbyter illud invenit in Archivo S. Laurentii ut supra diximus.

autem Archivi S. Mariae in Regula et duo communitatis manserunt apud Sassatelli.[1]

His nequaquam inventis chartis in eo eramus ut uteremur exemplaribus recentibus et inchoatis, atque omitteremus n. 773, cum forte inventas a Romeo Galli nobis licuit animadvertere atque ita complere, extremo quidem tempore, editionem nostram.

Etsi non nobis erat in animo colligere documenta quae ad Imolam pertinerent in archivis aliarum urbium sita, tamen visum est duo inspicere (nn. 763, 777), quorum originalia aut exemplaria non sunt in nostris; quare Archivum adivimus Vaticanum ubi chartarum Imolensium saec. XII-XVI haud parvus extat numerus.[2]

Dicimus nunc breviter de indicibus qui omne opus nostrum complent.

Primus refert ordine chronologico regesta omnium documentorum, neque seiungit archiva, res subiiciens oculis studiosorum prout acciderunt. Sic etiam desiderio occurritur eorum qui in his rebus edendis ordinem chronologicum sequi malunt nullo locorum aut temporum discrimine; quare aliam atque illi secuti simus rationem iam initio praefationis primi voluminis significavimus.

Insequitur deinde index notariorum qui exaraverunt documenta, tum nominum hominum et locorum, in quo res copiosius notavimus. Quartus index constat ex Glossario omnium nominum communium quae maxime ad studiosos pertinent ob id etiam quod in Forcellini et Du Gange-Favre non reperiuntur.

[1] SAVIOLI (cf. *Scriptores* etc.) memorat in Archivo Sassatelli chartam S. Cassiani relatam ad n. 189; sed putandum est eum in errorem incidisse cum neque haec charta neque aliae Archivi S. Cassiani ferant signaturas Archivi Sassatelli.

[2] Cf. *Gött. Nachr.*, 1900, p. 373.

Ad extremum denique cogimur agere gratias summo studiorum curatori, Municipio imolensi, Mensae sumptibus coercendis, quae nobis studiose agentibus faverunt atque etiam illis qui nos et consilio et rerum demonstratione iuverunt, in primis Albano Sorbelli, Hadriano Cappelli, Henrico Simonsfeld et Paulo Kehr; omnibusque archivorum praefectis, quibuscum egimus in opere conficiendo, qui nostras historicas indagationes quoad eius fieri potuit faciliores reddiderunt.

Imolae, e coenobio S. Mariae de Gratiis,
mense iulio 1912.

P. Seraphinus Gaddoni
O. F. M.

NOTANDA

(A, Aa).	= Autographa, ae.
BV.	= Bene valete.
[M].	= Monogramma.
ND	= Nota dorsualis.
NT	= Noticia testium.
R.	= Rota.
[ST].	= Signum tabellionatus.
†	= crux in textu.
(?)	= transcriptio dubia.
|	= versus.
[ ]	= redintegrata.
⟨ ⟩	= a scriba omissa.
* *	= lacuna in originali.
...	= lacuna ex chartae detrimento.

ARCHIVUM

S. MARIAE IN REGULA

479.

[Imolae], iunii 1047.

Nota finium quibus bona, quae ecclesia S. Mariae in Regula in civitate Corneliensi possidet, continentur.

In nomine Domini Dei eterni, anno eius M°XLVII. Litere recordationis quas fecit facere Peregrinus [1] episcopus sancte Corneliensis Ecclesie Laurentio tabelioni domini Henrici imperatoris cum universo clericatu suo de hoc quod habuit et habet et nunc pacifice tenet ecclesia S. Marie in Regula in civitate supradicta Corneliensi sicuti vidimus et cognovimus in instrumentis monasterii contineri. Iste sunt confines predicti monasterii S. Marie in Regula intus et extra civitatem tenente insimul: sicut vadit flumen Santerni ab uno latere, ab alio via Avicis, que incipit a predicto flumine, et ducit per portam, que dicitur Avicis recto ytinere per portam Ursolinam usque ad andronam, que dicitur de Martignanis, a tercio latere iamdicta androna de Martignanis per rectitudinem ultra Scilicem usque ad canale, a quarto latere iamdictum canale usque ad crucem S. Vincentii, et via, que ibi incipit a predicta cruce et ducit ad vallem Fantinam usque ad iamdictum flumen Santerni. In hec latera sunt due tabulle in civitate Corneliensi, que dicuntur esse S. Cassiani et S. Donati; una est in longitudine perticarum XXXII, in frontibus perticarum XIIII; alia tabula est in longitudine perticarum XXIV, et in alia perticarum XXV: ab uno latere predicte tabulle est strata publica, ab alio via que ducit ad portam Orsolinam, a tercio latere via

que ducit ante mansionem Iohannis iudicis, a quarto latere iura predicti monasterii S. Marie; ab uno latere alterius tabule est iamdicta via que similiter ducit ad predictam portam Ursolinam, ab alio iamdicta via que ducit ante mansionem predicti Iohannis iudicis, a tercio latere via que ducit ad oratorium S. Leonardi, a quarto latere iura predicti monasterii, que dicitur Campus de Pretonis. Que omnia supradicta scripsi ego Laurentio notarius Henrici imperatoris, indictione xv, mense iunii. Unde plures fuerunt rogati testes, idest Raimundus iudex de civitate Liviensi et Alfredus iudex de civitate Corneliensi et domnus Gerardus abas S. Donati, et Petrus gramaticus de Aquavia, et Albertus et Dominicus legislatores de Faventia, et Girardus filius Girardi, et Ugo germanus eius et Arardus filius Arardi qui vocatur Fantulino, et Arardus filius Guidonis de Baffadi, et Ursoni tabellio et Petrus tabellio de civitate Corneliensi, tempore domini Gregorii summi pontificis secundo, et Henrici imperatoris anno eius primo; in civitate Corneliensi prope plebem S. Laurentii, cum consilio et voluntate domni Ramberti presbiteri et prepositi Papiensis et domni Bezolini comitis et vassallis eiusdem Henrici imperatoris, qui tunc tenebant dominationem predicte civitatis Corneliensis, indictione dicta xv. Exemplum ex autentico sumptum. Ego Guido Imolensis notarius exemplavi ut vidi et legi, et nec adidi nec minui. Testes ad hec rogati interfuerunt Arpinellus, Palmirolus de Moretano, Vinciguerra, Petrus Abatisse, Albertinus Corvarie, Iacobus Alunde, Bosius; isti homines autenticum instrumentum viderunt et hoc exemplum a me factum similiter viderunt et audierunt sub anno Domini M°CLXXXXII, temporibus Celestini pape et Henrici imperatoris, die octavo intrante mense novembris, Imole, in claustro monasterii iamdicti S. Marie in Regula, indictione x, tempore domni Placiti abbatis iamdicti monasterii.

Archivum monasterii S. Mariae in Regula, quod nunc pertinet ad congregationem de Propaganda fide, classis I, series III, fasc. 5, vol. IV, 4, 13 v. - Exemplar chartaceum (mm. 310×220), manu Antonii filii fratris Francisci a Monte publici imperiali auctoritate notarii ac iudicis ordinarii exaratum. Huiusmodi exemplar reperimus in quadam sententia inter annum 1406 et 1409 lata. Exemplar a Guidone notario scriptum, quo Antonius a Monte usus est, ab archivo monasterii transiit saec. XVIII ad archivum marchionum de Saxatellis, illudque memoratum invenimus a G. Bagli (Archivio Sassatelli in Imola, Bologna 1888, p. 9). Cum autem, praefato archivo fere omnino deperdito, frustra Guidonis exemplar requisivissemus,

coacti sumus fideliter sequi Antonii a Monte exemplar. — Manzonius, 63; Zaccaria, I, 187; Fantuzzi, VI, n. 17; Alberghetti, II, 56; Cappelletti, II, 201.

[1] *Exemplar Antonii a Monte refert* Iltegrinus; *sed eius loco* Peregrinus *legendum tuto censemus, cum praefatus notarius erronee literam P maiusculam a Guidone adhibitam in literas i l mutaverit. Guido enim saepe, uti ex aliis instrumentis apparet, literam P ita efformat ut primo aspectu i l videantur. Zaccaria, Alberghetti etc. habent* Peregrinus; *Manzonius* Hibergrinus. *Notandum tamen est equitem doctorem Raphaelem Baroncini Imolensem apud se citatum Manzonii opus retinere, idque maximi ponderis esse ob innumeras adnotationes manuscriptas ab erudito, sed ignoto viro, qui saeculo XVIII exeunte floruit, ex quibus deducimus ipsum documenta cum originalibus instrumentis sedulo contulisse. Porro inter ceteras eius glossas reperimus non solum nomen* Hibergrinus *in* Peregrinus *mutatum, sed etiam haec, quae subiicimus, eius verba* Extat exemplum huius instrumenti a. MCXCII descriptum a Guidone notario apud comitem Iulium de Saxatelli.

480.

[Imolae], 23 martii 1080.

Albertus abbas monasterii S. Mariae in Regula Ioanni Hugonis et Fantinello et Ioanni Pizonnis confirmat emphytheusim circa rem in Bibano sitam in loco qui S. Sufia vocatur.

[In] nomine Domini. Anno ab incarnacione Domini nostri Iesu Christi millesimo hoctuagesimo, temporibus Gregorii pape re[gnante] Henrico filio quondam Henrici imperatoris, die viesimo tercio mensis marcii, indicione quarta,[1] in claustra monasterii S. Marie a Torre longa. Omnibus manifestum est atque congrua racione dispositum libenter debere eorum desideriis annuere pro quibus venerabili loco nostre proprietatis . . . res utilitatibus meliorandique causa proficiunt. Et ideo ego quidem in Dei nomine Albertus venerabilis monachus et presbiter atque abbas predicti monasterii S. Marie que vocatur in Regula, una cum consensu monachorum, vel serviencium eiusdem monasterii, vobis presentibus in Christi nomine, in primis tibi Iohanni filio quondam Ugonis petitori tam pro te quamque pro iugale tua Ingecia in terciam partem, et vobis Fantinello et Iohanni fratribus filii quondam Pizonnis . . . vel petitoribus pro vobis et pro iugalibus vestris, videlicet Remengarda et Anna, quamque et in vice de Petro filio quondam Alberti nepos de Caffaro [simi]liter petitores pro persona de Ariardo filio de Micko et pro omnibus fratribus eius similiter in terciam partem, et supradictus Petrus . . . af . . .

sine liberis mortuum fuerit, tunc eius partem cadat ad Markesellam sororem eius. Et in aliam [vero] terciam partem tibi pre[senti petitori . . . . . coniu]ge tua Teucia quamque et pro omnibus fratribus tuis seu [filiis e]t nepotibus vestris . . . . . siam . . . . is a presenti die concedimus et largimus, seu confirmamus omnibus vobis rem . . . . . . atoris . . . . de Bibano que vocatur S. Sufia; ab uno latere est fundus qui vocatur Patherno, a[b alio latere] . . . . fundus qui vocatur Faldo, a quarto vero fundus qui vocatur Campo de Urso, inter istis designatis lateribus . . . . . . [cum ter]ris, vineis, campis, pratis cum arboribus fructiferis et infructiferis, limitibus atque . . . . [in] integrum sibi pertinentibus, sicut superius legitur, constituto territorio Corneliensis, plebe S. Apolenaris . . . . alibus petitoribus atque filiis et nepotibus vestris, divina gracia in hac luce iusserit permanere [vitam] . . . . vobis rem iuris mei suprascripti ordinatoris predictum fundum, qui superius legitur, habendum, tenendum, lab[orandum . . . . suprascript]us ordinator cum meis successoribus, suprascriptis vobis iugalibus vestrisque filiis et nepotibus predictam rem . . . . promitto, et ex vestris propriis expensis seu laboribus nichil vos vestrisque filiis et nepotibus . . . . [prest]antibus quoque vobis et filiis et nepotibus vestris indes[inenter] . . . . indicione pro ipsa re, que superius legitur, denar[ios] . . . . testium qui hic subter scripturi sunt, calciariu[m] . . . . suprascriptorum petitorum vestrorumque filiorum . . . . defensatum et in omnibuselioratum . . . . [rev]ertatur. Promitto preterea . . . . [pac]tum uius pagine enfiteosi[s . . . . q]uem superius legitur, agere pre . . . . nepotibus ante omne li[tis . . . . ma]neat hanc cartu[lam] . . . . [d]e Ri⟨o⟩ salso, et quale . . . . . .

Classis I, series I, fasc. I, n. 1. - Orig., fragmentum, mm. 444×297, manu Alberti tabellionis Imolensis. Charta lacera et caesa est secundum utrumque marginem. In versu haec tantum extant ND *verba* ... aditum .... [o]btimi uncias sex .... is si .. e liberis mo .... *Margini superiori assutum est fragmentum alterius chartae in quo legimus* Sig † † nus manus mea ... i .. to .., petitore ad omnia supradicta, cui relectum est. † Sig † nus manus mea Petro iamdicto et supradicto petitore ad omnia supradicta, cui relectum est.

[1] *Indictio IV respondet anno 1081.*

481.

[Imolae, 1080-1122].

Fragmentum instrumenti permutationem quandam respicientis.

.... auct[oriar]e et defensare promittimus ...... hanc per-[mu]tacionem firma maneat. Ego Albertus I[molensis tabellius manu mea scripsi].

Signum manuum nostrarum suprascriptus Binellus et Wido Datiatus et Za .... hoc factum est in presencia Ugo de Bonopetro, Rodulfus de Bo .... Ubaldinus, Santernus, Iohannes de Bricia, Martinus Bresano, Ugo de...

Noticia	[testium	idest]:
Ugo	[rogatus	testis]
Rodulfus	[rogatus	testis]
Petrus	[rogatus	testis]
Albertus	[rogatus	testis]
Acius	[rogatus	testis]
Santernus	[rogatus	testis]
Martinus	[rogatus	testis]
Ugo	[rogatus	testis]
Iohannes	[rogatus	testis]
Cristianus	[rogatus	testis]

I, 3b. - Orig., fragmentum, mm. 144×180, manu Alberti Imolensis tabellionis exaratum. Huius extant instrumenta scripta infra annos 1080-1122. Chartae, quae secundum marginem dexterum caesa est, deest superior pars. In versu, manu saec. XII Cartule S. Iacobi.

482.

[Imolae, ante diem 14 maii] 1090.

Stephanus petit a monachis S. Mariae in Regula ut sibi confirment emphytheusim quam habet sapra massam Bibano dictam.

I[n nomine Domini. Anno ab incarnacione Iesu Christi millesimo] nonagesimo, [temporibus Clementis pape, Enricus E]nrici filius imperator, die quarto decima[1] .... [in] monasterio

S. Marie in Regula. Petimus a te in Dei nomine Gerardus venerabilis presbiter et monachus atque abbas monasterio S. Marie per consensum monachorum eiusdem monasterii vestri; michi presenti Stevano petitori et tam pro te quam pro Remengarda uxor maea nostrisque filiis masculi, et si filios masculos non habebimus, abeat unam nostram filiam feminam cui nobis designare voluerit, libellario nomine concedistis nobis rem iuris nostri suprascripti monasterii vestri; idest hoc quod habemus et detinemus in massa que vocatur Bibano, que sunt turnaturie quadraginta et sex cum omnibus sibi pertinentibus: hec omnia ad abendum, tenendum, possidendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis advenientibus viginti et novem ad renovandum; ita sane ut inferamus terraticum et omne reditum, sicut usum est in eadem massa Bibani, de ipsa res quinque turnaturie abeamus pro duo denariorum pensione, de tres turnaturie pro signo ut redere debemus de grano starias duas et pullum unum, vectum hoc terraticum per nos petitores usque in suprascripto monasterio, pro calciarii nomine solidos quadraginta, et tu suprascriptus abbas et tuis successoribus nobis nostrisque filiis predictam rem ab omni persona defensare promisistis eo tenore ut nos petitores non habeamus licenciam ad nullum alium ominem nec vendere, nec donare, neque commutuare, neque ullum modum alienare nisi in suprascripto monasterio si necesse fuerit, de⟨t⟩ pars parte fidem servanti sub pene nomine auri [opti]mi uncias duas et maneat firmum. Ego [Albertus Imolensis notari]us manu mea scripsi.

I, 2. - Orig., mm. 356×150. Charta caret margine superiore et parte inferioris marginis. Pro iis quae supplevimus cf. chartam subsequentem.

[1] *Charta ante diem 14 maii 1090 scriptam esse desumimus ex eo quod assuta sit margini superiori chartae subsequentis.*

483.

[Imolae], 14 maii 1090.

Ioannes de Rivo salso petit a monachis S. Mariae in Regula ut sibi concedant in emphytheusim petiam arvi in Bibano sitam.

In nomine Domini. Anno ab incarnacione Iesu Christi millesimo nonagesimo, temporibus Clementis pape, Enricus Enrici filius imperator, die quarto decimo mensis madii, indicione ter-

cia decima, in claustra monasterio S. Marie in Regula. Petimus a vobis in Dei nomine Gerardus venerabilis presbiter et monachus atque abbas monasterio S. Marie per consensum monacorum eiusdem monasterii vestri michi presenti Iohannis de Rivo salso petitori tam pro me quam pro Gualderata uxor mea nostrisque filiis masculi, et si filios masculos non abemus, abeat unam nostram filiam feminam cui designare voluerimus, libellario nomine concedistis nobis rem iuris suprascripti monasterii vestri; idest viginti turnaturie de terra laboratoria que sunt posite in fundo qui vocatur Bibano et in vigo da Lucco et in Platoleto cum omnibus ad suprascriptam rem in integrum pertinentibus habendam, tenendam, in annis advenientibus viginti et novem ad renovandum, ita sane ut inferatis omnique anno terraticum et omne reditum, sicut usum est in eadem massa Bibani, da exenio de grano starium unum et medium, et pullum unum, pro ipsa soma, in antea tollere debemus turnaturias duas, vectum hoc terraticum per nos petitores usque in suprascripto monasterio pro callciarii nomine, idest librum unum pro libris quattuor monete Venecie, res predictas ab omni persona defensare promisistis. Eo tenore ut nos petitores non habeamus licenciam ad nullum ominem nec vendere, nec donare neque commutuare neque ullum modum alienare nisi in suprascripto monasterio si necesse fuerit, de(t) pars parte fidem servanti sub pene nomine auri optimi uncias duas et maneat firmum.

Ego Albertus notarius Imolensis manu mea scripsi.

I, 3a. - Orig. mm. 303×138. Cf. notam chartae antecedentis. In versu manu saec. XII Cartule Albertini Beti explete.

484.

Faventiae, 8 ianuarii 1093.

Albertus Petro de Cassiano locat quindecim terrae tornaturias de fundo Bonzanigo in plebe S. Patritii sitas.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius millesimo nonagesimo tercio, inperante Enrico quondam Enrici imperatoris filio, die octavo mensis ianuarii, indicione prima, Faventie. Unus quidem . . . . . . cionis vulgariter pactum solet apellari per quem nos quidem in Dei nomine Albert[us . . . M]anfredi filius et Vivelenda uxore mea a presenti die

concedimus tibi presenti . . [elenda uxor][1] . . Petro de Cassiano conductori pro te seu filiis tuis sub potestate sane . . . . [geni]trice tue diebus vite sue, tantum nomine pacti concedimus vobis rem iuris nostri suprascriptorum locatorum . . . quindecim tornaturiis terre cum omnibus sibi pertinentibus, que sunt posite in fundo qui vocatur Bonzanigo, territorio Corneliensis, plebe S. Patricii : a primo latere possidente Rodulfus de Bolignano, a secundo iure S. Alberti, a tercio Athalase atque a quarto limite percurrente ; hec omnia habendum, tenendum et in omnibus meliorandum in annis advenientibus sexaginta et novem ad renovandum. Ita sane ut inferatis domnice racioni nobis nostrisque heredibus omni marcio mense aut ⟨in⟩fra indicionem pro suprascripta re denarios veneticos octo. Pro eo quia dedisti nobis mercedis nomine denariorum veneticorum libras sex.[2] Et non liceat tibi vendere neque ullo modo alienare, si nobis n[ece]sse fuerit, nisi in nobis prenomina[tis] . . . . . . in nostris heredibus. Pro eo quia dedisti nobis mercedis nomine denariorum vene[ticorum libras se]x. Et insuper nos cum nostris heredibus tibi tuisque filiis predictam rem qualiter . . . . persona hominum auctoriare et defensare promittimus . . . . . quod superius legitur. Si vero nos aut nostri heredes contra hoc pactum . . . . [ante pre]finitum tempus promittimus nos esse daturos cum nostris heredibus . . . . . auri uncias duas, et soluta pena, maneat firmus contractus . . . . . um Drudonis Faventie notarii rogatu nostri.

. . . ee Boniiohannis filius testis. . . . de Valeria testis. . . . rogatus subscripsi . . . . . elen . . . . . rogantium . . . . am. Ego Drudo Faventinus notarius hoc pactum complevi et absolvi rogatu.

I, 4. - Orig., fragmentum, mm. 243×197. Charta caret margine sinistro. In versu ND *vix legi potest.*

[1] *Desumitur a* ND. [2] *Verba* Pro eo - sex *abrasa sunt quia paulo inferius denuo occurrunt.*

485.

[Imolae], 11 iunii 1101.

Faita eiusque filius Rodulfus et Imelda nepta Bonato preposito S. Laurentii concedunt spatium terrae ecclesiam super se habens in civitate Corneliensi situm cui S. Gilii nonem est.

In nomine Domini. Anno ab incarnacione Iesu Christi millesimo centesimo primo, temporibus Enrici inperatoris filius

quondam Enrici, die undecimo mensis iunii, indicione undecima,[1] in civitate Cornelliensis. Profitemur nos quidem in Dei nomine Faita et Rodulfus filius meus atque Imelda nepta mea per huius paginam nostre vocis, professsionis simulque pacti a presenti die eiusdem pagine tibi presenti Bonato venerabile presbitero atque preposito canonice S. Laurentii receptor pro persona et in vice eiusdem eclesie, tuisque successoribus in perpetuum per hanc paginam pacti concedimus tibi rem iuris nostri suprascriptorum ordinatorum; idest unum spacium terre et eclesiam super se habentem; que est posita in civitate Cornelliensis, cui vocabulum est S. Gilii cum omnibus sibi pertinentibus: hec omnia ad abendam, tenendam, ordinandam et disponendam in eadem eclesia in perpetuum; a salva pensione persolvenda ad iura unde existit pro remedio anime nostre et quondam parentum nostrorum. Et ab odierna die nunquam liceat nobis suprascriptis ordinatoribus neque nostris heredibus ullo unquam in tempore movere questionem, repeticionem, aut causacionem vel ullamque molestia generare contra te neque contra tuos successores, non per nos neque per nostros filios et heredes, neque per sumissam a nobis personam vel sumittendam, ex parte vel ex toto, nunquam agentes neque contendentes aut invadentes, neque agentes erimus consencientes; quia e legibus cautum est ut quod semel in sancto ac venerabile regule datum vel concessum fuerit, nullo modo revocetur. Unde pro maiore firmitate, et si quo tempore quempiam personam hominum surexerit quem vobis eam rem totam vel partem tollere voluerit, nos et nostris eredibus tibi tuisque successoribus ab omni persona hominum auctoriare et defensare promittimus. Quod si sit, quod absit et avertat divina potencia, et omnia que supra leguntur non observaverimus, tunc daturos nos nostrosque filios et heredes esse promittimus tibi tuisque successoribus pene nomine auri optimi libram unam, et post soluta pena, hanc paginam firma maneat. Ego Albertus Imolensis tabellius manu mea scripsi.

Signum manuum nostrarum suprascripta Faita et Rodulfus filius meus et Imelda nepta mea ordinatores hoc pactum rogavimus atque firmavimus.

Signum manuum testium Bulgarus, Ugo de Petro de Bosio, Martignanus, Bonofilius, Iohannes de Ursa rogatis testibus.

Noticia	testium	idest:
Bulgarus	rogatus	testis

Ugo	rogatus	testis
Martignanus	rogatus	testis
Bonofilius	rogatus	testis
Iohannes	rogatus	testis.

I, 5. - Orig., mm. 520×247.

[1] *Indictio XI respondet anno 1103.*

486.

[Imolae], 19 iunii 1101.

Hugo et Iohannes Petri de Agane petunt a canonicis S. Laurentii ut sibi dent in emphytheusim terrae et vineae tornaturiam in fundo Stafulo sitam.

In nomine Domini. Anno ab incarnacione Iesu Christi millesimo centesimo primo, regnante Enrico imperatore, die nono decimo mensis iunii, indicione nona, in civitate Cornelliensis. Petimus a vobis in Dei nomine Bonatus presbiter et prepositus canonice S. Laurentii per consensum canonicorum eiusdem eclesie nobis presentibus, in primis michi Ugoni filius Petri de Agane petitori tam pro me quam pro Ratruda uxore mea in medietate, in alia vero medietate Iohanne fratre meo nostrisque filiis et nepotibus per henfiteuticarium ius a presenti die concedistis nobis rem iuris suprascripte eclesie; idest una turnaturia de terra et vinea super se habentem, que est posita in fundo qui vocatur Stafulo cum omnibus sibi pertinentibus, divina gratia in ac luce vixerit, permanere eas res que sup⟨ra⟩ leguntur, abenda, tenenda et in omnibus melioranda, et tu suprascriptus prepositus et tuis sucesoribus nobis nostrisque filiis et nepotibus ab omni persona aucturiare et defensare promisistis; ita sane ut inferamus omni marcii mense tres denariorum Venecie, pro callciarii nomine libras sex monete Venecie. Ita et post transitum nostrorum suprascriptorum petitorum nostrorumque filiorum et nepotum minime expletum fuerit, tunc predictam rem culta, laborata et in omnibus meliorata vel quiquit a vobis inibi aditum melioratumque fuerit, cuius est ius et proprietas, modis omnibus revertatur; et si unum de nobis ante de altero morituri sine liberis, cadat ad illum que supra vixerit. Textus huius paginam enfiteosin a vobis in nobis facta et tradita minime valere,

ea que sup⟨ra⟩ leguntur non observaverimus, tunc daturos nos nostrisque filiis et nepotibus vobis vestrisque sucessoribus pene nomine auri optimi uncias duas et maneat firmus.

Ego Albertus Imolensis tabellius manu mea scripsi.

I, 6. - Orig., mm. 250×190. In versu manu saec. XII Expleta in filiis et nepotibus.

487.

[Imolae], 27 maii 1102.

Gerardus abbas S. Marie in Regula Petro, Martino et Widoni concedit in emphytheusim quinquaginta tornaturias terrae de massa Bibano.

In nomine Domini. Hanno ab incarnacione Iesu Christi millesimo centesimo secundo, regante Henrico inperatoris, die viesimo septimo mensis madii, indicione decima, in claustra [1] monasterii S. Marie, territorio Cornelliensis. Petimus ad vobis quidem in Dei nomine domnus Gerardus venerabilis presbiter et monachus predicto monasterii una per consensum monachi vel deservientibus eiusdem hecglesie, nobis presenti Petrus et Martinus et Wido iermani petitoris et cognungne illorum nomina Galderatha vestrisque filiis mas⟨c⟩ulini usque ad viginti et novem annos ad renovandum, et si filius masculini non habuerit, habeat huna vestra filia femina quale nobis designare voluerit et quale de vobis suprascripti petitoris unum ante de alterum sine ⟨e⟩redis moritur, tunc suprascripta res kadat ad illos qui supra vixerit, in ac paginam peticionis libellarii nomine concedimus vobis suprascripto monasterio nostro; idest hoc quod abet et tenet ad iura nostra que est posita in massa que vokatur Bibano, quod super omnia sunt turnaturias quinquaginta, sitans territorio Cornelliensis, plebe S. Apolenaris, que vokatur in Aquavive; eas res abendum, tenendum, supersedendum usque a predicti anni, hoc est terraticum de labore maiore modio septimo, minuto hoctavo, lino manna nono, vino anfora quarta, vectum ipsum terraticum per vos petitoris usque in monasterio nostro, et o[m]ni anno dare debeatis gandatico solidos sex, et alios annos de denariis viginti et quatuor, et omnique anno uno frixingo aut ex valiente pro calciarii nomine, idest librum unum pro libras septe monete Venecie; eo tinore non habeatis licencia vos petitoris nostrisque

et heredibus ad nunlius omines, nec vindere, nec donare, neque comutuare, et si oportun(um) fuerit nisi in suprascripto monasterio nostro. Quod si, quod absit et avertas divinea potencia, et omnia que supra leguntur, de(t) pars parte fide servante et nos suprascriptus Gerardus abbas una cum meis subcessoribus ad vos petitoris et ad vestrisque filiis et heredibus ab omni persona haucturiare et defensare debeamus sub pene nomine auri uncias duas, solute pene maneat.

Ego Petrus tabellio de civitate Corneliensi scriptor sum, rogatus sub die, mense, indictione suprascripta decima. Singnum manibus nostris Petrus et Martinus et Wido iermani petitoris in ac peticionis libelli firmavi.

I. 7. - Orig., mm. 432×123.

[1] *Orig. refert* caulsta

488.

[Imolae] ad S. Matthaeum, 6 aprilis 1103.

Fantone et Gandulfus petunt ab abbate S. Matthaei ut sibi det in emphytheusim vineae petiam de fundo Braita de Duce.

In nomine Domini. Anno ab incarnacione Iesu Christi millesimo centesimo tercio, regnante Enrico inperatore, die sexto mensis aprilis, indicione undecima, in claustra monasterii S. Mathei apostoli. Petimus ad te Petrus venerabilis presbiter et monachus atque abbas eiusdem eclesie per consensum monachorum suprascripti monasterii vestri, nobis presentibus; in primis michi Fantone petitori tam pro me quam pro Imilla uxore mea in una medietate, in alia vero medietate Gandulfus de Guilla et Berta uxores seu e filiis et nepotibus nostris ad renovandum per henfiteuticarium ius a presenti die concedistis nobis rem iuris suprascripti monasterii vestri; idest una pecia de terra et vinea super se abente, que est posita in fundo qui vocatur Braita de Duce: ab uno latere tenente heredes Bonizoni de Archipresbitero, ab alio braita S. Donati, a tercio Martinus faber, a quarto heredes Petri de Pelognano; infra hec designata latera res permanet cum omnibus sibi pertinentibus; eas res que supra leguntur abenda, tenenda et in omnibus melioranda; et tu suprascriptus abbas et tuis successoribus nobis nostrisque filiis et nepotibus ab omni persona hominum auctoriare et defensare

promisistis; ita sane ut inferamus omni marcii mense aut infra indicione quattuor denarios Venecie, pro callciarii nomine solidos guadraginta. Textus huius paginam enfiteosis a vobis in nobis facta et tradita minime valere contendere ea, que supra leguntur, non observaverimus, tunc daturos nos nostrisque eredibus esse promittimus tuis suprascripto abati tuisque successoribus pene nomine auri optimi uncias duas et firmam maneat.

Ego Albertus Imolensis tabellius manu mea scripsi.

I, 8. - Orig., mm. 385×119. In versu eadem manu scriptum est Albertus de Bunda, Martinus Scoldasi, Wido filio eius (?), die quinta decima mensi februarii, indicione undecima.

489.

[Imolae], 11 ianuarii 1104.

Christianus et Imelda uxor eius canonicis S. Laurentii dant in emphytheusim fundum qui Prathore vocatur.

In nomine Domini. Anno ab incarnacione Iesu Christi millesimo centesimo quarto, temporibus Pascalis pape, regnante Enrico inperatore, die undecimo mensis ienuarii, indicione duodecima, in claustra canonicae S. Laurentii, in civitate Cornelliensis. Plura quidem existunt pacta que solo verbo manere potest, sed ab oc necesse est scripture vinculis anotari nec variencia temporum oblivioni mandentur et iurgia generentur. Et quoniam profitemur nos quidem in Dei nomine Cristianus filius quondam Cristiani tabelii et Imelda uxor mea per huius paginam nostre vocis, professionis simulque pacti, statuti, conveniencie, largietatis a presenti die eiusdem pagine tibi presenti Bonato venerabile presbitero atque preposito canonice S. Laurentii petitori pro persona et in vice eclesiam S. Laurenti tuisque successoribus qui regulariter vivunt. usque ad annos centum ad renovandum per hanc paginam pacti concedimus vobis rem iuris nostri suprascriptorum ordinatorum; idest omnes res et pertinencias nostras quas nobis pertinet in fundo qui vocatur Prathore: ab uno latere tenente suprascripta eclesia, ab alio Iohannes de Randuino, a tercio Martinus de Ratruda, a quarto vero latere via percurrente: infra hec designata latera res permanet cum omnibus sibi pertinentibus, constituta Imolense, plebe

et heredibus ad nunlius omines, nec vindere, nec donare, neque comutuare, et si oportun(um) fuerit nisi in suprascripto monasterio nostro. Quod si, quod absit et avertas divinea potencia, et omnia que supra leguntur, de(t) pars parte fide servante et nos suprascriptus Gerardus abbas una cum meis subcessoribus ad vos petitoris et ad vestrisque filiis et heredibus ab omni persona haucturiare et defensare debeamus sub pene nomine auri uncias duas, solute pene maneat.

Ego Petrus tabellio de civitate Corneliensi scriptor sum, rogatus sub die, mense, indictione suprascripta decima. Singnum manibus nostris Petrus et Martinus et Wido iermani petitoris in ac peticionis libelli firmavi.

I. 7. - Orig., mm. 432×123.

[1] *Orig. refert* caulsta

488.

[Imolae] ad S. Matthaeum, 6 aprilis 1103.

Fantone et Gandulfus petunt ab abbate S. Matthaei ut sibi det in emphytheusim vineae petiam de fundo Braita de Duce.

In nomine Domini. Anno ab incarnacione Iesu Christi millesimo centesimo tercio, regnante Enrico inperatore, die sexto mensis aprilis, indicione undecima, in claustra monasterii S. Mathei apostoli. Petimus ad te Petrus venerabilis presbiter et monachus atque abbas eiusdem eclesie per consensum monachorum suprascripti monasterii vestri, nobis presentibus; in primis michi Fantone petitori tam pro me quam pro Imilla uxore mea in una medietate, in alia vero medietate Gandulfus de Guilla et Berta uxores seu e filiis et nepotibus nostris ad renovandum per henfiteuticarium ius a presenti die concedistis nobis rem iuris suprascripti monasterii vestri; idest una pecia de terra et vinea super se abente, que est posita in fundo qui vocatur Braita de Duce: ab uno latere tenente heredes Bonizoni de Archipresbitero, ab alio braita S. Donati, a tercio Martinus faber, a quarto heredes Petri de Pelognano; infra hec designata latera res permanet cum omnibus sibi pertinentibus; eas res que supra leguntur abenda, tenenda et in omnibus melioranda; et tu suprascriptus abbas et tuis successoribus nobis nostrisque filiis et nepotibus ab omni persona hominum auctoriare et defensare

promisistis; ita sane ut inferamus omni marcii mense aut infra indicione quattuor denarios Venecie, pro callciarii nomine solidos guadraginta. Textus huius paginam enfiteosis a vobis in nobis facta et tradita minime valere contendere ea, que supra leguntur, non observaverimus, tunc daturos nos nostrisque eredibus esse promittimus tuis suprascripto abati tuisque successoribus pene nomine auri optimi uncias duas et firmam maneat.

Ego Albertus Imolensis tabellius manu mea scripsi.

I, 8. - Orig., mm. 385×119. In versu eadem manu scriptum est Albertus de Bunda, Martinus Scoldasi, Wido filio eius (?), die quinta decima mensi februarii, indicione undecima.

489.

[Imolae], 11 ianuarii 1104.

Christianus et Imelda uxor eius canonicis S. Laurentii dant in emphytheusim fundum qui Prathore vocatur.

In nomine Domini. Anno ab incarnacione Iesu Christi millesimo centesimo quarto, temporibus Pascalis pape, regnante Enrico inperatore, die undecimo mensis ienuarii, indicione duodecima, in claustra canonicae S. Laurentii, in civitate Cornelliensis. Plura quidem existunt pacta que solo verbo manere potest, sed ab oc necesse est scripture vinculis anotari nec variencia temporum oblivioni mandentur et iurgia generentur. Et quoniam profitemur nos quidem in Dei nomine Cristianus filius quondam Cristiani tabelii et Imelda uxor mea per huius paginam nostre vocis, professionis simulque pacti, statuti, conveniencie, largietatis a presenti die eiusdem pagine tibi presenti Bonato venerabile presbitero atque preposito canonice S. Laurentii petitori pro persona et in vice eclesiam S. Laurenti tuisque successoribus qui regulariter vivunt. usque ad annos centum ad renovandum per hanc paginam pacti concedimus vobis rem iuris nostri suprascriptorum ordinatorum; idest omnes res et pertinencias nostras quas nobis pertinet in fundo qui vocatur Prathore: ab uno latere tenente suprascripta eclesia, ab alio Iohannes de Randuino, a tercio Martinus de Ratruda, a quarto vero latere via percurrente: infra hec designata latera res permanet cum omnibus sibi pertinentibus, constituta Imolense, plebe

ipsius: hec omnia ad habendum, tenendum in annis predictis ad renovandum, ita sane ut inferatis omni marcii mense aut infra indicionem sex denariorum Venecie, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia exinde accepimus callciarii nomine, idest cappam unam pro libris decem monete Venecie. Et ab odierna die numquam liceat nobis ordinatoribus et nostris heredibus vobis prenominatis petitoribus neque vestris successoribus predictam rem tollere, set immo omni tempore securi et quieti exinde maneatis. Et si quo tempore quempiam personam hominum surexerit quem vobis eiusdem rei partem vel eam totam tollere voluerit, nos et nostris eredibus vobis vestrisque successoribus ab omni persona hominum auctoriare et defensare promittimus. Eo videlicet tenore ut non liceat nobis suprascriptis ordinatoribus neque nostris eredibus ad nullum alium hominem contractum facere nisi in predicta eclesia si necesse fuerit, et vos petitores neque vestris successoribus, nec vendere, nec donare neque commutuare nisi in proficuo eiusdem eclesie, si oportunum[1] fuerit. Quod si sit, quod absit et avertat divina potencia, et omnia que supra leguntur non observaverimus, tunc daturos nos et nostrosque filios et eredes vobis vestrisque heredibus esse promittimus pene nomine auri optimi libram mediam, et post soluta pena, firma maneat.

Ego Albertus Imolensis tab⟨e⟩lius hoc pactum manu mea scripsi.

Signum manuum nostrarum suprascriptus Cristianus et Imelda uxor mea ordinatores hoc pactum rogavimus atque firmavimus.

Signum manuum nostrarum Santernus de Zanzone, Petrus de Bosio, Acius filius Azonis, Cristianus de Iohanne de Presbitero Petro et Petrus Rozone, Baldulo de Petro de Bosio in oc pacto rogatis testibus.

Noticia	testium	idest:
Santernus	rogatus	testis
Petrus	rogatus	testis
Acius	rogatus	testis
Cristianus	rogatus	testis
Petrus	rogatus	testis
Baldulo	rogatus	testis.

I, 9 - Orig., mm. 500×225.

[1] *Orig. refert* opoturtum

490.

[Imolae], 12 martii 1106.

Santernus Bagnagalina eiusque filius Bonusfilius canonicis S. Laurentii concedunt per chartam pacti petiam arvi sitam in fundo qui Campo Sintali dicitur.

In nomine Domini. Anno ab incarnacione Iesu Christi millesimo centesimo sexto, temporibus Pascasii pape, regnante Enrico inperatore, die duodecimo mensis marcii, indicione quarta deci[ma], in civitate Cornelliensis. Profitemur nos quidem in Dei nomine Santernus qui vocatur Bagnagalina et Bonofilius filius meus per huius paginam nostre vocis, professionis simulque pacti a presenti die eiusdem pagine tibi presenti Bonato venerabile presbitero atque preposito canoni[corum] S. Laurenti tuisque successoribus usque ad sexaginta annos ad renovandum; per hanc paginam pacti concedimus et largimus atque confirmamus vobis rem iuris nostri; idest una pecia de terra laboratoria posita in fundo qui vocatur Campo Sintali: ab uno latere tenente Bonizo de Ursa, ab alio Omodeus, a tercio Cafarellus, a quarto vero latere via percurrente; infra ec designata latera res permanet cum omnibus sibi pertinentibus, hec omnia ad abendum, tenendum in annis predictis ad renovandum et licenciam abeatis renovandi ad iura unde existit, ita sane ut inferatis omni marcii mense aut infra indicionem denarios Veneeie unum tantum, dictum est, ut persolvatur. Hec omnia pro remedio anime mee et quondam parentum meorum. Et ab odierna die nunquam liceat nobis suprascriptis ordinatoribus neque nostris eredibus ullo umquam in tempore movere questionem, repeticionem aut causacionem vel ullamque molestia generare contra te neque contra tuos suc[cessores; sed] immo omni tempore securi et quieti exinde [maneatis in omnibus], et si quo tempore quempiam personam hominum surexer[it qu]em vobis eiusdem rei partem vel eam totam tollere voluerit, nos et nostris eredibus tibi tuisque successoribus ab omni persona hominum auctoriare et defensare promittimus, tali modo ut non liceat tibi suprascripto Bonato preposito eiusdem eclesie, neque tuis succes-

soribus nec vendere, nec donare, neque cambiare, neque ullum modum alienare nisi in nos, si necesse fuerit. Quod si sit, quod absit et avertat divina potencia, et omnia que sup(ra) leguntur non abservaverimus, tunc daturos nos nostrosque filios et eredes tibi tuisque successoribus pene nomine auri optimi uncias duas, et soluta pena, maneat hoc pactum firmum. Ego Albertus Imolensis tabelio manu mea scripsi.

Signum manuum nostrarum suprascriptus Santernus et Bonofilius filius meus ordinatores hoc pactum rogavimus atque firmavimus.

Hoc factum est in presencia Petrus de Barucio, Petrus de Imola, Bonizo de Ursa, Martinus Gazose, Gerardus filius Iohanni sarto, Iohannes Privignus de Petro d(e) Imola, Ildebrandus filius Guidonis rogatis testibus.

I, 10. - Orig., mm. 444×174. Charta arrosa est secundum marginem dexterum. In versu ND.

491.

[Imolae], 14 martii 1114.

Medietas plebis S. Laurentii redditur episcopo et canonicis S. Cassiani.

In nomine Domini. Hanno ab incarnacione Iesu Christi millesimo centesimo quarto decimo, temporibus Pasquascii pape, regante Henrico inperatore, die duodecimo mensis marcii, indicione septima, in civitate Cornelliensis. Igitur cum Christi auxilio dum adessem ego Petrus Immolensis tabellio iuxta plebem S. Laurencii ibique mecum boni viri et clarisimi viri nomine Rodulfus de Bonafemina, Hugo Bompetri, Petrus de Boscio, Hugonis de Ildebrando, Albertus de Albrico, Martignanus, Ubertus Scantio, Martinus Brisianus, Iohannes de Odo et fere cuncti Immolenses qui rediderunt plebis S. Laurencii medietatem, ut antiquitus abebant, episscopo et kalonicis S. Cassiani, hoc tenore et condictione, quod ipsi debebant plebem reintegrare et illut totum redere, quod sibi abstulerant, sicut antiquitus integra erat et illam suasquae kapellas consecrare adque clericos earum ordinare, et nullum usum novum ponere [1] sub de (e)adem pena quam a nobis receperunt, videlicet centum librarum, restauracio autem hecclesie vel redintegracio. Hec est fundum Campo longo

et fundo Cento et fundo Penithi et fundo Braita Querzola et fundo S. Maria qui vocatur in Gaconia et medio fundo Duglolo et medio fundo Clusuria de supra et quadraginta turnaturia de Gotefredis et cetera que episscopis dedere.

I, 11. - Orig., mm. 202×265. Charta valde lacera est.

[1] *Verba* et nullum - ponere *adiuncta postea sunt fortasse ab ipso tabellione.*

492.

[Imolae], 4 septembris 1114.

Guibertus, Ildebrandus et Remengarda relicta Ubaldi canonicis S. Laurentii concedunt investituram supra dimidiam terrae petiam de fundo Filzo.

In nomine Domini. Hanno ab incarnacione Iesu Christi millesimo centesimo quarto decimo, temporibus Pasquascii pape, regante Henrico inperatore, die quarto mensis setembris, indicione septima, in atrio ecglesia S. Laurencii, territorio Cornelliensis. Plura henim existunt pacta que solo verbo manere poteest, sep ab oc necesse est scripture vinculum anotari, nec vergencium temporum oblivionis mandentur et ingurgia generentur. Et demum profitemur nos quidem in Dei nomine Guibertus et Ildebrandus et Remengarda relicta quondam Hubaldi mandato et iusscione Ubaldi per huius cartule nostreque vocis, professionis simulque pacti, conveniencie nostre, sta[tu]tis seo largietatis a presenti die nostreque paginem tibi presenti in Christi [nomine] Bonato presbitero receptori pro ecglesia S. Laurencii Christi martiris ..... ad centum annos, heo tinore non abeant licenciam nec tu, nec tuos subces[sores] . . . usdicem dare, nec vendere, nec donare, nec ullo modo dividere, sed semper in . . . . ia unita permaneat, quia sic fuit voluntas suprascripti Ubaldi qui eam dedit memorate hecglesie suorum peccatorum redemcione; idest medietate de una pecia terre que est posita in fundo qui vocatur Filzo ubi residet Iohannes de Alamone: ab huno latere tene⟨n⟩te heredes quondam Albertus de Bricia, ab alio latere eredis quondam Conperti, a tercio latere Petrus de Vitalis cum fratribus suis, a quarto latere strata plubica percorente. Infra ac latera ipsa permanet, sita territorio Cornelliensis, plebe S. Laurencii, eas res abendum, tenendum husque a predicti anni et

licencia abeatis innovandi ad iura unde existunt ad salva pensione persolvendi, ita sanet ut inferatis omnes mensis marcii infra (in dicionem denario uno monete Venecie usque dum renovati eritis; hego iamsuprascriptus Ildebrandus investitore quia ipse Ubaldus michi iussit ut quecumque ora velis corporaliter tibi tradam atque investiam secundum ipsum contractum relegitur. Et ab odierna die nunquam licead nobis suprascripti ordinatoribus neque nostris filiis et heredibus unquam in tempore exinde facere questicionem, repeticionem aut causacionem ullamque molestia generare in contra te neque contra tuos successores, sed immo omni tempore securi e quieti exinde maneatis in omnibus, et si quoquo tempore quempiam personam ominum insurrexerit, quod tibi eam rem totam vel partem tollere voluerit, nos suprascripti ordinatoris nostrisque heredibus ad tibi suprascripto Bonato presbitero tuisque successoribus ab omni persona hauctoriare et defensare debeamus, et si non observaverimus, pena daturi nomine auri obtimi midiam libram, et soluta pena, hanc cartula pacti maneat firma.

Ego Petrus notarius Immolense rogatus sum, subscripsi indicione suprascripta sedtima.

Singnum manibus nostris Guibertus et Ildebrandus et Remingarda relicta Ubaldi huic cartule pacti firmavi et testes rogavi.

Singnum manibus nostris Albertus et Bulgaro germani et Ugolino et Rambertino fili Petrus de Bulgaro, Ugoni de Ildebrandi, Rodulfo de Bonafemina, Ugolino filius Petri de Bosio, Blanco de Bonici uic cartule pacti rogatus testess.

Noticia	testium	idest:
Albertus	vir clarus	testis
Bulgaro	vir clarus	testis
Ugoni	vir clarus	testis
Rambertino	vir clarus	testis
Ugoni	vir clarus	testis
Rodulfo	vir clarus	testis
Ugolino	vir clarus	testis
Blanco	vir clarus	testis.

Ego Petrus tabellio et pos(t) roboracionem testium complevit et absolvit.

I, 12a. - Orig., mm. 682×228. Charta lacera est secundum marginem sinistrum; in versu ND *legi nequit. In eadem charta exstat instrumentum uti ad n. 193.*

493.

[Imolae], 4 septembris [1114].

Instrumentum quo Ildebrandus de Odaldo de mandato Ubaldi tradit ecclesiae S. Laurentii dimidiam terrae petiam de fundo Filzo.

Die quarto mensis setembris, indicione septima, in fundo qui vocatur Filzo, territorio Cornelliensis. Igitur cum Christo auxilio, dum adessem ego quidem in Dei nomine Petrus notarius Immolense et ibique mecum multi boni viri, silicet nomine Santerno de Ganzone, Wido de Alberto de Bricia, Ugoni de Petri de Bosio, Ildebrandus de Bertone, Ugolino filius quondam Dominicus iudices, Lambertus de Cafarello, Martinus de Petri de Immola, Pelo et Iohannes de Andrea de Albina et alii plures: in istorum omnium presencia venit Ildebrandrus de Odaldo mandato Ubaldi, corporaliter tradidit Bonato presbitero recipienti pro ecglesia S. Laurencii; idest medietatem unius pecias terre posita in fundo Filzo secundum quod cartula pacti relegitur et ipse rogavit omnes pro futurum testimonium. Hoc factum est indicione suprascripta septima.

I, 12b. - Cf. notam n. 492.

494.

[Imolae], 25 augusti 1115.

Rocia vidua Petrocini pro redemptione animae viri sui canonicis S. Laurentii donat viam septem pedes ad iustum podismum mensuratam et viginti et septem per longitudinem suam.

In nomine Domini. Anno ab incarnacione Domini millesimo centesimo quinto decimo, temporibus Pasquasi pape, regnante Enrico Henrici quondam filius imperatore, die viesimo quinto mensis augusti, indicione octava . . . . .[1] in canonica S. Laurentii martiris, territorio Corneliensis. I[gitur] . . . . beatissime plebi S. Laurencii in co nunc Deo protegente donnus presbiter Bonatto et presbiter Iohannes de Acgo et Farulfus de lo iudice

Dominico et presbiter Acio preesse videtur, ego quidem in Dei nomine Rocia relicta quondam Petrocino cum filiis meis Ugo, Deraupatho, Zorzo, donatrix in predicta ecclesia pro oblacione et inluminatione seu eterna remuneratione anime mariti mei Petrocini et anime animarum nostrarum et omnium parentum nostrorum, presens presentibus salutem facio magne donationis, sanctarum scripturarum nos ratio promonet, ideo illam semper considerare atque disponere op[ortet] ut pro animarum meritis celestem retribucionem merear promereri credens sine dubio quod evagnelica doctrina promittit vos qui se[c]uti estis mea precepta centuplum accipietis et vite eterne participes eritis. Qua de re ego suprascripta Rocia cum filiis meis prono animo hanc spontanea nostra voluntate nullo nos penitus cogente neque compellente vel vim inferente, sed nostro proprio deliberacionis arbitrio dans donamus, cedimus, tradimus, transferrimus atque transhactamus, et de nostro iure nostroque dominio et a nostris eredibus alienamus et transcribimus in ius et dominium suprascripte plebis perpetualiter solummodo ad usum S. Laurencii vobis vestrisque successoribus in perpetuum, more salario permanendam eo quod abere et detinere videmur, et quod nobis pertinet per quemcumque modum nobis obvenit vel titulum, et si oportun⟨um⟩ fuerit, licenciam damus vobis inde innovandi a iure unde existit; idest viam unam quam a mercato ducitur septem pedes ad iustum podismum mensurata et viginti et septem per longitudinem suam: a primo latere nostra donicata, ab alio eredes Petro Tusco, a tercio strata percurente, et a quarto cimiterium ipsius ecclesie, ut amodo a presente die aut quandoque volueritis liceat vobis vestrisque successoribus in ibidem introire et preoccupare atque ingredi ex potestate tanquam per legitimam et nostram corporalem traditionem quamque etiam per istum nostrum missum, nomine Petrus de Barucio, quem de meis manibus damus et mittimus in vestras abendi dominium et potes[tatem] abeatis, teneatis, possideatis cum vestris successoribus in perpetuum, quietum tramite abeatis, teneatis, possideatis cum vestris successoribus in perpetuum, sicut diximus, pro remedio anime nostre et quondam parentorum meorum. Et ab odierna die nunquam liceat michi donatrici neque meis eredibus ullo unquam in tempore exinde facere questionem, repeticionem, causacionem ullamque molestiam generare in contra plebem S. Laurencii, non per nos neque per nostros heredes, neque

per ullam personam a nobis sumissam vel sumittendam; sed immo omni tempore securi et quieti exinde maneatis cum vestris successoribus in perpetuum; nunquam agemus, neque contendemus, haud invademus, neque agentibus consensum prebeamus, neque per regalem vel imperialem potestatem, neque per ullum modum quia legibus cautum est quod semel donatum vel cessum fuerit in predicta sancta ecclesias, nullo modo revocatur. Unde pro maiori firmitate, et si unquam in tempore quepiam persona surrexerit que vobis [huius rei] partem vel eam totam tollere voluerit, promitto me meosque eredes vobis vestrisque successoribus rem predictam ab omni persona hominum defensare et auctoriare promittimus in predicta ecclesia in perpetuum. Et si contra ec ire vel agere aut contendere voluerimus per quemlibet modum, promittimus esse daturi et compondituri ante omne litis inicium pene nomine auri obtimi libram unam, et maneat hec cartula firma.

Albertus notarius Immolensis rogatus scripsi anc cartulam. Signum manibus nostris Rocia et Ugo et Deraupatho et Zorzo in ac cartula rogavimus, firmavimus.

Signum infrascriptorum testium: presbiter Iohannes de Barucio et Petrus eius frater et Teus clericus et Petrus de Alda et Gualberto in ac cartula sunt rogati testes.

Noticia testium idest.

I, 13. - Orig., mm. 498×272. Charta valde lacera est. In margine inferiore eadem manu scripta exstant verba Sancto ac beatissimo; *in versu* Hec cartula vie S. Laurencii.

[1] *Fortasse hic scriptum erat* in civitate Imole

495.

[Imolae], 22 novembris 1115.

Hugo Pethone et Petrus Ioannis filii canonicis S. Laurentii viam locant.

In nomine Domini. Hanno ab incarnacione Iesu Christi millesimo centesimo quinto decimo, temporibus Pasquascii pape, regante Henrico inperatore, die viesimo secundo mensis novembris, indicione nona, in claustra [1] S. Lauremci, territorio Cornelliensis. Plura enim existunt pacta que solo verbo manere

poteest, sep ab oc necesse est scripture vinculum anotari nec vergencium temporum oblivionis mandentur et ingurcia gererentur.[2] Et quoniam profitemur nos quidem in Dei nomine Hugonis qui vocatur Pethone et Petrus frater eius filii quondam Iohannis per huius cartule nostreque vocis, professionis, locacionis simulque pacti, conveniencie nostre, statuti seo largietatis a presenti die nostreque paginem, vobis presenti presbitero Bonatus et presbitero Iohannes et Farulfo levitam, vobis vestrisque successoribus usque ad sexxaginta et hoctum annos ad renovandum per hanc cartula pacti concedimus vobis rem iuris nostris suprascripti ordinatoris; idest huna via quod est sex pedes in fronte in domnicata hecglesia S. Laurencii longo mansione Santernus de Gangone: a primo latere suprascripto Santerno, de duobus lateribus suprascripti ordinatoris et heredis Dominicus iudices, a quarto latere via percorrente; infra istis desingnatis lateribus rem iacep, hec omnia cum introito et exito suo, sita territorio Cornelliensis, plebe ipsius, eas res abendum, tenendum usque a predicti anni et licencia abeatis innovandi ad iure umde existunt, ad salva pensione persolvendi, ita sane ut inferatis omnis mensis marcii infra indicionem de denariis II monete Venecie. Pro eo quia exinde accepit calciarii de manibus suprascripti calonici, idest capa una pro libras quimdecim de denariis monete Venecie. Eo tinore non abeatis licencia vos suprascripti petitoris nostrisque successoribus ad nullius omines nec vindere, nec donare, neque comutuare, neque locare, neque cambiare, neque ullum contractum facere debet cum nullius ominibus, nisi siat in domnicata via S. Laurencii, et si vos petitoris nostrisque successoribus contractum feceritis, compondituri et daturi nomine auri libram unam, et ipsam viam revertad in suprascripti ordinatoribus: et ab odierna die nunquam liceat vobis suprascripti ordinatoris, neque nostris filiis et eredibus unquam in tempore exinde movere questicionem, repeticionem aut causacionem, vel interpellacione, ullamquem molestia generare in contra vobis suprascriptis petitoris aut in contra tuisque successoribus; sed immo omni tempore secura et quieta exinde maneatis in omnibus, et si quoco tempore quempiam personam ominum insurrexerit, quod vobis eam rem totam vel partem tollere voluerit, nos suprascripti ordinatoris nostrisque filiis et heredibus, ad vobis petitoris et ad nostris successoribus ab omni persona haucturiare debeamus et si non observaverimus, pena daturi nomine auri libram unam,

et soluta pena, hanc cartula pacti maneat firma. Ego Petrus tabellio rogatus sum, subscripsi indicione suprascripta nona.

Singnum manibus nostris Ugoni et Petri germani uic cartule pacti firmavi et testes rogavi.

Singnum manibus nostris Ugo Bascaiuno et Catanio, Berardus de Ardizone, Guido de Micco, Albertus clericus, Petrus de Santerno, Dominicus Cansune, Ugoni et Iohannes filii quondam Iohannis de Donico, Petrizano filius quondam Rusticus, Albertus filius Iohannis da Casucia uic cartule pacti rogatus testess.

Noticia	testium	idest :
Ugoni	vir clarus	testis
Catanio	vir clarus	testis
Gerardus	vir clarus	testis
Guido	vir clarus	testis
Albertus	vir clarus	testis
Petrus	vir clarus	testis
Dominicus	vir clarus	testis
Ugo	vir clarus	testis
Iohannes	vir clarus	testis
Petrizano	vir clarus	testis
Albertus	vir clarus	testis.

I, 14. - Orig., mm. 400×268.

[1] *Orig. refert* caulsta [2] *Orig. ita habet.*

496.

Imolae, 25 februarii 1116.

Rodulphus de Bonafemina canonicis S. Laurentii locat terrae spatium in civitate Imolae positum.

In nomine Domini. Anno ab incarnacione Iesu Christi millesimo centesimo sexto decimo, temporibus Pasquasii pape, regnante Enrico inperatore, die viesimo quinto mensis februarii, indicione nona, in civitate Imole. Plura quidem existunt pacta que solo verbo manere posunt, set ab oc necesse est scripture vinculis anotari nec variencia temporum oblivioni mandentur et iurgia generentur. Et quoniam profiteor ego quidem in Dei nomine Rodulfus de Bonafemina per huius paginam mee vocis,

professionis, locacionis simulque pacti a presenti die eiusdem pagine vobis presentibus Bonatus presbiter, Iohannes presbiter, Acius presbiter et Farulfus diaconus receptoribus pro persona et in vice ecclesiam S. Laurencii, vestrisque successoribus usque ad annos centum ad renovandum per hanc paginam concedo et largio seu confirmo vobis rem iuris mee suprascripto ordinatore; idest unum spacium terre qui est positum in civitate Imole, extendentes in longitudinem suam pedes * *, in frontibus * *: ab uno latere tenente eredes Petri de Bretone, ab alio strata publica, a tercio Albertus de Zoculo, a quarto vero latere Rivello: infra hec designata latera res permanet cum omnibus sibi pertinentibus. Hec omnia ad abendum, tenendum, ordinandum et disponendum in annis predictis ad renovandum; ita sane ut inferatis omni marcii mense aut infra indicionem candelam unam, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia exinde accepi callciarii nomine libras tres monete Venecie. Et ab odierna die nunquam liceat michi suprascripto Rodulfo neque meis filiis et eredibus vobis suprascriptis receptoribus neque vestris successoribus predictam rem tollere; set immo omni tempore securi et quieti exinde maneatis: et si quo tempore quempiam persona hominum surexerit quem vobis eiusdem rei partem vel eam totam tollere voluerit, ego et meis eredibus vobis vestrisque successoribus ab omni persona hominum auctoriare et defensare promitto sub pene nomine auri optimi libram mediam, et post soluta pena, hoc pactum firmum maneat. Ego Albertus tabellius manu mea scripsi.

Signum manus mee suprascriptus Rodulfus ordinator hoc pactum rogo et firmo.

Signum manuum testium idest: Gibertus Ugonis filius, Wido de Percola, Petrus Ravignano, Albertus de Iohanne de Ursa, Wido Deonicato rogatis testibus.

Noticia	testium	idest:
Gibertus	rogatus	testis
Wido	rogatus	testis
Petrus	rogatus	testis
Albertus	rogatus	testis
Wido	rogatus	testis.

I, 15. - Orig. mm. 540×226. In margine inferiore ND.

497.

Imolae, 28 februarii 1116.

Hugo de Ildebrando eiusque uxor Bonafilia et Acius Azonis canonicis S. Laurentii locant omnia quae Rusticus clericus tenebat iuxta ecclesiam S. Laurentii.

In nomine Domini. Anno ab incarnacione Iesu Christi millesimo centesimo sexto decimo, temporibus Pasquasii pape, regnante Enricō inperatore, die viesimo octavo mensis februarii, indicione nona, in civitate Imole. Plura quidem existunt pacta que solo verbo manere posunt, set ab oc necesse est scripture vinculis anotari nec variencia temporum oblivioni mandentur et iurgia generentur. Et quoniam profitemur nos quidem in Dei nomine Ugo de Ildebrando et Bonafilia uxore mea et Acius Azonis filius per * * * * per huius paginam nostre vocis, professionis, locacionis simulque pacti a presenti die eiusdem pagine, vobis presentibus Bonatus venerabilis presbiter et Iohannes presbiter receptoribus in vice eclesiam S. Laurencii seu et successoribus vestris usque ad centum annos ad renovandum per hanc locacionem concedimus et largimus seu confirmamus vobis rem iuris nostri suprascriptorum ordinatorum; idest quod habet et detinet Rusticus clericus ad iura nostra iuxta suprascriptam eclesiam: ab uno latere tenente Ugo de Ildebrando, ab alio Omodeus cum nepotibus suis, a tercio heredes Petri de Presbitero Iohanne, a quarto vero latere Lanzeto: infra hec latera res permanet cum omnibus sibi pertinentibus. Hec omnia ad habendum, tenendum ad utilitatem predicte eclesie et plubice vie tociusque populi in annis predictis ad renovandum. Ita sane ut... inferatis omni marcii mense aut infra indicionem candelam unam Ugoni de Ilde[brando]...

I, 16. - Orig., fragmentum, mm. 234×235. Haec charta, ab Alberto tabellione exarata, caret parte inferiore quae recisa fuit. In versu, eadem manu Hec cartula quam fecit Ugo de Ildebrando.

498.

[Imolae], 3 iunii 1116.

Homodei, Hugo et Bonpirolo germani Petro et Leoni libellario nomine tres petias terrae de fundo Panaria concedunt.

In nomine Domini. Hanno ab incarnacione Iesu Christi millesimo centesimo sexto decimo, temporibus Pasquascii pape, regante Henrico inperatore, die tercio mensis iunii, indicione nona, in civitate Cornelliensis. Petimus ad vobis quidem in Dei nomine Homodei et Ugoni et Bonpirolo germani et cognungne illorum silicet nomine Alteburga et Donolina et Adạlascia et Ugolino et Girardo amborum filii sui, tibi presenti in Christi nomine Petrus de Cassianus petitore tam pro se et pro ex persona et in vice Galdratha uxor sua in medietate, et in alia medietate Leoni et Maria uxor sua vestrisque filiis et heredibus usque ad quadraginta annos ad renovandum, libellario nomine concedimus vobis rem iuris nostris suprascripti ordinatoris; idest quantascumque nobis pertinet, quod est tres pecias terre in fundo Panaria. Hec omnia cum introito et exito suo, sita territorio Cornelliensis, plebe S. Laurencii, eas res abendum, tenendum usque a predicti anni, ita sanet ut inferatis omnis mensis marcii infra indicionem de denariis sex monete Venecie, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia exinde accepit calciarii de manibus suprascripti petitoris, idest capa una pro libras tres de denariis veneticorum. Si quis vero contra unc libellum ire temtaverimus adque perfinitum tempus, de(t) pars [1] parte, fide servante, et nos suprascripti ordinatoris una cum nostris filiis et heredibus ad vos petitoris et ad vestrisque filiis et heredibus ab omni persona aucturiare et defensare debeamus, et si non observaverimus vel adinpleverimus, pena daturi nomine auri uncias una, et soluta pena, hanc cartulam maneat firma.

Ego Petrus tabellio Immolense rogatus sum, subscripsi indicione suprascripta nona.

Singnum manibus nostris Omodei et Ugo et Bonpirolo et cognugie illorum nomine Alteburga et Donolina et Adalascia

et Ugolino et Girardo amborum filii sui uic cartule libelli firmavi et testes rogavi.

Singnum manibus nostris Ricardo filius Iohannis de Gisulfo, Andrea filius Iohannis de Inmola, Aldinello, Albertus de Iohannis clericus, Ugolino uic cartule libelli rogatus testess.

Noticia	testium	idest:
Ricardo	vir clarus	testis
Andrea	vir clarus	testis
Aldinello	vir clarus	testis
Albertus	vir clarus	testis
Ugolino	vir clarus	testis.

I, 17. - Orig., mm. 395×231. In versu XD.

[1] *Orig. refert* prans.

499.

Imolae, 28... 1116.

Rodulphus de Bonafemina canonicis S. Laurentii locat terrae spatium in civitate Imolae situm.

In nomine Domini. Anno ab incarnacione Iesu Christi millesimo centesimo sexto decimo, temporibus Pascasii pape, regnante Enrico inperatore, die viesimo octavo mensis * *, [1] indicione nona, in canonica S. Laurencii, in civitate Imole. Plura quidem existunt pacta que solo verbo manere potest, set ab oc necesse est scripture vinculis anotari nec variencia temporum oblivioni mandentur et iurgia generentur. Et quoniam profiteor ego quidem in Dei nomine Rodulfus qui vocatur de Bonafemina per huius paginam mee vocis, professionis, locacionis simulque pacti, a presenti die eiusdem pagine, tibi presenti Bonato presbiteri receptori per sanctam eclesiam S. Laurencii usque ad annos centum ad renovandum, per hanc paginam pacti concedo et largio, seu confirmo suprascripte eclesie rem iuris mee; idest unum spacium terre qui est positum in civitate Imole: ab uno latere Rodulfus de Alberto de Dominico, et Albertus de Zoculo, ab alio strata plubica, ab aliis duobus lateribus tenente eredes quondam Bretoni, infra ec designata latera res permanet cum omnibus sibi pertinentibus. Hec omnia ad abendum, tenendum in annis predictis ad renovandum; ita sane ut inferatis omnique anno

candelam unam, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia exinde accepis mercede nomine libras tres monete Venecie, Et ab odierna die nunquam liceat michi suprascripto Rodulfo, neque meis eredibus predictam rem tollere; sed immo omni tempore secura et quieta exinde maneas; et si quo tempore quempiam personam hominum surexerit quem tibi eam rem, totam vel partem tollere voluerit, ego et meis filiis et eredibus ab omni persona ominum auctoriare et defensare promitto. Quod si non observavero, tunc daturum me meisque eredibus, pene nomine auri optimi uncias tres, et post soluta pena, firma maneat.

Ego Albertus Imolensis tabellius manu mea scripsi.

Signum manus mee suprascriptus Rodulfus ordinator hoc pactum rogo et firmo.

Signum manuum testium: Gibertus filius Ugonis, Dominicus Gallardo, Donatus eius filius, Lambertus de Cafarello, Bosello, Martinus Bonusvino, Iohannes, Benedictus, Ugo de Gaia, Iohannes de Miscrinollo [2] rogatis testibus.

Noticia	testium	idest:
Gibertus	rogatus	testis
Dominicus	rogatus	testis
Donatus	rogatus	testis
Martinus	rogatus	testis
Iohannes	rogatus	testis
Ugo	rogatus	testis.

I, 18 a. - Orig., mm. 487×230. In margine inferiore uti ND, *invenitur nota testium in qua etiam memorantur* Ugo de Petrus tabellius, Iohanne Bono, Iohannes clericus. *In versu, eadem manu* Cartula Rodulfi Bonefemine; *insuper alterius instrumenti* ND. *Cf. n. 500.*

[1] *In magine inferiore* die viesimo octavo indicione nona; *deest mensis recordatio.* [2] *In* ND de Misznollo

500.

[Imolae], 2 martii [1117].

Cessio quaedam ecclesiae S. Laurentii facta.

Die tercio mensis marcii, indicione decima. [1] Ego Ugo et Bonopetrus frater eius, Ugo et Cariolo et fratres eius tibi Bonato presbiter et Farulfo diacono uti receptores vice eclesiam S. Laurencii; idest hoc abemus et detinemus et filio Iohannis de Bono

detinet ad (i)ura nostra. Ugo de Petro de Bosio investitore, Petrus de Santerno, Tedericus, Albertus Gazese, Rodulfinus, Vitalis clericus, sub pene nomine uncias duas.

I, 18 b. - Anni determinationem ex eo deducimus quod haec ND *inserta sit chartae n. 499, manu eiusdem tabellionis Alberti scripta, et ex indictione X quae respondet anno 1117.*

501.

Imolae, 7 februarii 1118.

Albericus quondam Hugonis de Baldo locat Rainbaldo quinque arvi tornaturias de fundo Porcelecla.

In nomine Domini. Anno ab incarnacione Iesu Christi millesimo centesimo octavo decimo, regnante Enrico inperatore, die septimo mensis februarii, indicione undecima, in civitate Imole. Plura quidem existunt pacta que solo verbo manere posunt, sed ab oc necesse est scripture vinculis anotari, nec variencia temporum oblivioni mandentur et iurgia generentur. Et quoniam profiteor ego quidem in Dei nomine Albericus filius quondam Ugonis de Baldo per huius paginam mee vocis, professionis, locacionis simulque pacti a presenti die eiusdem pagine tibi presenti Rainbaldo petitori tam pro te quam pro Tuinda uxore tua vestrisque filiis et eredibus usque ad annos centum ad renovandum per hanc paginam concedo et largio seu confirmo vobis rem iuris mee suprascripto ordinatore; idest quinque turnaturie de terra laboratoria ad iustum podisimum designate, que sunt posite in fundo qui vocatur Porcelecla: ab uno latere tenente Ardizone cum consortibus suis, ab alio similiter, a tercio canonica S. Casiani, a tercio[1] limite percurrente; infra hec designata latera res permanet cum omnibus sibi pertinentibus, sita territorio Cornelliensis, plebe S. Marie Sulustre. Hec omnia ad abendum, tenendum in annis predictis ad renovandum; ita sane ut inferatis omni marcii mense, aut infra indicionem, unum denariorum Venecie. Pro eo quia facio vobis quod pater meus in testamento vobis dedit et pro meo amore iure vestro in meo iure misistis. Et ab odierna die nunquam liceat michi suprascripto ordinatori, neque meis eredibus vobis prenominatis petitoris, neque vestris eredibus predictam rem tollere, set immo omni tempore securi et quieti exinde maneatis. Et si quoque tempore

quempiam personam hominum surexerit quem vobis eiusdem rei partem vel eam totam tollere voluerit, ego et meis eredibus auctoriare et defensare promitto, tali modo ut non abeatis licenciam vendere, donare neque commutuare, neque ullum modum alienare nisi in me aut in meis eredibus, si tollere voluero; sin autem, licenciam abeatis in aliis dare, salvo iure meo. Quod si non observavero, tunc[1] daturum me meisque eredibus esse promitto vobis vestrisque liberis pene nomine auri optimi uncias duas et firma maneat. Ego Albertus Imolensis tabellius rogatus manu mea scripsi.

Signum manus mee suprascriptus Albericus ordinator hoc pactum rogo et firmo.

Signuum manuum testium idest: Rodulfus de Bonafemina, Ubaldus, Acius de Rainerio, Albertinus, Petrus de Restano rogatis testibus.

I, 19. - Orig., mm. 326×230. Charta aliquantulum lacera est.

[1] *Orig. ita habet.*

502.

[Imolae], 1118.

Rodulphus Hugonis de Atholino refutat canonicis S. Laurentii decimam de fundo Dullolo percipiendam.

In nomine Domini. Anno ab incarnacione Iesu Christi millesimo centesimo octavo decimo, indicione undecima. Noticia recordacionis qualiter Rodulfus filius Ugonis de Atholino dum esset in mansione filiorum Petrizani infirmus refutavit clericis eclesie S. Laurencii decima eiusdem eclesie de terra quam ipse abebat in fundo qui vocatur Dullolo tali modo, quod nec ipse nec sui eredes illa decima tenere debebat, set omni tempore eclesie tribuere, et de eo quod supradicta decima ipse iniuste tenuit ab eadem eclesia, dimisionem peciit quod et clerici eiusdem eclesie sibi fecerunt in quantum potuerunt. Hoc factum est in presencia Ugonis de Ildebrando et Pauli sui nepoti et Farulfi de Petrizano et Guidonis sui fratris et Farulfi de Rustico, Isnardi de Atholino et filiorum eius et centerorum adstancium; et me presente Alberto tabelio qui sicut vidi et audivi et ab eodem Rodulfo rogatus scribere, hec scripsi.

I, 20. - Orig., mm. 288×200.

503.

[Imolae], 15 decembris 1119.

Fantolinus donat canonicis S. Laurentii petiam terre sitam in fundo Crus feria nuncupato.

In nomine Domini. Anno ab incarnacione Iesu Christi millesimo centesimo nono decimo, die quinto decimo mensis decembris, indicione duodecima, in loco qui dicitur Crus feria. Ea quidem egesta esse videtur, prolixis temporibus ⟨me⟩moriter retineri non sunt, ideo scripture vinculis anotari necesse est. Igitur cum Christi aucxilio dum adessem ego Albertus Immolensis tabellius et ibique mecum bonissimi viri, silicet Ugo de Petro de Bosio, Ugo clericus, Iohannes de Randuino, Arardus Teuzonis filius et aliis, in presencia nostrorum venit Fantulinus diaconus et apremdit solum terre et misit in manu Bonati presbiteri et dixit : Ecce investio et in possessione tibi mitto de ista pecia terre posita in fundo qui dicitur Crus feria, que est extimata turnaturie tres et de omnibus ceteris que relegitur in illa cartula donacionis quam fecit tibi Acius de Fusco corporaliter in sua vice, quoniam ille me suum missum constituit, ut ego te inde vestirem : hoc autem facio ut ille Bonatus presbiter accipiens ta⟨m⟩ pro se quam pro ceteris canonicis canonice S. Laurencii, et dixit : Rogo vos omnes adstantes huius rei esse testes.

I, 21. - Orig., mm. 324×170.

504.

Imolae, 10 februarii 1122.

Burga et Albertus vir eius donant canonicae S. Laurentii arvi tornaturiam de fundo qui Secundus appellatur.

In nomine Domini. Anno ab incarnacione Iesu Christi millesimo centesimo viesimo secundo, temporibus Calistri pape, regnante Enrico inperatore, die decimo mensis februarii, indicione

quinta decima, in civitate Imole. Profitemur nos quidem in Dei nomine Burga et Albertus vir meus per huius paginam nostre vocis, professionis, cessionis simulque pacti a presenti die eiusdem pagine, vobis presentibus Bonatus presbiter, Iohannes presbiter et Acius presbiter receptoribus in vice canonice S. Laurencii et pro vestris sociis vestrisque successoribus per hanc paginam concedimus et largimus, seu confirmamus vobis rem iuris nostri; idest una turnaturia de terra laboratoria ad iustum podisimum designata que est posita in fundo qui vocatur Secundo: ab uno latere tenente Bilinellus, ab alio Rodulfus de Faita, a tercio Martignanus, a quarto vero latere Silice percurrente; infra ec designata latera res permanet cum omnibus sibi pertinentibus, sita territorio Cornelliensis, plebe S. Laurencii. Hecce Farulfus diaconus in manu vestra investitorem mittimus ut vobiscum veniat et in nostra vice vobis corporaliter investiat, quieto tramite abendi dominium et potestatem, ipsa res abeatis, teneatis ordinanti et disponendi et more co volueritis exinde faciendi, et licenciam abeatis renovandi ad iura unde existit a salva pensione persolvenda. Pro eo quia exinde facimus pro redemcione anime Petri filii mei tali modo ut non abeatis licenciam ad nullum alium homine dare, neque ullo modo alienare, set a vestris manibus retinere. Et ab odierna die nunquam liceat nobis suprascriptis datoribus, neque nostris filiis et eredibus ullo unquam in tempore movere questionem, repeticionem aut causacionem vel ullamque molestia generare contra vos, neque contra vestros successores; set immo omni tempore securi et quieti exinde maneatis. Et si quo tempore quipiam personam hominum surexerit quem vobis eam rem, totam vel partem tollere voluerit, nos et nostris eredibus vobis vestrisque successoribus ab omni persona hominum auctoriare et defensare promittimus. Quod si non observaverimus, tunc daturos nos nostrosque filios et eredes esse promittimus vobis vestrisque successoribus pene nomine auri optimi uncias duas, et post soluta pena, firma maneat.

Ego Albertus Imolensis tabellius rogatus manu mea scripsi.

Signum manuum nostrarum suprascripta Burga et Albertus vir meus donatores hanc cartulam a nobis facta rogavimus atque firmavimus.

Signum manuum testium, idest: Ugo de Petro Blanco, Cristianus, Guido de Alberto de Bricia, Ugo de Agone, Tedericus de Bonno, Gerardus clericus rogatis testibus.

Noticia	testium	idest:
Ugo	rogatus	testis
Cristianus	rogatus	testis
Guido	rogatus	testis
Ugo	rogatus	testis
Tedericus	rogatus	testis
Gerardus	rogatus	testis.

I, 22. - Orig., mm. 474×200. In versu ND *qua hoc modo donatores specificantur* Ego Albertus de Micca et Burga uxor mea. *Sub* ND, *manu eiusdem notarii, legimus* Hanc cartulam Petrus de Burga.

505.

Imolae, 2 octobris 1122.

Guido Petro Bellencii eiusque uxori Mariae concedit in emphytheusim terrae tornaturiam de fundo Cruce feria dicto.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen. Anno ab incarnacione Domini millesimo centesimo vigesimo secundo, indicione quinta decima, temporibus Kalixti pape, regnante Henrico inperatore, die secundo introeunte mensis octobris, in civitate Immola, in casa Petri Bellencii. Profiteor ego quidem in Dei nomine Guido per huius paginam meę vocis, professionis, sponsionis, locacionis, simulque pacti, statuti, conveniencie, largitatis a presente die eiusdem pagine, vobis presentibus in Christi nomine Petro Bellencii et Marie uxori tue per hanc paginam pacti do et concedo et trado et largior seu confirmo in vos receptores rem iuris mei suprascripti ordinatoris; idest do vobis tornaturiam unam terre cum omnibus sibi pertinentibus, que est in fundo qui vocatur Cruce feria, territorio Cornelliensis, plebe S. Laurencii: a primo latere tenente Ugo de Aggo, a secundo latere Ugo de Petro de Uberto, a tercio Santernus de Zanzone, a quarto vero latere Silice; quantum unam iustam tornaturiam comprehendit, infra hec latera permanet, do et concedo vobis ad habendum, tenendum, possidendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis advenientibus sexaginta et novem ad renovandum. Ita sane ut inferatis michi meisque heredibus omni marcii mense aut infra indicionem nomine pensionis denarios monete Venecie duos. Pro eo quia exinde

haccepi de manibus vestris in meis cappam unam pro solidis luccensium duodecim mercedis nomine. Eo tenore ut in tempore vite vestre habeatis, teneatis et possideatis hanc terram ad obitum vestrum : ego aut mei heredes debeamus reddere vobis duodecim solidos luccensium et predictam terram ad me reverti debeat, aut ad meos heredes, et si non reddidero vobis predictos duodecim solidos luccensium, vos debeatis facere de predicta terra quicquid volueritis. Et ab odierna die nunquam liceat michi ordinatori, neque meis heredibus exinde facere questionem, repeticionem vel causacionem, ullamque molestiam contra vos nec ullum ingenium generare, neque contra vestros heredes, set immo omni tempore, ut dictum est, securi et quieti exinde maneatis, auctoriare et defensare promitto hec omnia suprascripta, sicut hec leguntur, sub pena unius auri uncię, et pena soluta, hec omnia suprascripta firma maneant. Que vero ego Petrus tabellio rogatus scripsi ; testes huius rei sunt isti, silicet : Alferius manus investitor, Uberto Scantio, Petrus de Andrea, Guido de Prezanni, Bennolus.

Signum manus ordinatoris laudavit et firmavit hec omnia suprascripta. Signum manuum testium rogati ad omnia suprascripta laudaverunt et firmaverunt hec omnia suprascripta.

I, 23. - Orig., mm. 370×227. In versu ND *quae vix legi potest.*

506.

Imolae, 3 novembris 1122.

Hugo Bonio ecclesiae S. Laurentii donat quatuor arvi tornaturias.

In nomine Domini. Anno ab incarnacione Iesu Christi millesimo centesimo viesimo secundo, temporibus Calistri pape, regnante Enrico inperatore, die tercio mensis novembris, indicione quinta decima, in civitate Imola. Sancto ac beatissimo venerabilis regule canonice S. Laurencii, in quo nunc Deo protegente domnus Bonatus presbiter, Iohannes presbiter et Acius presbiter atque Farulfus diaconus [1] receptoribus in vice canonice S. Laurencii preesse videtur. Ego quidem in Dei nomine Ugo qui vocatur Bonio, una presente et consenciente Imelde cognuge mea, donator in predicta canonica pro oblacione et inlumina-

cione anime mee et parentum meorum ; qua de re prono animo ac spontanea mea voluntate nullo me penitus cogente, neque compelente, vel vim ferente, set meo proprio deliberacionis arbitrio, dans do, dono, cedo, trado et transfero atque transacto de meo iure meoque dominio meis eredibus, halieno et transcribo atque subduco in iura et dominium suprascripte canonice per vos suprascriptos presbiteros vestrosque successores in perpetuum more salario permanendam ; idest quattuor turnaturie de terra laboratoria ad iustum podisimum designate, que sunt posite in fundo qui vocatur * * : ab uno latere tenente Ugo Scaldaligno, ab alio nostris consortibus, a tercio Petrus de Maria, a quarto vero latere via que vocatur Gamelaria ; infra ec designata latera res permanet cum omnibus sibi pertinentibus. Hecce Rodulfus de Bonafemina in manu vestra investitorem mitto ut vobiscum veniat et in mea vice vobis corporaliter investiat, quieto tramite abendi dominium et potestatem : ipsas res abeatis, teneatis, posideatis ordinandi et disponendi et licenciam renovandi ad iura unde existunt, a salva pensione persolvenda, videlicet duos denarios Venecie. Hec omnia pro remedio animee mee et quondam parentum meorum et pro guadraginta solidos luccensium a vobis accepi. Et ab odierna die nunquam liceat michi suprascripto donatori, neque meis filiis et eredibus ullo unquam in tempore movere questionem, repeticionem, aut causacionem, vel ullamque molestia generare contra vos, neque contra vestros successores ex parte vel ex toto nunquam agam, neque contendam, neque invadam, neque agentibus consensum prebeam, non per me neque per meos filios, eredes, neque per sumissam a me personam vel sumittendam ; quia e legibus cautum est, ut cod semel datum vel concessum fuerit in sancto ac venerabile canonica datum vel concessum fuerit, nullo modo revocetur, set ego et meis eredibus ab omni persona hominum auctoriare et defensare promitto. Quod si non observavero, tunc daturum me meosque filios et eredes esse promittimus vobis vestrisque successoribus pene nomine auri optimi libram mediam, et post soluta pena, firma maneat. Ego Albertus tabellius rogatus manu mea scripsi.

Signum manus mee suprascriptus Ugo donator hanc donacionem rogo et firmo.

Signum manuum testium idest : Rodulfus de Bonafemina, Ubertus Sclantio, Coso, Asprandus, Iohannes de Binia, Albertinus, Ugo de Iohanne Bono, rogatis testibus.

Noticia	testium	idest :
Rodulfus	rogatus	testis
Ubertus	rogatus	testis
Coso	rogatus	testis
Iohannes	rogatus	testis
Albertus	rogatus	testis
Ugo	rogatus	testis
Asp⟨r⟩andus	rogatus	testis.[2]

I, 24. - Orig., m. 485×310. In versu ND.

[1] *In* ND subdiaconis [2] *In* NT *interscriptum est manu eiusdem notarii* Eo tenore si umquam in tempore dare vel alienare volueritis, ad meos eredes revertatur.

507.

[Imolae], 5 iunii 1124.

Canonicis S. Laurentii per investituram tres terrae petiae possidendae traduntur.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen. Anno ab incarnacione Domini millesimo centesimo vigesimo quarto, indicione secunda, die quinto mensis iunii, temporibus Kalisti pape et Henrici inperatoris. Igitur cum Christi adiutorio dum adessem ego quidem in Dei nomine Petrus tabellius in fundo qui vocatur Segatizo et in fundo qui vocatur Capezani, ibique mecum bone obinionis et laudabilis fame viri quorum nomina sunt hec : Petrus de Santerno, Tedericus de Benno, Lambertolus de Cafarello, Pepone atque Petrus Ildebrandi et me presente Petrus tabellius et presente Iohanne de Randuino et Farulfinellus de Lario, in presencia istorum omnium haccessit Blanco de Bonzo et accepit guasonem terre cum fructu terre et misit in manibus presbiteri Azonis et dixit: Ecce ego Blancus investio te sacerdotem receptorem per te et per tuos confratres et per sacerdotem Iohannem de Aggo et pro Farulfo levita et pro aliis vestris confratribus et successoribus vestris in persona et vice ecclesie de hac terra, ubi nos erecti stamus, que est in suprascripto Segatizo, quam Marocia pro anima sua dedit ad ecclesiam S. Laurencii, sicut in cartula, quam ipsa fecit ad ecclesiam predictam, legitur, ut in perpetuum habeat et teneat ecclesiam S. Laurencii, et vos prenominatos et vestri confratres et succes-

sores vestri in ipsa ecclesia sine omni lite, sicut legitur in predicta cartula. Et Farulfus diaconus similiter in presencia omnium predictorum testium haccepit peciam unam terre similiter cum fructu terre que est in Capezani, quam Albertinus de Micco cum uxore sua Burga pro anima filii sui dederunt ad ecclesiam S. Laurencii; et iterum in civitate post ecclesiam S. Laurencii ipsemet Farulfus haccepit terram cum ligno et dixit: Ecce ego Farulfus investio te sacerdotem Iohannem de Aggo receptorem per te et per tuos confratres de hac terra quam Martinus Brissciaņus et Rodulfus de Segnoreto dederunt ad ecclesiam S. Laurencii, ut deinceps habeat ecclesia S. Laurencii cum suis servitoribus, sicut in cartula legitur, quam ipsi fecerunt ad ecclesiam. Et similiter in presencia Rodulfi de Bonafemina et Blanci de Bonzo et Tederici et Petri Santerni et Ildebrandi de Lario et in presencia Petri Ildebrandi et Iohannis Randuini et Ugonis da Linare et aliorum plurium haccessit Martinus Brisscianus et haccepit terram quam frater suus Bonusvicinus cum uxore sua pro anima eorum dederunt ad ecclesiam S. Laurencii, et misit in manibus iamdicti sacerdotis Iohannis de Aggo et dixit: Ecce investio te et in possessionem te mitto de hac terra, ut deinceps tu et fratres tui et successores vestri in ipsa ecclesia, sicut in cartula quam ipsi fecerunt ad ecclesiam, habeatis, teneatis et possideatis quiete hac pacifice: et ab hac die in antea omnia hec predicta, sicut divisim et separatim, nos investitores vobis prenominatis canonicis et vestris confratribus et successoribus per preceptum et iussionem predictorum datorum damus potestatem habendi, tenendi et possidendi in ipsa ecclesia predictas res, sicut legitur in cartulis quas ipsi fecerunt ad predictam ecclesiam, sub pęna que in cartulis leguntur.

I, 25. - Orig., mm. 410×170. In versu brevis ND *quae legi nequit.*

508.

[Imolae], 14 aprilis 1125.

Guido de Uberto vi testamenti ab Andrea fratre confecti possidendam tradit canonicis S. Laurentii terrae tornaturiam.

[In nomine] Domini nostri Iesu Christi. Anno millesimo centesimo xx quinto, temporibus Honorii pape et Henrici [imper]atoris, die quarto decimo mensis aprilis, indicione tertia, in

ęcclesia S. Laurentii .... quoniam profitemur nos quidem in Dei nomine Guido de Uberto de Liucia cum uxore Andree fratris sui [Anna et G]ualdrata filia sua, vice et in persona predicti quondam Andree per huius cartulam pacti [a presenti] die vobis presentibus in Christi nomine presbitero Iohanni et Farulfo acceptores pro v[obis] .... us clericorum eiusdem ęcclesię; idest unius turnaturie terre posita [in fundo qui vocatur M]aceraturio: a primo latere Iohannes Bagnarie, a secundo latere Ugolinus Petri Blanci, [a tercio Asprando], a quarto vero latere via percurrente. Hec omnia cum introitu et exitu suo et cum omnibus sibi pertinentibus, super se et infra se habentibus, concedimus vobis ad abendum, tenendum, defensandum et in omnibus meliorandum in perpetuum per cartulam pacti. Conducticias vero si apparuerit, licenciam habeatis innovandi, salva vero dopnica danda, ad iura unde existunt; hec omnia damus et concedimus pro anima Andree remediumque parentum suorum, sicut ipsemet in vita sua testavit. Et non liceat vobis acceptores neque vestris successoribus predictam rem ullo unquam in tempore vendere vel donare neque ullum contractum facere vel de supradicta ęcclesia eam trahere, nisi in supradicta ęcclesia. Set semper ad propriam mensam canonicorum eiusdem ęcclesię ibi permanentium permaneat. Et ab hac die nunquam liceat nobis ordinatoribus neque nostris filiis et heredibus ullo umquam in tempore exinde facere questionem, repeticionem vel interpellacionem, ullamque molestiam generare contra vos, neque contra vestros successores eiusdem ęcclesiae. Quod si sit, quod absit et avertat divina potentia et omnia supradicta non observaverimus, tunc promittimus nos daturos ante omne litis inicium aut interpellacionem pene nomine auri unciarum duarum, et post pene solucionem, hoc pactum maneat firmum.

Quod pactum scripsi ego Oto tabellius sub die supradicto et indicione supradicta.

Signum manus Guidonis et Anne et Gualdrade filie sue qui promiserunt hec omnia supradicta in perpetuum autoriare et defensare contra omnes homines sub eadem pena et indictione supradicta.

Ego Farulfus diaconus eiusdem ęcclesię huius rei manus investitor.

Ego Ugo filius Martignani rogatus testis interfui.

Ego Rogerius frater eius rogatus testis interfui.

Ego Alferius rogatus testis interfui.
Ego Iohannes Bonilvini rogatus testis interfui.
Ego Ugo Mendolus rogatus testis.
Ego Ugo Adalasie rogatus testis interfui.

I, 26. - Orig., mm. 470×185. Charta in marginibus lacera et arrosa est; pro restitutionibus ND *usi sumus.*

509.

Imolae, 7 iunii 1128.

Ioannes Alberti Balbi eiusque uxor Divisia ecclesiae S. Laurentii concedunt in emphytheusim terrae petiam.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen. Anno ab incarnacione Domini millesimo centesimo vigesimo octavo, indicione sexta, in civitate Immola, in claustra S. Laurencii, die septimo intrante mense iunii, temporibus Onorii pape * *. Profiteor ego quidem in Dei nomine Iohannes filius Alberti Balbi uná cum consensu et presente uxore mea Divisia per huius paginam nostrarum vocum, professionis, sponsionis et locacionis simulque pacti, statuti, convenienciç, largitatis a presente die eiusdem paginç cencedimus ego Iohannes et uxor mea Divisia kanonicç S. Laurencii in victu et vestitu et necessitate clericorum ad propriam mensam clericorum vero in predicta kanonica permanencium per vos sacerdotes Iohannes de Aggo et presbiter Petrus Clusuriç receptores vice iamdictç kanonicç per vos et per confratres et successores vestros, ut deinceps quiete et paciffice habeatis, teneatis et possideatis peciam unam terre cum omnibus super se habentibus et sibi pertinentibus per pactum in centum annos in fundo ⟨qui⟩ vocatur * *, territorio Cornelliensis, plebe S. Laurencii: ab uno latere tenet iamdicta canonica, ab alio latere est via, a tercio latere heredes Petri Bonceti, a quarto vero latere Petrus de Bulgaro: quantum infra hec latera permanet, concedimus vobis et confratribus et successoribus vestris, idest iamdictam rem, ut hic scriptum est, et damus vobis licenciam innovandi ad iura unde existit, salva racione domnica persolvenda, idest denarios * *. Pro eo vero quia exinde accepimus a vobis precii nomine absque omni deceptione seu deliberacionis kalumnia viginti solidos luc-

censium, et nos et nostri heredes vobis suprascriptis et confratribus et successoribus vestris ab omni persona hominum defensare et auctoriare et nunquam frangere promittimus hec omnia su(b) paena duarum auri unciarum, et paena soluta, si minime hec omnia observavero, omnia suprascripta sine omni obstaculo firma maneant. Que vero omnia ego Petrus Immolensis notarius natusque Argentea rogatus a Iohanne et a Divisia scripsi, et testes vero sunt isti, qui ibi pro futuro testimonio fuerunt, silicet Iohannes iudex, Petrus de Santerno et Arduinus eius filius, Martignanus et filius eius Ugo, Alferius, Mariscotus, Iohannes Bonvino.

Signum manus Iohannis et Divisię rogaverunt et fecerunt et firmaverunt et laudaverunt et observare et nunquam frangere vel repetere promiserunt et hec omnia sub suprascripta paena.

Testes vero rogati ad omnia suprascripta testificare promiserunt.

I, 27. - Orig., mm. 430×168. In versu ND.

510.

Imolae, 29 iunii 1129.

Bonus quondam Hugonis Basavini ecclesiae S. Laurentii concedit per chartam pacti terrae petiam de fundo Campo Sintali.

In nomine Domini. Anno ab incarnatione Iesu Christi millesimo centesimo vigesi[mo] nono, temporibus Honorii pape, regem non habemus, die secundo exeunte mense iunii, indictione septima, in civitate Imolę, in domo filiorum Ugonis Basavini. Plura existunt pacto quę solis verbis manere possunt, sed ad hoc necesse est scripture vinculis anotari ne decurentia temporum oblivioni mandentur et iurgia generentur, et ea enim quę bono animo ac spontanea voluntate et irrefragabiliter promittuntur et inviolabili vinculo observentur. Et ideo profitemur nos quidem in Dei nomine Bonusfilius quondam Ugonis Basavini filius atque Aimilina coniux mea et Ubaldinus cum Teutia matre nostra per huius cartule nostrę vocis, profensionis simulque cartule pacti, firmamenti, convenientię nostrę, statutis seu largitatis, a presenti die nostre cartulę tibi presenti in Christi

nomine Fantulino priori aecclesię S. Laurentii civitatis Imolę tuisque successoribus deservientibus supradictę aecclesię, per hec cartulam pacti, firmamenti, iuris a presenti die concedimus et largimus seu confirmamus in vobis et in supradicta aecclesia; idest una petia terrę que est posita in fundo qui vocatur Campo Sintali: ab uno latere tenent heredes quondam Iohannis Donigi, ab alio Randuinus, a tertio Catanius Basavinum, a quarto vero est via; inter istis lateribus res iacet, sita territorio Cornelliensis, plebe supradictę aecclesie, concedimus vobis supradictam terram ad abendum, tenendum, possidendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis advenientibus sexaginta et octo ad renovandum et licentiam abeatis renovandi ad iura unde est, ita sane, ut inferatis omni marcii mense pro pensione duos denarios monete Venetię, ut dictum est, persolvatur. Hec supradicta terra dedimus ad supradictam aecclesiam S. Laurentii, silicet ego supradictus Bonusfilius pro redemptione et salute animę meę; et quia inde accepi mercedis nomine decem solidos luccensis monetę. Et ego iamdictus Ubaldinus pro salute animę meę et patris mei, et ideo quia inde accepi medietatem aquisti quod aquisivit supranominatus Bonusfilius frater meus in fundo qui vocatur Filzo de domo Alberti de Teutio de Guilla. Auctoriaturos et defensaturos promittimus nos nostrosque filios et heredes tibi supradicto Fantulino priori tuisque successoribus deservientibus aecclesię S. Laurentii ab omni persona hominum sub nomine penę auri optimi untię unius; post solutam penam, hoc pactum firmum maneat. Quod scripsi ego Iohannes Dei nutu Imollensis notarius sub die supradicto et indictione supradicta.

Testes et manus investitor Martignanus, Martinus Brisianus, Guido de Micco, Rodulfus de Signoreto, Michulus, Ugo de Aggo, Albertus de Teutio de Guilla, Odo de Iohanne Fafulię, Petrus Zopus de Ravenna.

Signum manibus nostris Bonusfilius et Aimilina iugalis atque Ubaldinus cum Teutia matre nostra ad omnia supradicta.

Noticia testium idest: Martignani, Martini, Guidonis, Rodulfi, Michuli, Ugonis, Alberti, Odonis, Petri.[1]

I, 28. - Orig., mm. 580×190. In versu ND.

[1] *Testium nomina, modo, quo solet in aliis* NT, *scribuntur; notarius tamen omittit verba* rogatus testis.

511.

[Imolae], 29 augusti 1129.

Guido Turbo eiusque frater Farulfus Petro de Guilla locat vineae petiam de fundo Canale.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen. Anno ab incarnacione millesimo centesimo vigesimo nono, indicione septima, in loco qui vocatur Silice, die tercio exeunte mense augusti, temporibus Onorii pape. Profitemur nos quidem in Dei nomine Guido qui vocatur Turbo et frater meus Farulfus, presente et consenciente mater nostra Maltruda et Donciella uxor Farulfi per huius paginam nostrarum vocum, professionis, sponsionis et locacionis simulque pacti, statuti, conveniencię, largitatis a presente dię eiusdem pagine concedimus et tradimus tibi Petro de Guilla receptore pro te et pro uxore tua Anna et pro vestris successoribus quibus vos, idest tu Petrus et Anna vultis designare per linguam vel per scripturam ad voluntatem Anne uxoris tuę peciam unam terrę cum vinea super se et cum omnibus super se abentibus et sibi pertinentibus que est estimata turnaturia una, una pertica minus in loco qui vocatur Canale, territorio Cornelliensis, plebe S. Laurencii : a duobus lateribus tenet idem Petrus receptor cum Anna uxore sua, a tercio latere est via, a quarto vero latere tenet Petrus Taurellus ; quantum infra hec latera permanet et tenemus et nobis pertinet, damus vobis ut deinceps tu Petrus et Anna uxor tua cum vestris successoribus, quibus placet Anne uxori tue, abeatis et teneatis et possideatis ad iura unde existit sub pensione unius denarii monetę Venecię reddenda ad S. Cassianum et liceat vobis innovare de predicta re ad iura S. Cassiani et vestris successoribus quibus vos vultis secundum voluntatem prenominate Annę. Ideo vobis hec damus et facimus vobis pro eo vero quia exinde accepimus a vobis nomine precii pellem unam per viginti et quatuor solidos luccensium, et transactamus vobis predictam rem ; auctoriaturos et defensaturos nos prenominatos datores hec vobis receptoribus et vestris successoribus promittimus sub paena unius uncię auri, et paena soluta, hec omnia firma maneant

sine omni lite, si agere contra hec voluerimus per ullum ingenium. Que vero omnia ego Petrus Immolensis tabellius rogatus scripsi; testes et manus investitor Phylippus, presbiter Azzo, Martignanus de Dominico de Alda, Ugolinus de Alberico, Dominicus Tornarius, Martinus Cavallus.

Nos vero Guido Turbo[1] et Farulfus et Maltruda et Donzella rogavimus et firmavimus hec omnia, et auctoriare et defensare et non frangere neque repetere promictimus sub suprascripta paena.

Nos testes vero rogati ad omnia testificare hec omnia promittimus.

I, 29. - Orig., mm. 457×204. In versu ND.

[1] *In* ND Turbolo

512.

[Imolae], 4 februarii 1130.

Petrus de Iudice Orlando de Agullune concedit in emphytheusim arvi petiam sitam in fundo Crus feria dicto.

In nomine Domini. Anno ab incarnatione Iesu Christi millesimo centesimo trigesimo, indicione octava, temporibus Honorii pape, die quarto intrante mense februarii, in domo Petri Iudicis. Plura existunt pacta que solis verbis manere possunt, sed ad hoc necesse est scripture vinculis anotari, ne decurentia temporum oblivioni mandentur et iurgia generentur; et ea enim que bono animo ac spontanea voluntate et inrefragabiliter promittuntur et inviolabili vinculo opserventur. Et quoniam profitens profitemur nos quidem in Dei nomine Petrus de Iudice et Imilla coniux mea atque Losco filio nostro per huius cartulam nostrarum vocum, profensionis simulque cartulam pacti, firmamenti, nostrę conveniencię, statuti seu largitatis a presenti die tibi presenti in Christi nomine Orlando de Agullune receptori pro te et pro Munda uxore tua vestrisque filiis et heredibus per pactum concedimus vobis rem iuris nostrorum; idest una pecia terrę baboratorię que est in fundo qui vocatur Crus feria: ab uno latere tenes tu supradictus Orlandus, ab alio tenet Fithanza, a tercio Lambertus de Fuscardo, a quarto est via; inter hec latera iacet, sita territorio Cornelliensis, plebe S. Lau-

rentii. Concedimus vobis supradictam rem ad abendum, tenendum, possidendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis advenientibus sexaginta et novem ad renovandum, et licenciam abeatis renovandi ad iura unde est; ita sane ut inferatis omni marcii mense pro pensione unum denarium Venetię, tantum, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia inde accepimus mercedis nomine tres sollidos monetę luccensis; auctoriaturos et defensaturos promittimus nos nostrosque heredes vobis vestrisque heredibus sub nomine penę auri optimi unius untię, post solutam penam, hoc pactum maneat firmum. Quod scripsi ego Iohannes Dei nutu Imollensis notarius sub die supradicto et indicione supradicta. Testes et manus investitor Aldevrandus de Brunichelda, Stevulus, Rusticus de Sigiza, Albricus de Martignano.

Signum manibus nostris Petrus de Iudice et Imilla coniux mea et Losco filio nostro ad omnia.

Noticia testium idest: Aldevrandi, Stevuli, Rustici, Albricii.[1]

I, 30. - Orig. mm. 470×170. In versu ND.

[1] *Cf. notam n. 510.*

513.

Imolae, 6 iunii 1131.

Rodulphus abbas S. Mariae in Regula Bonae viduae Ioannis Andreae hortum in emphytheusim concedit.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen. Anno ab incarnacione Domini millesimo centesimo trigesimo primo, indicione nona, in civitate Immola, in claustro S. Marię in Regula, die sexto intrante mense iunii temporibus Innocencii pape et Leutherii regis. Ego quidem in Dei nomine Rodulfus abbas S. Marie cum consensu monachorum serviencium eiusdem monasterii facio cartulam henfiteosin tibi Bone quondam uxori Iohannis Andreę receptrici pro te et pro filiis et nepotibus tuis, et si filios masculos non abetis, in unam filiam vestram cui vultis dare et designare rem inferius dicenda, idest concedo vobis ortum unum cum omnibus sibi pertinentibus per infiteosin in fundo [qui vocatur . . . .[1] t]erritorio Cornelliensis, plebe S. Laurencii: ab uno [latere] . . . . no de Ugeza, ab alio latere tenet Giseltruda, a tercio latere est fossatum, a quarto vero latere

tenent heredes Petri Donati et Gandulfus de Guilla. Quantum infra hec latera ad iura S. Mariȩ tenetis, deinceps tu et filii et nepotes [tui] abeatis et teneatis et possideatis ad iura S. Mariȩ. Ita sane ut omni marcii mense aut infra indicionem, nomine pensionis reddatis ad ecclesiam S. Mariȩ tres denarios Veneciȩ monȩtȩ; et post transitum vestrum vestrorumque filiorum et nepotum, munimine expleto, tunc predictas res culta, laborata et meliorata et quicquid innibi additum melioratumque fuerit ad ius et dominium S. Mariȩ in Regula modis omnibus revertatur. Promitto preterea nullis temporibus nullisque vite vestre diebus hanc paginam enfiteosin violare ego et mei successores; set firma tenere et observare promitto sub paena unius unciȩ auri, et paena soluta, hec enfiteosin maneat firma. Per quam enfiteosin ego Rodulfus accepi a te Bona mercedis nomine librum per quatuor solidos luccenses, et misi Ugonem Kastase . . in manibus tuis ut exinde investiat vos. Ego vero P[etrus Immole]nsis tabellius rogatus scripsi.

I, 31. - Orig., mm. 374×143. Charta duobus in locis arrosa est.

[1] *Fortasse* Filzo

514.

Imolae, 16 iulii 1131.

Hugo Boniioannis canonicis S. Laurentii donat duas arvi tornaturias de fundo Olmeta.

In nomine Domini nostri Iesu Christi, amen. Anno eius millesimo centesimo trigesimo primo, indicione nona, die sexto decimo mensis iulii, in civitate Immola, in casa Ugonis Boniioannis, temporibus Innocencii pape et Leutherii regis. Ego quidem in Dei nomine Ugo Boniiohannis pro anima filii mei Iohannis clerici, do et trado ecclesiȩ S. Laurencii per vos archipresbiterum Fantolinum et sacerdotem Iohannem de Aggo et presbiterum Petrum et Ubaldum sacerdotem receptores vice iamdictȩ ecclesiȩ duas tornaturias terrȩ laboratoriȩ in fundo qui vocatur Olmeta cum omnibus sibi pertinentibus, territorio Cornelliensis, plebe S. Laurencii: ab uno latere tenet Guido de Iohanne Blanko, ab alio Alegreto, a tercio Petrus Giseltrude, a quarto vero latere tenet Alferius. Quantum infra hec latera manet, do vobis prenominatis receptoribus . . . . . . in perpetuum;

vos et vestri successores ad propriam mensam [eorum canonicorum in] victu atque usu et necessitate vestra abeatis et teneatis et . . . . per proprium, si proprium est. Si vero conducticia vel enfiteotecarium . . . [apar]uerit alio tempore, licenciam exinde innovandi abeatis ad . . . [un]de aparuerit; et mitto in manibus vestris Ugonem Zanfonem . . . . . [qu]ietam possessionem mittat, et vobis eam rem tradat atque vos . . . . [in]vestiat et auctoriare et defensare me meosque heredes . . . . [ca]nonicis S. Laurencii et vestris successoribus hec omnia promitto sub paena trium auri unciarum, et si contra mei heredes ullo tempore facererint, paena ante data et soluta, vobis et vestris successoribus hec omnia hic scripta firma in perpetuum maneant; et rogo Petrum Immolensem tabellium ut hec scribat. Ego namque Petrus Immolensis tabellius rogatus a prenominato Ugone Boniiohannis scripsi.

Ego Ugo Zanfone testis et manus investitor sum et vidi et audivi hec omnia.

Ego Quido Breza interfui et testifficare hec omnia promitto.

Ego Ugo Martignani interfui testes sum.

Ego Guido Reveleza ibi fui et testifico hec omnia.

Ego David interfui et testis sum.

Ego Iohannes Bonvino ibi fui et vidi et audivi et testificare hec omnia promitto.

Ego Paulus de Rodulfino testis sum.

Ego Adam faber testis sum.

Ego Iohannes presbiter da Lavice ibi fui et audivi hec.

Ego Ieronimus abbas cum quibusdam meis monachis S. Donati audivi hec et ibi fui.

Ego Ugo de Bonoiohanne hec rogavi et feci hec et laudo et firmo hec.

I, 32. - Orig., mm. 420×175. Charta lacera est secundum marginem sinistrum; in versu ND.

515.

Imolae, 18 iulii 1131.

Rosa ex consensu viri sui Martini de li Romani vendit canonicis S. Laurentii duas arvi tornaturias de fundo Corneta.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen. Anno ab incarnacione Domini millesimo centesimo trigesimo primo,

indicione nona, in civitate Immola, [in] kasa Martini de li Romani, die quarto decimo mense iulii exeunte, [temporibus] Innocencii pape et Leutherii regis. Ego Roza presente et con-[sen]ciente Martino viro meo do et vendo vobis archipresbitero [Fan]tulino et sacerdoti Iohanni de Aggo et sacerdoti Petro et Airardo presbitero et sacerdoti Ubaldo receptoribus et emptoribus pro vobis et pro confratribus et successoribus vestris assidue permanencium atque serviencium in kanonica S. Laurencii, ad propriam mensam eorum in victu atque usu et necessitate vestra vestrorumque successorum duas tornaturias terre laboratorię cum omnibus super se et sibi pertinentibus in fundo qui vocatur Corneta, territorio Cornelliensis, plebe S. Laurencii: ab uno latere tenet * *, ab alio * *, a tercio latere tenet * *, a quarto latere * *. Infra hec latera predictas duas tornaturias terrę permanet, una quarum do vobis pro anima mea et pro remissione meorum peccatorum et parentum meorum, alteram vendo vobis. Pro eo vero quia vobis computatis, idest in precio septimas et trigesimas et insuper septem solidos luccenses pro precio iamdictę tornaturię terrę michi datis; et ego me et meos successores auctoriare et observare et defensare promitto hanc vendicionem vobis prenominatis emptoribus et receptoribus et vestris successoribus, ut deinceps in perpetuum ad iura propria abeatis et teneatis et possideatis ad vestram necessitatem predictas res, et si quis hanc vendicionem vobis et vestris successoribus per ullum humanum ingenium ullo tempore frangere voluerit, det et componat vobis nomine paenę auri optimi uncias duas, et post solucionem paenę, hec omnia in perpetuum firma maneant. Que vero omnia ego Petrus Immolensis notarius rogatus scripsi; testes et manus investitor Iohannes de Binia, Iohannes Rozone, Rigolus de li Romani, Petrus de Alberto de Riga, Albertinus de Iohanne de Ursa et filius eius Vivianus, Asprandus, Benedictolus nos omnes interfuimus pro testimonio et testificare hec omnia promictimus. Nos vero Martinus, Roza hanc vendicionem et donacionem auctoriare et testisficare promittimus et laudamus et firmamus.

Nos vero testes qui hic scripti sumus testisficare hec omnia promittimus.

I, 33. - Orig, mm. 390×145. Charta aliquantulum arrosa est secundum marginem dexterum. In versu ND.

516.

Imolae, 20 iulii 1131.

Hugo Martignani canonicis S. Laurentii concedit in emphytheusim petiam arvi sitam in loco qui Campus Sintali appellatur.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen. Anno ab incarnacione Domini millesimo centesimo trigesimo primo, indicione nona, in civitate Immola, in tuvata heredum Giberti Bedonie, die vigesimo mensis iulii, temporibus Innocencii pape et Leutherii regis. Ego Ugo Martignani per preceptum patris mei Martignani et eo presente atque consenciente do et concedo et trado per cartulam pacti in centum annos peciam unam terrę laboratorię cum omnibus sibi pertinentibus ad ecclesiam S. Laurencii in loco qui vocatur Campus Sintali, territorio Cornelliensis, plebe S. Laurencii: ab uno latere tenet Albertinus de Kristiano, ab alio latere tenet Katanius Basavino, a tercio latere est Gamellaria, a quarto latere tenet Albertus de Fontana: infra hec latera predictas res permanet, quas do ad ecclesiam S. Laurencii per vos receptores, videlicet archipresbiter Fantolinus, sacerdos Iohannes de Aggo, presbiter Airardus atque presbiter Petrus nec non sacerdos Ubaldus vice iamdictę ecclesię per vos et per vestros confratres atque successores vestros asidue degentes et servientes in kanonica S. Laurencii ad propriam mensam eorum kanonicorum, in victu atque usu et necessitate vestra, ut deinceps abeatis et teneatis et possideatis ad iura unde existit; et liceat vobis iam prenominatis et vestris confratribus et successoribus vestris innovare de predicta re ad iura unde existit sub pensione domnica persolvenda annualiter ad iura unde predicta res est, idest denarios Venecie monętę duos, tantum, ut dictum est, persolvatur: hec namque do vobis pro remissione meorum peccatorum inrevocabiliter, et auctoriare et observare et defensare me meosque heredes promitto sub paena duarum auri unciarum, et paena soluta, hec omnia firma maneant. Ecce mitto in manibus vestris Iohannem iudicem ut vos exinde invaestiat et in quietam possessionem vos mittat. Ego vero Petrus Immolensis notarius rogatus scripsi et post traditam rem complevi.

Testes huius rei sumus nos Ugo Ildebrandi, Guido de Breza, Petrus Guarinus, Ildebrandus de Odaldo, Ubaldinus de Alberto de Alberico, Lodoynus, Rodulfinus de Martignano, Rogerius.

Nos vero Ugo et Martignanus rogavimus et laudavimus hec omnia et observare promittimus sub predicta paena.

Nos vero testes rogati ad omnia testificanda, testifficare hec omnia promittimus.

I, 34. - Orig., mm. 345×147. In versu ND.

517.

Imolae, 3 decembris 1131.

Nigrolus et Orlandus Petri Alberti ac Dintiana cedunt canonicis S. Laurentii petiam vineae de fundo Stafulo.

In nomine Domini. Anno ab incarnatione Iesu Christi millesimo centesimo trigesimo primo, indictione decima, temporibus Innocentii papę, die tertio intrante mense decembris, in Immola, in canonica S. Laurentii. Sancte ac venerabili aecclesię S. Laurentii, tibi in Christi nomine Fantulino preposito tuisque fratribus vel successoribus in perpetuum dantes, damus atque donamus nos quidem in Dei nomine Nigrolus Petri Alberti atque Orlandus fratres et ego Dintiana cum Martino de Cethrena patre meo; idest una petia terrę vineate in Stafulo: ab uno latere tenet Ugo de Aggo, ab alio Strumithulus, a tertio Guido Bonattus, a quarto vero Farulfus da la Risa; inter hec latera manet territorio Cornelliensis, plebe eiusdem aecclesię. Hec omnia cum introitu et exitu suo et cum omnibus sibi pertinentibus damus, cedimus, tradimus atque transactamus et a ceteris nostris filiis et heredibus alienamus et transcribimus atque subducimus in iura et dominium iamdictę aecclesię pro redemptione et salute animę Marci fratris nostri atque remissione suorum peccatorum, et ut partem habeat de orationibus et de sacrifitiis et de oblationibus quę cotidie agitur in supradicta aecclesia. Nunc etiam ecce missum nostrum, nomine presbiter Ubaldus, qui de nostris manibus in tuis manibus mittimus ut in nostra vice de supradicta vinea te investiat. Et insuper promittimus nos nostrosque heredes tibi tuisque fratribus vel successoribus auctoriare et defensare ab omni persona hominum. Quod si nos vel nostri heredes ita non observaverimus, aut si contra hec ire vel agere

voluerimus, promittimus daturos et compostituros penam auri untias duas, post solutam penam, maneat firma. Quam cartulam scripsi ego Iohannes Immollensis tabellio sub die supradicto. Testes sunt: Iohannes Binię, Albertinus Iohannis Ursę, Raimundulus Sapparuncum, Rodulfus Malumdenarium, Arduinus Teuzonis Clerici, Orlandus Alberti Bulgari.

Signa manuum nostrarum Nigroli, Orlandi, Dintianę et Martini ad omnia.

Notitia testium idest: Iohannis, Albertini, Raimunduli, Rodulfi, Arduini, Orlandi.[1]

I, 35. - Orig., mm. 485×182. In versu ND.

[1] *Cf. notam 510.*

518.

Imolae, 12 decembris 1131.

Rusticus de Zogulo eiusque uxor Teutia canonicis S. Laurentii concedunt in emphytheusim arvi tornaturiam in fundo Pinithi sitam.

In nomine Domini. Anno ab incarnatione Iesu Christi millesimo centesimo trigesimo primo, indictione decima, temporibus Innocentii papę, die duodecimo intrante mense decembris, in Immola, in domo Rustici de Zogulo. Plura existunt pacto que solo verbo manere possunt, sed ad hoc necesse est scripture vinculis anotari ne decurrentia temporum oblivioni mandentur et iurgia generentur. Et quoniam profitentes profitemur nos quidem in Dei nomine Rusticus de Zogulo atque Teutia uxor mea per huius cartulam nostrę vocis, professionis simulque cartulam pacti, firmamenti, convenientie nostre, statutis seu largitatis a presente die huius paginę concedimus vobis presentibus in Christi nomine presbitero Iohanni de Aggo atque presbitero Arardo receptoribus pro aecclesia S. Laurentii, vestrique fratribus vel successoribus rem iuris nostri in annis advenientibus nonaginta et septem ad renovandum, et licentiam damus vobis innovandi ad iura unde est; idest una tornaturia terrę laboratorię in fundo Pinithi: ab uno latere tenet Girardinus de Marchisello, ab alio Martinus Scaldasius, ab aliis duobus nos datores; inter hec latera manet territorio Cornelliensis, plebe eiusdem aecclesię. Hec omnia cum introitu et exitu suo et cum omnibus

sibi pertinentibus concedimus vobis vestrisque fratribus vel successoribus ad habendum, tenendum, possidendum in supradictis annis pro redemptione et salutę anime nostrę atque pro remissione peccatorum nostrorum. Ita tamen ut inferatis omni anno pro pensione ad iura unde est denarium unum Venetię, tantum, ut dictum est, persolvatur. Et insuper promittimus nos nostrosque heredes vobis vestrisque fratribus vel successoribus auctoriare et defensare ab omni persona hominum. Quod si sit, quod absit et avertat divina potentia, et omnia, que supra leguntur, non observaverimus vel non adinpleverimus, aut si contra hec ire voluerimus, promittimus daturos et composituros penam auri untias duas; post solutam penam, hoc pactum maneat firmum. Quod scripsi ego Iohannes Immolensis tabellio sub die supradicto et indictione supradicta. Testes et manus investitor Ugo de Aggo, Guido de Romaldo, Deropatus, Bonusfilius da Caritate.

Signa manuum nostrarum Rustici et Teutię ad omnia supradicta.

Noticia testium idest: Ugonis, Guidonis, Deropati.[1]

I, 36. - Orig., mm. 487×205. In versu ND.

[1] *Cf. notam n. 510.*

519.

Imolae, 29 septembris 1132.

Orlandus Petri de Alberto fratri suo Nigrolo concedit in emphytheusim omnia quae possidet in Montale.

In nomine Domini. Anno ab incarnatione Iesu Christi millesimo centesimo trigesimo secundo, indictione decima, temporibus Innocentii pape, die secundo exeunte mense septembris, in burgo Immolę, in domo de Adam fabro. Plura existunt pacto que solo verbo manere possunt, sed ad hoc necesse est scripture vinculis anotari ne decurrentia temporum oblivioni mandentur et iurgia generentur. Et quoniam profitens profiteor ego quidem in Dei nomine Orlandus quondam filius Petri de Alberto per huius cartulam meę vocis, professionis simulque cartulam pacti, firmamenti, convenientie nostre, statutis seu largitatis a presente die concedo tibi presenti in Christi nomine Nigrolo fratri meo atque Divitie uxori tue vestrisque filiis et heredibus rem iuris mei in annis advenientibus sexaginta et octo ad renovandum et

licentiam innovandi ad iura unde est; idest hoc quod habeo et teneo et michi pertinet in Montale: ab uno latere tenet Iohannes Bonus Bedunię, ab alio vos receptores, a tertio Petrus Petricini, a quarto foveam; et hoc quod habeo et teneo et michi pertinet in fundo qui vocatur Cruce ferrea; a duobus lateribus tenent filii Iohannis de Sasulo, a tertio filii Iohannis Fafulię, a quarto via, territorio Cornelliensis, plebe S. Laurentii. Hec omnia cum introitu et exitu suo et cum omnibus sibi pertinentibus concedo vobis vestrisque heredibus ad habendum, tenendum, possidendum in supradictis annis, salva iustitia domnica. Ideo quia exinde accepi nomine mercedis duodecim solidos lucenses, et insuper promitto me meosque heredes vobis vestrisqe heredibus auctoriare et defensare ab omni persona hominum. Quod si sit, quod absit et avertat divina potentia et omnia, que supra leguntur, non observaverimus vel non adinpleverimus, aut si contra hec ire voluerimus, promitto me meosqué heredes daturos penam auri untias duas, post solutam penam, hoc pactum maneat firmum. Quod scripsi ego Iohannes Immollensis notarius sub die supradicto et indictione supradicta. Testes et manus investitor Adam faber, Ubaldinus Ugonis Basavini, Guidolinus Petri da Tolaria, Rodulfinus Martignani, Guido Scaldasius, Albertinus Guidonis Michaelis, Albricus Tregintacostis.

Signa manuum mearum Orlandi ad omnia supradicta.

I, 37. - Orig., mm. 345×155. In versu ND *quae vix legi potest.*

520.

Imolae, 14 ... 1132.

Blancus de Bonzo donat ecclesiae S. Laurentii arvi petiam positam in fundo qui Secundo appellatur.

In nomine Domini nostri Iesu Christi, amen. [Anno eius millesimo] centesimo trigesimo secundo, indicione decima, [in civitate I]mmola, in kasa de Blanco de Bonzo, die quarto decimo [mensis ...]mbris,[1] temporibus Innocencii pape et Leutherii [regis. Ego] Blancus de Bonzo .... mea et pro remissione meorum peccatorum et pro eterna remuneracione abitura, do et trado ad ecclesiam S. Laurencii Christi martiris peciam unam terre laboratorię cum omnibus sibi pertinentibus in loco qui vocatur Secundo, territorio Cornelliensis, plebe S. Laurencii: ab

uno latere tenet Bilinellus, a tercio latere kanonici S. Ka[ssiani], a quarto latere * *; que vero terra est estimata tornaturias * * cum introitu et exitu suo; quantum infra hec latera permanet, post mortem meam abeat et teneat et possideat ecclesia S. Laurencii ad iura propria in perpetuum more salario permanendum in necessitate et usu atque victu clericorum in kanonica S. Laurencii asidue permanencium, et mitto in manibus Fantolini archipresbiteri et sacerdotis Iohannis Aggi nepotem meum Bilinellum ut exinde vos ad iura propria investiat et in quietam et pacificam possessionem mittat. Et rogo Petrum Immolensem notarium ut hec scribat. Ego Petrus Immolensis notarius rogatus scripsi. Si quis vero hominum vel heredum Blanci Bonizonis ullo tempore per ullum ingenium contra hec agere voluerit, det et componat nomine paene ante omne innicium litis ecclesie S. Laurencii et vobis iamdictis receptoribus et vestris successoribus tres auri uncias, et post datam paenam, hec, ut dictum est, in perpetuum firma maneant. Quia sic est mea voluntas et ego Blancus sic atestacione confirmo et constituo.

E⟨go⟩ Cristianus testis sum.
Ego Rodulfus de Bonafemina testis sum.
Ego Guido de Breza testis sum.
Ego Martignanus testis sum.
Ego Bilinellus testis et manus investitor sum.
Ego Iohannes de li Laurencii testis sum.
Ego Rodulfinus de Iohanne de Odo testis sum.
Ego Lodoynus testis sum.
Ego Albertinus de Iohanne de Ursa testis sum.

I, 38. - Orig., mm. 460×172. Charta lacera est in marginibus superiore et dextero.

[1] septembris *vel* novembris *vel* decembris

521.

Imolae, 27 ianuarii 1133.

Rodulfus abbas S. Mariae in Regula Bonomo et Albertino concedit in emphytheusim medietatem mansi in massa Bibani positi.

In nomine Domini Iesu Christi, amen. Anno eius millesimo centesimo trigesimo tercio, indicione undecima, in civitate Immola, in claustro S. Mariȩ in Regula, die quinto exeunte mense

ianuarii, temporibus Innocencii pape et Leutherii regis. Ego Rodulfus abbas S. Marię una cum consensu monachorum serviencium eiusdem monasterii facio libellum in viginti et novem annos ad renovandum vobis Bonomo et Albertino fratribus et filiis vestris masculis, et si filios masculos non abetis, in unam vestram filiam quam vultis, relinquetis rem inferius dicendam; idest facio vobis libellum de medietate unius mansi in massa Bibani quem tenuit Iohannes de Severo ad iura S. Marię, ut deinceps abeatis et teneatis et supersedeatis, idest super iamdictam terram abitare debeatis et pro abitacione in antea abeatis de iamdicta terra tres tornaturias pro tecto et area et orto, et exinde pro exenio dabitis michi et meis successoribus omni anno stari[um] unum de grano et pullum unum, et de terra laboratoria dabitis terraticum [et a]missere et opera bovum et manibus et omnia servicia facere michi abbati et mei[s succes]soribus secundum usum masse Bibani; et pro porco et pro frixingo sex denar[ios lucc]enses dabitis nobis omni anno, de vinea vero dabitis terraticum quartam anforam vini. Et non liceat vobis iamdictam vendere et dare, neque alienare, neque in commendacione, neque pro pignore ponere, neque cambiare, neque exinde ullum contractum facere. Pro eo vero quia callciarii nomine ego iamdictus abbas accepi a te Bonomo librum unum per octo solidos luccensium. Si quis vero nostrarum ambarum parcium contra hunc libellum ante perfinitum tempus iamdicti libelli ire temptaverit, det pars parti fidem servanti ante omne litis inicium aut interpellacionem paene nomine auri optimi unciam unam, et soluta paena, hic libellus maneat firmus: rogo namque Petrum tabellium ut hec scribat, et mitto in manibus de Bonomo Ugonem castaldum ut vos exinde investiat. Ego Petrus Immolensis tabellius rogatus scripsi.

I, 39. - Orig., mm. 265×170. Charta in textu lacera est; in versu eadem manu scriptum est Cartula Bonomo de Moredano.

522.

Imolae, 8 martii 1133.

Guido de Amigolo donat canonicis S. Laurentii petiam arvi.

In nomine Domini Iesu Christi, amen. Anno eius millesimo centesimo trigesimo tercio, indicione undecima, die octavo mensis marcii, in civitate Immola, in kasa Guidonis Amigoli, tempo-

ribus Innocencii pape et Leutherii regis. Ego quidem in Dei nomine Guido de Amigolo presente et conscenciente Guilla [u]xore mea et presentibus filiis meis, do et trado ad ecclesiam S. Laurenci . . . . . o cartulam proprietatis quatuor tornaturias tęrrę laboratorię [cum o]mnibus super se et sibi pertinentibus per vos archipresbiterum Fantolinum et sacerdotes Iohannes de Aggo et Airardum et Petrum receptores per vos et per vestros successores in ecclesia S. Laurencii permanentes in victu et necessitate vestra et vestrorum successorum more salario in predicta ecclesia permanendam pro anima mea et pro remissione meorum peccatorum. Que vero terra est in fundo qui vocatur Vigozemi, territorio Cornelliensis, plebe S. Laurencii: ab uno latere tenet * *, ab alio * *, a tercio latere * * atque a quarto latere * *. Quantum infra hec latera determinatum et dictum supra est, ad iura propria do ad prenominatam ecclesiam ut semper in ecclesia, ut dictum est, permaneat pro redemptione meorum peccatorum. Et do vobis iamdictis receptoribus Ugonem Rodulfi generum meum, ut vobiscum veniat et corporaliter eam terram vobis tradat atque vos exinde investiat et in quietam possessionem vos mittat abendi potestatem utendi, fruendi iamdictam terram in perpetuum; et rogo Petrum Immolensem tabellium ut hec scribat, paenam namque constituo et pono. Si quis meorum filiorum et filiarum et heredum hanc proprietatem frangere ullo tempore per ullum ingenium voluerit, aut vos receptores et vestros confratres aut successores vestros inquietare de predicta terra voluerit, det et componat vobis ante omne litis inicium aut interpellacionem paene nomine auri optimi uncias quatuor, et paena soluta, hec proprietas in perpetuum firma maneat.

Ego vero Petrus Immolensis tabellius rogatus scripsi.

Ego Ugo Rodulfi interfui et vidi et audivi hec et testis et manus investitor sum.

Ego Orabona interfui et testificare et non denegare promitto.

Ego Rodulfus filius Guidonis Amigoli interfui et testis sum.

Ego Iohannes Laurencii interfui et testis sum.

Ego Nichola filius Iohannis Laurencii testis sum et audivi hec et vidi.

Ego Guidolinus de Ugone de Merlo interfui et testis sum.

Ego Guido de Amigolo hec feci et laudo.

I, 40. - Orig., mm. 480×200. Charta lacera est secundum marginem sinistrum; in versu XD *legi nequit.*

523.

Imolae, 8 maii 1133.

Canonici S. Laurentii Andulfo de Rainaldi et Richelmo concedunt in emphytheusim duo casamenta.

In nomine Domini. Anno ab incarnacione Iesu Christi millesimo centesimo trigesimo tertio, indicione undecima, temporibus Innocencii pape et Leuterii regis, die octavo intrante mense madii, in Immola, in canonica S. Laurentii. Ego quidem in Dei nomine Fantulinus prepositus aeccle[sie S.] Laurentii una cum consensu clericorum eiusdem aecclesię . . . do [et conc]edo tibi presenti in Christi nomine Andulfo de Rainaldo receptori [pro te] et pro Gislla uxore tua in una medietate dicende rei, [in] alia vero medietate tibi presenti Richelmo receptori pro te . . cera uxore tua, et etiam pro Ugolino fratre tuo et pro Giulga uxore eius vestrisque filiis et heredibus rem iuris nostri et aecclesię nostre S. Laurentii in annis advenientibus sexaginta et novem ad renovandum; idest duo casamenti in predicta civitate Immolę abentes in frontibus pedes viginti septem, in longitudinem octuaginta et unum: ab uno latere tenemus nos canonici, ab alio latere tenent filii Ugonis Ildebrandi . . gaferrum, a tertio * *, a quarto vero via. Quantum infra hec latera permanet cum introitu et exitu suo et cum omnibus sibi pertinentibus, ego prefatus Fantulinus prepositus . . . predicti canonici damus et concedimus vobis vestrisque heredibus ad habendum, tenendum, possidendum in supradictis annis; ita sane ut inferatis nobis nostrisque successoribus omni anno pro pensione denarium unum lucensem, tantum, ut dictum est, persolvatur. Ideo quia exinde accepimus mercedis nomine quadraginta solidos lucenses et promittimus nos nostrosque successores vobis vestrisque heredibus auctoriare et defensare ab omni persona hominum. Quod si aliter fecerimus, promittimus daturos quatuor libras lucensium: post solutam penam, hoc pactum maneat firmum, et damus vobis Albertinum da Cignano ut vos de supradicta terra in nostra vice investiat, et rogamus Iohannem notarium ut hoc scribat. Ego Ioannes Immollensis notarius rogatus scripsi. Ego Albertus da

Cignano testis sum et manus investitor. Nos quidem Guelfulus legis doctus, Gibertus Ugonis Ildebrandi, Tethericus de Benno interfuimus et testes sumus.

I, 41. - Orig. mm. 355×125. Charta in marginibus arrosa est.

524.

Imolae, 11 iulii 1133.

Donna donat canonicis S. Laurentii arvi petiam de fundo Lacuna Magagnaga.

In nomine Domini. Anno ab incarnatione Iesu Christi millesimo centesimo trigesimo tertio, indictione undecima, temporibus Innocentii pape et Leuterii regis, die undecimo intrante mense iulii, in Immola, in porticu Almerici de Zambonello. Ego quidem in Dei nomine Donna cum iussione Alberti da Casuza quondam viri mei, qui michi hoc precepit et hanc potestatem dedit, ut facerem cartulam proprietatis tibi presenti in Christi nomine Fantulino pre[posito aecclesie] S. Laurentii tuisque fratribus vel successoribus in eadem aecc[lesia] existentibus in perpetuum de una pecia terrę laboratorię quę est in lo Pozale in fundo qui vocatur Lacuna Magagnaga, territorio Cornelliensis, plebe eiusdem aeclesię: ab uno latere tenet Catanius Basavinum et Rumpilasta, ab alio predicta aecclesia, a tercio * *, a quarto vero est via; quantum infra hec latera permanet cum omnibus sibi pertinentibus, iamdictus Albertus quondam vir meus dedit tibi prefato Fantulino preposito supradictę aecclesię tuisque fratribus vel successoribus ad habendum, tenendum, possidendum in perpetuum ad vestram utilitatem pro redemptione et salute animę Zulittę quondam uxoris suę: preterea ego supradicta Donna do tibi Fantulino preposito de meis manibus in tuis presbiterum Ubaldum qui de supradicta terra corporaliter te investiat et per proprium in possessionem mittat. Et insuper iamdictus Albertus promisit se suosque heredes vel successores tibi Fantulino tuisque fratribus vel successoribus auctoriare et defensare ab omni persona hominum sub nomine pene auri duarum untiarum, post solutam penam, hec cartula proprietatis maneat firmam. Quam scripsi ego Iohannes Immollensis notarius. Testes sunt Petrus Santerni, Ugo de Gisaltruda, Almericus de Zanbonello, Martignune Iohannis Britię, Petrus Aldę, Fantinellus eius filius.

I, 42. - Orig., mm. 356×183. In versu ND *ex parte tantum legi potest.*

525.

Imolae, 31 augusti 1133.

Mariscottus et Hugolinus canonicis S. Laurentii concedunt in emphytheusim arvi et vineae petiam sitam in fundo Stafulo.

In nomine Domini. Anno ab incarnatione Iesu Christi millesimo [centesimo trigesi]mo tertio, indictione undecima, temporibus Innocentii pape et Leuterii regis, die postremo mensis augusti, in Immola, in aecclesia S. Laurentii. Nos quidem in Dei nomine Mariscottus et Ugolinus damus et concedimus tibi presenti in Christi nomine Fantulino preposito predictę aecclesię S. Laurentii tuisque fratribus vel successoribus in eadem aecclesia communiter degentibus rem iuris nostri in annis advenientibus centum et licentiam damus renovandi ad iura unde est; idest una petia terrę et vineam super se habentem que est computata tres turnaturie in fundo qui vocatur Stafulo, territorio Cornelliensis, plebe eiusdem aecclesię: ab uno latere tenent filii quondam Bulgari, ab alio heredes quondam Randuini, a tertio nepotes Rodulfi de Faita, a quarto vero filii quondam Iohannis Donizelli; quantum infra hec latera permanet cum omnibus sibi pertinentibus damus et concedimus tibi predicto Fantulino preposito tuisque fratribus vel successoribus ad habendum, tenendum, possidendum in vestra utilitate in supradictis annis, et licentiam renovandi salva pensione in quantum illi pertinet, hec predicta res damus et concedimus vobis pro redemptione et salute animę Rodulfi de Bonafemina patris nostri et pro remissione suorum peccatorum. Et preterea promittimus nos nostrosque heredes vobis vestrisque successoribus auctoriare et defensare ab omni persona hominum. Quod si nos vel nostri heredes, ut dictum est supra, non observaverimus aut contra ire voluerimus, promittimus nos nostrosque heredes daturos penam auri untias quattuor, post datam et solutam penam, hoc pactum maneat firmum. Et damus vobis Ugolinum de Petro Blanco ut vos de predicta terra et vinea corporaliter investiat et in possessionem transmittat; et rogamus Iohannem notarium ut hec scribat. Ego Iohannes Immollensis notarius rogatus scripsi.

Ego Ugolinus de Petro Blanco interfui et testis sum et manus investitor.

Nos Ugo de Aggo et Assprandus interfuimus et testes sumus.

Nos Ugo Stanzune, Aldebrandus Bernardi, Andreas Petri fabri, Guido Iohannis Palmerii, Iohannes Bonus Guidonis Arnulfi interfuimus et testes sumus.

Nos Mariscottus et Ugolinus hoc pactum laudavimus et firmavimus et scribere rogavimus.

I, 45 a. - Orig., mm. 475×190. In versu ND.

526.

Imolae, 8 ianuarii 1134.

Guithedeto vendit Ioanni de Petro de Kassano petiam terrae sitam in fundo qui Filzo appellatur.

In nomine Domini Iesu Christi, amen. Anno incarnacionis eius millesimo centesimo trigesimo quarto, indicione duodecima, die octavo mensis ianuarii, temporibus Innocencii pape et Leutherii regis, in civitate Immola, in domo Guideti. Ego Guithedeto[1] de Petruzano, presente et conscenciente Matelda uxore mea, do et vendo tibi Iohanni de Petro de Kassano emptori pro te et pro Bona uxore tua et pro filiis et heredibus et successoribus tuis in perpetuum ad iura propria peciam unam terrę cum omnibus sibi pertinentibus quam habeo et teneo in fundo qui vocatur Filzo, territorio Cornelliensis, plebe S. Laurencii: ab uno latere tenet Farulfus frater meus, ab alio latere tenet Rodulfus de Faita, a tercio latere tenent Iohannes de Binia et heredes Iohannis Guaci, a quarto latere tenent filii de Iohanne de Odo; quantum terrę et vi⟨ne⟩ę in predicto loco teneo et michi pertinet, ve[ndo] tibi Iohanni, ut deinceps in perpetuum habeas, teneas et possideas, etiam vendendum, donandum, et quicquid vis exinde facias et sit hec res sub potestate et dominio Petri patris tui et matris tue dum vixerint. Pro eo vero quia exinde precii nomine accepi a te Iohanne tres libras luccensium, et auctoriare et defensare et observare hanc vendicionem et proprietatem promitto sub paena trium auri unciarum et si ego et mei heredes ullo tempore per ullum ingenium contra hanc vendicionem fecerimus, paena ante data et soluta, hec vendicio et proprietas

in perpetuum firma maneat; et rogo Petrum tabellium ut hec scribat. Ego Petrus tabellius rogatus scripsi; ego Guithedeto[1] venditor misi in manu tua Ugonem de Bulgarello ut te Iohannem de predicta terra investiat et mea vice in possessionem te mittat. Ego Ugo de Bulgarello interfui et testis et manus investitor sum.

Ego Farulfus de Petruzano testis sum.

Ego Sassulus de Bonomartino testis sum.

Ego Ardizone testis sum.

Ego Petrizanus de Zanto testis sum.

Ego Guido de Zanto testis sum.

Ego Iohannes de Miso testis sum.

Ego Petrus de Guidone de Sassulo testis sum.

Ego Guithedeto[1] laudo et firmo hec et rogavi et observare sub predicta paena promitto.

Ego Matelda rogavi hec et firmo et laudo et sub prenominata paena observare promitto.

I, 43. - Orig., mm. 490×188. In versu ND.

[1] *Syllaba* the *in* Guithedeto *posita est inter lineas.*

527.

Imolae, 13 aprilis 1134.

Canonici S. Laurentii Girardo Guidonis de Micco nomine pacti concedunt quod possident de terra et vinea Girardi de Ardizone.

In nomine Domini. Anno ab incarnatione Iesu Christi millesimo centesimo trigesimo quarto, indictione duodecima, die tertio decimo mensis aprilis, in Immola, in canonica S. Laurentii, temporibus Innocentii pape et Leuterii regis. Ego Fantulinus prepositus aecclesię S. Laurentii uná cum meis fratribus fatio pactum in sexaginta et octo annos ad renovandum tibi presenti in Christi nomine Girardino Guidonis de Micco tuisque filiis et heredibus de hoc quod abemus et tenemus de terra et vinea, de vinea de Girardo de Ardizone in la Russa, plebe predicte aecclesię: ab uno latere tenet Vitalis de Cassulo, ab alio Iohannes Ugonis Arsi, a tertio tu Girardinus, a quarto vero est via. Quantum infra hec latera permanet concedimus tibi tuisque heredibus ad abendum, tenendum, possidendum in supradictis

annis ad renovandum; ita sane ut inferatis nobis nostrisque successoribus omni anno nomine pensionis denarium unum monetę Venetię tantum. Ideo quia exinde accepimus cambium duas turnaturias terrę, per proprium in Cruce ferrea; et insuper promittimus nos nostrosque successores tibi tuisque heredibus auctoriare, observare et defensare ab omni persona hominum sub nomine penę auri duarum untiarum, post datam et solutam penam, si contra fecerimus, maneat firma; et rogo Iohannem notarium ut hec scribat. Ego Iohannes Immollensis notarius rogatus scripsi. Ego Maccrata manus investitor sum. Nos Mariscottus, Ugolinus Martignani, Girardus da Macerata, Girardinus da Linare interfuimus et testes sumus.

Si quod datum est accclesię, proprium est, cartula pacti sit ratam et firmam.

I, 44. - Orig., mm. 357×111.

528.

Imolae, mense septembris 1135.

Mariscottus et Hugo frater eius canonicis S. Laurentii vineam ipsis a patre eorum per testamentum relictam refutant.

In nomine Domini Iesu Christi, amen. Anno eius incarnacionis millesimo centesimo trigesimo quinto, indicione tercia decima, in civitate Immola, in kasa heredum Rodulfi Bonęfeminę, mense septembris, tempore Innocencii pape et Leutherii regis. Nos Mariscottus et Ugo germani fratres filii Rodulfi prono animo et spontanea voluntate nostra reddimus et diffinimus et refutamus in manibus arcipresbiteri Fantulini et Airardi et Petri presbiteri receptoribus per se et pro fratribus et successoribus eorum manentibus in kanonica S. Laurencii unam terram cum vinea super se et cum omnibus sibi pertinentibus quam pater noster vobis presentibus et conscencientibus per testamentum ad prenominatam kanonicam S. Laurencii reliquid, et nos post mortem eius cartulam iamdictę canonicę exinde fecimus et in possessionem per Ugonem Petri Bla‹n›ki, quem nostrum fecimus missum, illos kanonicos misimus, ut semper habeant et teneant atque possideant in perpetuum, ut legitur in cartula illorum, et rogamus Petrum sapientissimum Immolensem no-

tarium ut hec scribat et auctoriare et defensare et non revocare neque frangere promittimus nos et nostros heredes vobis kanonicis et vestris successoribus sub paena duarum auri unciarum, et si ullo tempore contra hec per ullum ingenium fecerimus, paena data et soluta, hec in perpetuum modis omnibus firma maneant. Hoc namque actum est in presencia Gerardi medici et presbiteri Iohannis S. Pauli, et Foldradi, et Ugonis Petri Blanki et presente Petro tabellio.

Ego Petrus Immolensis notarius rogatus ab utrisque fratribus scripsi. Nos Ugo Petri Blanki et Gerardus medicus et presbiter Iohannes da S. Paulo, et Foldradus interfuimus, vidimus atque audivimus hec omnia et testes futuri esse harum rerum promisimus.

I, 45 b. - Orig. mm. 440×190.

529.

Imolae, 2 februarii 1136.

Canonici S. Laurentii Martino concedunt in emphytheusim arvi petiam sitam in fundo Pinithi nuncupato.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno eius incarnacionis millesimo centesimo trigesimo sexto, indictione quarta decima, die secundo intrante mense februarii, in Immola, in canonica S. Laurentii, tempore Innocentii papę et Leuterii regis. Ego Fantulinus prepositus aecclesię S. Laurentii uná cum fratribus meis facimus libellum actum in sexaginta et novem annos ad renovandum tibi presenti Martino receptori pro te et pro Letitia uxore tua pro vestrisque filiis et heredibus, et concedimus rem iuris aecclesię nostrę; idest una pecia terrę laboratorie in fundo qui vocatur Pinithi, territorio Cornelliensis, plebe eiusdem aecclesię: a duobus lateribus tenetis vos receptores, a tertio Girardinus Marchiselli, a quarto Martinus Scaldasius. Quantum infra hec latera permanet cum omnibus sibi pertinentibus concedimus vobis vestrisque heredibus ad habendum, tenendum, possidendum in supradictis annis ad renovandum; ita sane ut inferatis nobis nostrisque heredibus omni anno nomine pensionis denarios duos monete Venetie tantum. Nos exinde accepimus a vobis nomine mercedis quatuordecim solidos luc-

censes et damus vobis Martinum Aldini, ut vos exinde investiat; et rogamus Iohannem Immollensem notarium, ut hec scribat; et promittimus nos nostrosque successores vobis vestrisque heredibus hanc rem auctoriare, observare et defensare ab omni persona hominum sub nomine pene auri unius untie; post datam et solutam penam, hoc pactum maneat firmum. Quod ego Iohannes Immollensis notarius rogatus scripsi. Ego Martinus Aldini manus investitor et testis sum. Ego Girardinus Zanzulini testis sum. Ego Orlandinus Zufredi testis sum. Ego Petrus da Cantune testis sum.

I, 46. - Orig., mm. 225×152. In versu, eadem manu Aperi de terra de Piniti.

530.

Imolae, 2 augusti 1136.

Cuntissa donat canonicis S. Laurentii terrae petiam sitam in fundo Scalzagatti dicto.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno eius incarnationis millesimo centesimo trigesimo sexto, indictione quarta decima, die secundo intrante mense augusti, in Immola, in ecclesia S. Laurentii, tempore Innocentii papę et [regnan]te Leuterio imperatore. Ego Cuntissa cum Iohanne Bono cognato meo facimus cartam proprietatis et damus tibi presenti Fantulino preposito predicte ecclesię tuisque fratribus vel successoribus in eadem ecclesia existentibus in perpetuum; idest unam petiam terrę Millesitorum,[1] in fundo qui vocatur Scalzagatti,[1] territorio Cornelliensis, plebe eiusdem ecclesię: ab uno latere tenetis vos et ecclesia vestra,[1] ab alio flumen Sceler,[1] a tercio iura dicte ecclesie,[1] a quarto * *. Quantum infra hec latera permanet cum omnibus sibi pertinentibus damus tibi tuisque fratribus vel successoribus ad habendum, tenendum, possidendum in perpetuum pro anima Nigroli viri mei et pro remissione suorum peccatorum et pro cella que ille debebat facere, quam tu cum fratribus tuis recipisti. Et damus tibi Rodulfinum de Martignano ut te de supradicta terra investiat et in possessione mittat; et rogamus Iohannem Immollensem notarium ut hec scribat; et insuper promittimus nos nostrosque heredes tibi tuisque fratribus vel

533.

Imolae, 12 martii 1137.

Albertus de Teuzo de Guillia per chartam pacti concedit canonicis S. Laurentii casamentum quoddam.

In nomine Domini nostri Iesu Christi, amen. Anno eius incarnacionis millesimo centesimo trigesimo septimo, indicione quinta decima, in civitate Immola, die duodecimo mensis marcii, tempore Innocencii pape et Leutherii regis. Dum iacerem ego Albertus de Teuzo de Guilla in lectu meo, in kasa mea, ibique mecum erant Domniata uxor mea et Giselbertus filius meus me custodientes, rectum sensum et perfectissimam cognicionem ego Albertus abebam et bonam mentem cum consilio et consensu uxoris meę et filii mei, nullo me penitus cogente vel vim inferente et spontanea mea et illorum voluntate, do et trado et de nostro iure nostroque dominio transfero, transcribo unum meum kasamentum ad S. Laurencium quod habeo in burgo civitatis Immolae da S. Iacobo infra hec latera, videlicet: ab uno latere tenet Ugolinus Martignani, ab alio tenet Ugolinus Petri Prezanni, a tercio latere tenet Rigo Panizanus, a quarto latere est via. Quantum infra hec latera teneo et abeo, do ad S. Laurencium, ut deinceps abeat et teneat S. Laurencius pro remissione meorum peccatorum et pro anima mea, et pactum facio ad S. Laurencium de prenominato casamento in octoaginta et octo annos per vos receptores presbiteros Arardum, Ubaldum, Petrum Bagnarię et per vestros confratres assidue permanentes in canonica S. Laurencii, in victu et necessitate vestra et vestrorum confratrum, et liceat vobis et vestris confratribus exinde innovare ad iura unde existunt et illi reddatis pensionem quam solitus sum exinde reddere, et do vobis omne mellius, et auctoriare et observare et defensare hec omnia promitto me et meos heredes sub pena unius uncie auri; et si contra fecerimus ego et uxor mea Domniata et filius meus Giselbertus, paena promissa ante litem data et soluta, hoc pactum et omnia hic scripta in perpetuum, secundum quod hic legitur, firma maneant; et rogamus Petrum tabellium ut hec scribat, et mittimus in ma-

nibus vestris Ubaldum Basavinum ut vos exinde investiat in quietam possessionem vos mittat abendi dominium et potestatem predicte rei, et non liceat nobis iamdictam rem contrariare, neque litem vobis facere in perpetuum sub predicta paena. Ego Petrus tabellius rogatus scripsi. Ego Ubaldus manus investitor testis fui huius rei.

Ego Martinus Brissianus testis sum. Ego Donatus Cantone testis sum. Ego Guido de Zanto testis sum. Ego Ildebrandus [1] Iohannis Sassoli testis sum. Ego Ugo Trocco testis sum. Ego Struffolus testis sum. Ego Bonusvicinus de Pepolino testis sum.

Nos vero Albertus et Domniata et Giselbertus, sicut supra legitur, auctoriare et observare in perpetuum promittimus sub predicta paena, modis omnibus, sine fraude et malo ingenio.

I, 50 - Orig. mm. 444×155. Charta valda lacera est secundum margines; in versu ND.

[1] *In* ND Ildebrandinus

534.

Imolae, 16 iunii 1137.

Ugo de Ranfredino Iohanni de Cassiano concedit in emphytheusim quidquid habet supra fundum qui Filzo appellatur.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnacione eius millesimo centesimo trigesimo septimo, temporibus Innocencii pape et Leuterii regis, die sexto decimo mensis iunii, in civitate Immola, in casa Iohannis de Cassiano, indicione xv. Nos quidem in Dei nomine Ugo de Ranfredino et Maria iugalis eius per cartulam pacti damus et concedimus et largimur seu confirmamus in vobis presentibus Iohanne de Cassiano et Bona iugali tua seu in filiis et heredibus vestris; idest quod abemus et tenemus et nobis pertinet in fundo qui vocatur Filzo: ab uno latere tenet Petrus de Albizo, ab alio vos receptores, a tercio Ugolinus Petri Aulive, a quarto vero via percurrente. Quantum infra hec supradicta latera designata iacet cum introitu et exitu suo et cum omnibus sibi pertinentibus damus et concedimus vobis ad habendum, tenendum, possidendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis advenientibus sexaginta et octo ad renovandum. Ita sane ut inferatis nobis nostrisque

filiis et heredibus omni mense marcii, aut infra indicionem, quattuor denarios monete Venetie, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia exinde accepimus a vobis mercedis nomine pro supradicta re denariorum monete luccensis solidos septuaginta. Et nos supradicti ordinatores uná cum nostris filiis et heredibus supradictam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare promittimus vobis vestrisque filiis et heredibus sub pena auri optimi unius uncie, et post penam solutam, hoc pactum maneat firmum. Quod scripsi ego Pizolus Imolensis tabellius.

Testis et manus investitor Guido de Zanto, Petrizanus de Zanto, Guastone, Farulfus de Petro, Girardinus da Rufiano.

N⟨oticia testium idest⟩: Guido, Petrizanus, Guastone, Farulfus, Girardinus.

I, 51. - Orig., mm. 385×214. In versu ND.

[1] *Cf. notam n. 510.*

535.

Imolae, 27 septembris 1137.

Canonici S. Laurentii Petro de Gisaltruda concedunt in emphytheusim petiam arvi sitam in fundo Aquaviva nuncupato.

In nomine Domini Iesu Christi. Anno eius incarnationis millesimo centesimo trigesimo septimo, indictione quinta decima, die quarto exeunte mense septembris, in Immola, in canonica S. Laurentii, tempore Innocentii papę et Leuterii regis. Ego Fantulinus archipresbiter aecclesię S. Laurentii cum fratribus meis facimus pactum in sexaginta et novem annos ad renovandum et concedimus tibi presenti [Pe]tro de Gisaltruda receptori pro te et pro Anna uxore tua pro [vestrisque filiis et heredibus]; idest unam petiam terrę laboratorie in fundo qui vocatur Aquaviva, territorio Cornelliensis, plebe S. Apolenaris: ab uno latere tenent filii quondam Albertinuci, [a secundo latere] . . io li Caval[e]ri, a tertio Albertinus de Iohanne Blanco, a quarto vero tu P[e]trus de Gisaltruda. Quantum infra hec latera permanet cum omnibus sibi pertinentibus concedimus vobis vestrisque filiis et heredibus ad habendum, tenendum, possidendum in supradictis annis ad renovandum. Ita sane ut inferatis nobis nostrisque suc-

cessoribus omni anno nomine pensionis denarios duos monete Venecie tantum, ut dictum est, persolvatur. Ideo quia exinde accepimus a te Petro de Gisaltruda nomine mercedis treginta et octo solidos luccenses. Et insuper promittimus nos nostrosque successores vobis vestrisque heredibus hanc rem auctoriare, observare et defensare ab omni persona hominum sub nomine pene auri untiarum quattuor, post solutam penam, hoc pactum maneat firmum. Quod ego Iohannes Immollensis notarius rogatus scripsi. Ego Almericus de Berta manus investitor et testis sum.

I, 52. - Orig., mm. 320×183. Charta lacera est secundum margines.

536.

Imolae, 14 octobris 1137.

Testamentum Guidonis filii quondam Hugonis de Merlo.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius millesimo centesimo trigesimo septimo, temporibus Innocentii pape et Leuterii regis, die quarto decimo intrante mense octubris, in civitate Immola, indictione xv. Bonum et utile est ut homo ante diem migrationis sue de hoc seculo in futuro, antequam ad repentinam mortem perveniat, cunctas suas distribuat facultates, ut defunctus immemor sit quod de se esse debeat ac iurgia generentur. Et ideo ego quidem in Dei nomine Guido quondam de Ugone de Mer[lo] per huius paginam mei iudicii seu testamenti instituo filium meum nomine Ugolinum heredem omnium meorum bonorum. Volo et iudico ut sit datum pro remedio [anime mee] v solidos luccenses ad S. Laurentium et v ad S. Mariam et IIII ad S. [Donat]um. Volo et iudico ut Berta uxor mea habeat vineam dal Cantone, pro sua [terra qu]am vendidi, et si contingerit filium meum mori sine heredibus, volo et iudico ut ecclesia S. Marie in Regula et ecclesia S. Laurentii abeant duas alias meas vineas que sunt posite in fundo qui vocatur Stafulum pro remedio anime mee: ab uno latere unius vinee tenent heredes Rodulfi de Bonafemina, ab alio latere Petrizanus de Tusco, a tercio latere heredes Guidonis Scaldasci, a quarto vero latere limite: ab uno latere alterius vinee tenet Guido Reveleza, ab alio * *, a duobus aliis lateribus limitibus. [Volo] ut ecclesia S. Donati habeat medietatem unius mansi quem [tenebam ab] eadem ecclesia; alia vero medietas et domus

mea sint inter uxorem meam et matrem meam per equales partes, et volo et iudico ut omnia, que fuerunt de Berta uxore mea, sint ei restituta et plus sexaginta denarii. Hec sint quia sic est ultima mea voluntas, et sic volo et iubeo ut hoc meum testamentum firmum teneatur. Quod scripsi ego Pizolus Immolensis tabellius. Testis et fideicomissarius fuit presbiter Iohannes de S. Paulo. Binellus Cantone, Rodulfus Guidonis Amigoli, Iohannes de Laurentiis, Petrus de Alda, Paulus de Rodulfo, Ugo Petri Presbiteri Iohannis [isti omnes testes] interfuerunt.

Noticia testium ⟨idest⟩: presbiter Iohanes, Binellus, Rodulfus, Iohannes, Petrus, Paulus, Ugo.[1]

I, 53 a. - Orig., mm. 410×160. Charta valde lacera est secundum marginem sinistrum; quae restituimus a ND *desumpsimus.*

[1] *Cf. notam n. 510.*

537.

[Imolae, 1137, 1152, 1167].

Sex arvi tornaturiae donantur monachis S. Mariae in Regula et canonicis S. Laurentii.

... iussione et mandato, pro remissione peccatorum suorum ... [ani]me sue, damus tibi presenti in Christi nomine dompno Berardo presbitero et monac[ho atque ab]bati de monasterio S. Marie in Regula in medietate dicende rei, [in alia vero] medietate tibi presenti presbitero Petro de Clusura, receptoribus pro mo[nasterio S.] Mariae in Regula et pro ecclesia S. Laurentii per equales partes et pro [vestris confratribus] et successoribus in predictis ecclesiis in perpetuum commorantibus et serv[ientibus]; idest sex turnaturias terre laboratorie, et si plus est, in eodem contractu permane[at, que sunt] posite in fundo qui vocatur Ulmitha: ab uno latere tenet * *, a tercio * *, a quarto latere * *. Qua[ntum] infra dicta latera designata cum introitu et exitu suo et cum omnibus [supra se et in]fra se et cum omnibus accionibus quas pertinebat iamdicto Blanculo d[e supradicta] terra, damus et donamus vobis receptoribus pro predictis ecclesiis ad h[abendum, tenen]dum, possidendum et more salario in predictis ecclesiis in perpetuum permanen[dum ad iura] propria, et si conducticia vel emphyteoticaria apparuerit, licenciam innovandi habe[atis a iu]ra unde erit. Et nos iamdicti fideicomissarii mandatum et ius-

sio[nem]... perficientes et consumantes, sicut ipse nobis mandavit et fidei nostre comm[isit, de] supradicta donacione auctoriare et defensare promittimus vobis vestrisque confratr[ibus et suc]cessoribus ab omni persona hominum sub pena duarum unciarum auri, et post sol[utam penam], hic contractus donationis maneat firmus. Quem scripsi ego Pizolus Im[molensis notarius].

Testis et manus investitor fuit Petrus Guarinus.

Ubertinus Ugonis Ildebrandi, Ubaldus Alberti Alberici, Nigrol[us].. de Albertello, Albertus filius Cossi, Clarius filius Petri tabell[ionis],.. linus filius Bretonis rogati testes interfuerunt.

I, 53 b. - Orig., fragmentum, mm. 235×164. Charta caret margine superiore et dextero. In versu duo ND *fragmenta quorum primum videtur instrumenti glossa. Transcribimus fragmenta uti iacent. a)* ... et iussit et fidei nostre commisit in presentia et testimonio Iohannis de Ubertello de Ravenna, Iohannis de Po....... bideus, et in presencia Petri Guarini, Guidonis de Lanzo, Foramushe et Loterii et Iohannis Bonini, Iohannis de Fabro. *b)* ... e mense iunii, indictione XV.[1] Nos Martignone et Cossus mandato fideicommissi Blancoli..... [d]amus et donamus vobis dompno Berardo abbati et presbitero Petro pro monasterio S. Marie et pro ecclesia S. Laurentii.............. ab uno latere...

[1] *Hac indictione notantur anni 1137, 1152, 1167, quo tempore floruerunt tum tabellio Pizolus, tum presbyter Petrus de Clusuria.*

538.

[Imolae], 10 martii 1138.

Instrumentum permutationis factae inter canonicos S. Laurentii et Maccolum.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnacione eius millesimo centesimo trigesimo octavo, temporibus Innocencii pape, regem non habemus, die decimo intrante mense marcii, indicione prima. Nos quidem in Dei nomine Fantulinus archipresbiter de ecclesia S. Laurencii uná cum consensu canonicorum eiusdem ecclesie, nomine permutationis facimus pactum tibi presenti in Dei nomine Maccolo receptori pro te et pro tuis filiis et heredibus in annis advenientibus sexaginta et octo ad renovandum; idest de hoc quod habemus et tenemus et nobis pertinet de casa Rodulfi de Bonafemina pro anima sua in fundo qui vocatur Stafulum: ab uno latere tenent Bulgari, ab alio latere Ubaldinus Ubaldi, a tercio latere Orlandùs Donicus, a

quarto latere Andrunella; et iterum damus tibi hoc quod habemus et tenemus in Laguna longa de casa Ugonis Petri de Bosio pro anima sua in Laguna longa: ab uno latere tenet Albericus de Ungarello, ab alio latere heredes Iohannis de Sassolo, a tercio * *, a quarto * *. Ita ut deferas nobis nostrisque successoribus omni mense marcii aut infra indicionem duos denarios monete Venecie. Pro eo quia vicissim accepimus a te nomine permutationis hoc quod habes et tenes in fundo qui vocatur Casalinum per pactum in annis advenientibus sexaginta et octo ad renovandum: ab uno latere tenet Ubaldinus Ubaldi, ab alio latere Ugo Athalasie, a tercio latere heredes Rodulfi, a quarto latere limite. Ita ut deferamus tibi tuisque filiis omni mense marcii aut infra indicionem duos denarios monete Venetie cum nostris successoribus pro pensione, et supradictam permutacionem vicissim auctoriare et defensare promittimus, scilicet nos tibi et tuis filiis et heredibus, et tu nobis nostrisque successoribus ab omni persona hominum sub pena auri optimi trium unciarum, et post solutam penam, hec cartula permutacionis nomine pacti maneat firma. Quam scripsi ego Pizolus Imolensis tabellius.

Testis et manus investitor Lambertus de Capharello, presbiter Petrus de Comite, Baldinittus de Bona de Lambertino, Mariscottus, Guillelmus da Toranello.

I, 54. - Orig., mm. 470×207.

539.

Imolae, 22 februarii 1139.

Hugo Petri de Aulina Ioanni de Cassiano vineae petiam locat, sitam in fundo qui Filzum appellatur.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnacione eius millesimo centesimo trigesimo nono, temporibus Innocencii pape et Chonradi regis, die septimo exeunte mense februarii, in civitate Imola, in casa Iohannis de Cassiano, indictione secunda. Ego quidem in Dei nomine Ugo Petri de Auliva et Ligarda uxor mea damus tibi presenti in Dei nomine Iohanni de Cassiano receptori pro te et Bona uxore tua et pro vestris filiis et heredibus; idest omne ius et omnes acciones et pertinencias quas habemus et tenemus et nobis pertinet de una pecia terre vineate quantum est, que est posita in fundo qui vocatur Filzum: a duobus lateribus tenes tu iamdictus Iohannes, a tercio

latere tenet Petrus Iohannis de Guazo, a quarto latere via percurrit. Quantum infra hec latera designata iacet cum introitu et exitu suo et cum omnibus accionibus quas nobis exinde pertinet, damus vobis ad habendum, tenendum, sicuti habemus et tenemus et nobis pertinet, et licenciam damus vobis innovandi ad iura unde est, ad pensionem dandam quattuor denarios monete Venetie ad iura cuius est. Pro eo quia accepimus a vobis pro iamdicta re denariorum monete luccensis solidos quinquaginta et duos. Et ab odierna die non liceat nobis datoribus, neque nostris filiis et heredibus de iamdicta re facere questionem, repeticionem, causationem ullamque molestiam generare neque contra vos receptores, neque contra vestros filios vel heredes, neque per aliquam personam a nobis sumissam vel sumittendam, nec in placito neque extra placitum, neque quolibet alio modo; sed auctoriare et defensare supradictam rem promittimus vobis vestrisque filiis et heredibus cum nostris filiis et heredibus ab omni persona hominum usque ad tempus vestre renovacionis sub pena auri optimi trium unciarum, et post solutam et datam penam, hec cartula maneat firma. Quam scripsi ego Pizolus Imolensis tabellius.

Testis et manus investitor rogatus interfuit Guido de Farulfo, Petrizanus de Zanto, Guido frater eius, Guastone de Donato, Guastone, Guido Alberti Aulive, Felicissimus Petri Gazese, Tignosus filius Gerardi de Macerada. Et ita ut hec supradicta sit in potestate Gualdrathe matris tue omnibus diebus vite sue.

I, 55. - Orig., mm. 360×262. In versu ND.

540.

Imolae, 1 maii 1139.

Hugo Macerate ecclesiae S. Laurentii nonnulla praedia testamento relinquit.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen. Anno ab incarnacione Domini millesimo centesimo trigesimo nono, temporibus Innocencii pape et Corathii regis, die primo mensis madii, indicione prima, [1] in civitate Imole, territorio Cornelliensi. Profiteor ego quidem in Dei nomine Ugo Macerate per huius paginam mei iuditii seu testamenti largior et dono pro anima mea vel parentum meorum vobis presentibus presbitero Arardo et presbitero Petro Bagnarie et presbitero Ubaldo atque Macerate receptoribus pro vobis vestrisque successoribus pro aecclesia

S. Laurentii im perpetuum ; idest hoc quod habeo et michi pertinet in Cavezano quam ego emi ⟨a⟩ filiis Iohannis Benedicti, et hoc quod michi pertinet in clauda de Leulo, et hoc quod michi pertinet in Runco, et hoc quod michi pertinet in Vignale, et duas turnaturias in Frascario : a primo latere eiusdem terre tenet * *, a secundo * *, cum introitu et exitu suo et cum omnibus sibi pertinentibus habeatis, teneatis, possideatis predictam rem pro traditione vel consensum istius mei missi nomine Petrus Gisaltrude, ut illuc vobiscum veniat et corporaliter vobis supradictam rem tradat atque vos inde investiat. Ita tamen ut post meum obitum licentiam abeatis, teneatis, vendicetis atque defendatis etiam ordinandi et disponendi ad utilitatem et proficuum predicte aecclesie S. Laurentii pro anima mea vel parentum meorum eamdem rem, prout dixi superius. Et ab hodierno die non liceat michi donatori sive meis heredibus, neque per aliquam summissam vel sumittendam personam illam ⟨de⟩ predicta re facere questionem neque repeticionem, neque per aliquam molestiam generare contra vos, neque contra vestros successores predicte ecclesie in posterum ; sed securi et quieti exinde maneatis im perpetuum, et insuper auctorizare et defensare promitto vobis ab omni homine prefatam rem. Et si ego vel mei heredes hec omnia supradicta non observavero et contra agere presumpsero, tunc esse daturos vobis vestrisque successoribus nomine pene auri uncias tres, et post pena soluta, hec cartula donationis maneat firma. Ego Stephanus Immolensis notarius rogatus fui, scripsi.

Testes Iohannes Barucii, Gerardus Macerate, Ugo Uberti, Albertinus de Guida, Ugolinus Luduini, Ugo Rodulfi, Martinus Macerate, Petrus faber rogati testes.

I, 56. - Orig., mm. 305×185. Charta aliquantum lacera est.

[1] *Indictio I respondet anno 1138.*

541.

Imolae, 10 iunii 1139.

Albertinus Petri de Argutha arvi petiam sitam in Viguzemmi et quae possidet prope ecclesiam S. Petri in Pitolo canonicis S. Laurentii donat.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnacione eius millesimo centesimo trigesimo nono, temporibus Innocencii pape et Chonradi electi regis, die decimo intrante mense

iunii, in civitate Immola, in casa Albertini Petri de Argutha, indictione secunda. Ego quidem in Dei nomine Albertinus Petri de Argutha per huius paginam mee vocis, professionis et donacionis atque perpetualis proprietatis do et dono vobis presentibus in Dei nomine presbitero Petro et presbitero Arardo receptoribus pro vobis et pro confratribus vestris et pro vestris successoribus in perpetuum in ecclesia S. Laurencii servientibus et commorantibus; idest unam petiam terre laboratorie quam habeo et teneo et michi pertinet cum David in Viguzemmi, quantum michi ibi pertinet, do vobis et insuper hoc quod habeo et teneo et michi pertinet prope ecclesiam S. Petri in Pitolo iuxta terram S. Laurencii. Quantum michi pertinet in dictis duobus locis dono vobis, ut superius legitur, pro remedio anime mee et pro eterna retributione ad habendum, tenendum ad iura propria in perpetuum habendum et more salario in ecclesia permanendum. Et ab hodierna die non liceat michi donatori neque meis filiis vel heredibus de supradicta re facere questionem, repeticionem, causationem ullamque molestiam generare, neque contra vos, neque contra vestros confratres vel successores, neque per aliquam personam a me sumissam vel sumittendam, nec a meis filiis vel heredibus; sed auctoriare et defensare supradictam rem promitto vobis vestrisque successoribus cum meis filiis vel heredibus ab omni persona hominum. Et si contra ea, que superius leguntur, ire vel agere vel infringere tentavero vel ego vel mei heredes, tunc promitto me meosque filios et heredes daturum penam vobis vestrisque successoribus auri optimi unius uncie, et post solutam et datam penam, hec cartula donacionis in perpetuum maneat firma. Quam scripsi ego Pizolus Imolensis tabellius.

Testis et manus investitor Ugo de Aggo, Iohannes iudex, David de Petro Gatto, Guillelmus de Toranello, Petricinus de Lillani, Albertinus de Riccolo, Orlandus frater eius, Ugo de Imola.

I, 57. - Orig., mm. 470×200.

542.

[Imolae], 20 februarii 1140.

Sulimanus eiusque uxor Pizula Guitardo concedunt in emphytheusim petiam terrae de fundo Cavechristiano dicto.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno eius incarnationis millesimo centesimo quadragesimo, indictione tertia, die

decimo exeunte mense februarii, i[n Imm]ola, in casa filiorum quondam Petri Gazese, tempore Innocentii pape et Conradi regis. Ego Sulimanus cum Pizula uxore mea facimus pactum in sexaginta et quinque annos et concedimus tibi presenti Guitardo tuisque filiis et heredibus vel successoribus; idest medietatem de tribus turnaturiis terrę in fundo qui vocatur Cavechristiano, territorio Cornelliensis, plebe S. Laurentii: a primo latere tenet Bertramus, a secundo li Bonatti, a tertio heredes quondam Dominici de Minzune, a quarto heredes Bernardi. Quantum infra hec latera permanet et nobis pertinet, concedimus vobis vestrisque filiis et heredibus vel successoribus ad habendum, tenendum, possidendum in supradictis annis, et licentiam renovandi, salva iustitia domnica. Ideo quia exinde accepimus a te nomine mercedis duodecim solidos et medium monete luccensis; et damus tibi Guidonem Aulive ut te exinde investiat et in possessione mittat; et rogamus Iohannem Immollensem notarium ut hec scribat. Et insuper promittimus nos nostrosque heredes tibi tuisque heredibus vel successoribus hanc rem auctoriare, observare et defensare ab omni persona hominum sub nomine pene auri unius untie; post datam et solutam penam, hoc pactum maneat firmum. Quod ego Iohannes Immollensis notarius rogatus scripsi. Testis et manus investitor predictus Guido Aulive, Petricinus Petri Capelli, Petricinus Petri Lullani, Tignosus Girardi da Macerata, Ramfredus Aviline.

Ego Sulimanus cum Pizula uxore mea hoc pactum scribere rogamus et laudamus et firmamus.

I, 58. - Orig., mm. 406×205.

543.

Imolae, 15 iunii 1140.

Petrus de Giseltruda canonicis S. Laurentii dat hortum in Campo Sintali situm et vineam in fundo Staffulo positam per annos sexaginta et novem possidendam.

In nomine Domini nostri Iesu Christi, amen. Anno eius incarnacionis millesimo centesimo quadragesimo, indicione tercia, in civitate Immola, in kasa Petri Giseltrude, die quinto decimo mensis iunii, tempore Innocencii pape et Conradi regis. Ego

quidem in Dei nomine Petrus de Giseltruda presente et consenciente uxore mea do et largior per testamentum pro anima mea et pro remissione meorum peccatorum ad S. Laurencium, et facio pactum in sexaginta et novem annos de uno ortu in Campo Sintali: ab uno latere tenet Guido de Breza, ab alio latere tenet S. Laurencius, a tercio latere tenet Petrus de Immola, a quarto latere Datarus: et insuper do et largior ad S. Laurencium in victu et usu et necessitate kanonicorum S. Laurencii per te presbiterum Ubaldum receptorem per te et per tuos confratres et successores vice S. Laurencii terram unam vineatam cum omnibus super se et sibi pertinentibus in fundo qui vocatur Staffulo, sita territorio Cornelliensis, plebe S. Laurencii: ab uno latere tenet Sinelda, ab alio latere est via, a tercio latere Bona de Iohanne de Andrea, a quarto Guido de Breza. Quantum infra hec latera teneo, do ad S. Laurencium et vobis canonicis et ortum et terram et vineam cum omnibus sibi pertinentibus, ut deinceps vos kanonici habeatis eo iure quo habeo et teneo, et licenciam damus vobis et vestris successoribus innovandi de predictis rebus ad iura unde existit, salva racione domnica in quantum vobis et ecclesię S. Laurencii pertinuerit, deinceps S. Laurencius et vos kanonici et successores vestri in perpetuum iamdictas res abeatis, teneatis, ad propriam mensam canonicorum S. Laurencii; hec namque facio pro anima mea et pro remissione meorum peccatorum, et auctoriare et observare et defensare hec omnia me et meos heredes vobis canonicis S. Laurencii et vestris successoribus sub pena trium auri unciarum; et si mei heredes contra hec predicta per ullum ingenium ullo tempore fecerint, vel alia persona per eos, paena data, hec supradicta in perpetuum firma maneant. Que vero omnia ego Petrus tabellius rogatus scripsi.

Ego Guido de Breza manus investitor et testis sum huius rei.
Ego presbiter Ubaldus testis sum.
Ego Guido de Breza testis sum.
Ego Ugo de Giseltruda testis sum.
Ego Girardus medicus testis sum.
Ego Azo medicus testis sum.
Ego Girardus de Andrea da Macerata testis sum.
Ego Petrus de Albericio testis sum.
Ego Petrus tabellius rogatus scripsi, testis sum.

I, 59. - Orig. mm. 500×190.

544.

Ad S. Prosperum, 26 iunii 1140.

Ormanittus Ioanni de Cassiano et Petrizano de Zanto concedit in emphytheusim terrae petiam dimidiatim possidendam.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno eius incarnationis millesimo centesimo quadragesimo, indictione tertia, die quinto exeunte mense iunii, in S. Prospero, in fundo qui vocatur Propianico, tempore Innocentii pape et Conradi regis. Ego Ormanittus cum Tancredo filio meo facimus pactum in sexaginta et octo annos et concedimus vobis presentibus Iohanni de Cassiano et Bone uxori tue in una medietate dicende rei, et in alia medie[tate Petriz]ano de Zanto vestrisque filiis et heredibus et licentiam damus vobis renovandi ad iura unde est; idest quattuor turnaturias terrę et duas perticas et mediam in eodem fundo de Propianico, territorio Cornelliensis, plebe S. Prosperi: a primo latere tenet Iohannes Ugonis Arsi, ab aliis duobus nos datores et filii quondam Ranfredini, a quarto vero est via percurrens. Quantum infra hec latera permanet cum introitu et exitu suo et cum omnibus sibi pertinentibus, concedimus vobis vestrisque heredibus ad habendum, tenendum, possidendum in supradictis annis et licentiam habeatis renovandi, salva pensione in quantum pertinet, et egomet mitto vos in possessione de supradicta terra, et rogamus Iohannem Immollensem notarium ut hec scribat. Pro eo vero quia exinde accepimus a vobis nomine mercedis quadraginta et duos solidos luccenses. Et insuper promittimus nos nostrosque heredes vobis vestrisque heredibus hanc rem auctoriare, observare et defensare ab omni persona hominum sub pena auri duarum untiarum; post datam et solutam penam, hoc pactum maneat firmum. Quod ego Iohannes Immollensis notarius rogatus scripsi.

Ego Donatus Cantune ibi fui et testis sum. Ego Albertinus Bonaldus ibi fui et testis sum. Ego Isnardus filius quondam de Cunzasuppa ibi fui et testis sum. Ego Guidolinus de Novilino testis sum. Ego Bavusus testis sum. Ego Ugolinus serviens predicti Donati testis sum.

Ego Ormanittus cum Tancredo filio meo hoc pactum scribere rogavimus et laudamus et firmamus.

I, 60. - Orig., mm. 447×235. Charta lacera est secundum marginem sinistrum; in versu ND *quae vix legi potest, nec non nota scripta manu saec. XII* Hec sunt cartule de vinea Pironis.

545.

Imolae, 15 augusti 1140.

Instrumentum permutationis factae inter Guidonem de Britia et Tethericum Gazese.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno eius incarnationis millesimo centesimo quadragesimo, indictione tertia, die quinto decimo mensis augu[sti], in Immola, in porticu case Guidonis Britie, tempore Inno[cent]ii pape et Conradi regis. Ego Guido de Britia fatio cartam et permuto tecum Tetherico Gazese, silicet ego Guido do tibi et Cesarie uxori tue vestrisque filiis et heredibus hoc quod habeo et teneo et michi pertinet de uno casamento et casa cum curte de retro in Immola: a primo latere tenet Girardinus Ugolini Petri Uberti, a secundo vos receptores, ab aliis duobus vie sunt. Hec cum introitu et exitu suo et cum omnibus sibi pertinentibus do vobis vestrisque heredibus ad habendum, tenendum, possidendum et licentiam renovandi ad iura unde est, et do vobis Ebulum ut vos exinde investiat et in possessione mittat, et rogo Iohannem Immollensem notarium ut hec scribat. Pro eo vero quia exinde accepi a vobis cambium sex turnaturias terre in Prathore et in Tuntula de supra. Et insuper promitto me meosque heredes vobis vestrisque heredibus hanc rem auctoriare, observare et defensare ab omni persona hominum sub nomine pene auri trium untiarum, post datam et solutam penam, cambium maneat firmum. Ego Iohannes Immollensis notarius rogatus scripsi.

Ego Ebulus manus investitor et testis sum. Ego Lambertus Cafarelli testis sum. Ego Ugittus da Tolaria testis sum. Ego Cignanus testis sum. Ego Gallus testis sum.

Ego Guido de Britia cambium scribere rogavi et laudo et firmo.

I, 61. - Orig., mm. 485×182. In versu ND.

546.

Imolae, 16 februarii 1141.

Instrumentum quo Ubaldo et Ambrosio presbyteris, terrae vacuamentum in Burgo Imolae situm in emphytheusim conceditur.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno eius incarnationis millesimo centesimo quadragesimo primo, indictione quarta, die sexto decimo mensis februarii, in Immola, in claustro S. Laurentii, tempore Innocentii pape et Conradi regis. Nos vero presbiter Arrardus et presbiter Petrus da Clusura et presbiter Petrus insimul cum Macerata facimus pactum in sexaginta et octo annos ad renovandum, et concedimus tibi presenti presbitero Ubaldo et Ambrosio nepoti tuo vestrisque heredibus vel successoribus, idest unum vacuamentum terrę in burgo Immole: a primo latere tenet Ugolinus de Martignano, a secundo Bulgarus, a tertio Ugolinus Petri de Prezanna, a quarto est via. Quantum infra hec latera permanet cum introitu et exitu suo et cum omnibus sibi pertinentibus concedimus vobis vestrisque successoribus ad habendum, tenendum, possidendum in supradictis annis ad renovandum, ita sane ut inferatis nobis nostrisque successoribus omni anno nomine pensionis denarios quatuor monete Venetie, tantum, ut dictum est, persolvatur. Ideo quia exinde accepimus a vobis nomine mercedis librum unum pro triginta et quinque solidis et medio monete luccensis. Et insuper promittimus nos nostrosque successores vobis vestrisque heredibus vel successoribus hanc rem auctoriare, observare et defensare ab omni persona hominum sub nomine pene auri duarum untiarum; post datam et solutam penam, hoc pactum maneat firmum. Quod ego Iohannes Immollensis notarius rogatus scripsi.

I, 62. - Orig., mm. 390×142. In versu, manu saec. XII Ita est renovata.

547.

Imolae, 25 aprilis 1141.

Canonici S. Laurentii Monacho de Petro de Benno eiusque uxori Anfiliae concedunt in emphytheusim arvi petiam de fundo Corneta.

In nomine Domini nostri Iesu Christi, amen. Anno eiùs incarnacionis millesimo centesimo quadragesimo primo, indicione quarta, in claustro S. Laurencii, die sexto exeunte mense aprilis, in civitate Immola, tempore Innocencii pape et Gonradi regis. Ego quidem in Dei nomine presbiter Airardus per me et per meos confratres et illis consencientibus et presentibus presbiter Petrus Clusurię, presbiter Petrus Bagnarię, presbiter Ubaldus et Bonusfilius Macerate, facio cartulam pacti in sexaginta et octo annos ad renovandum tibi Monacho de Petro de Benno receptori pro te et pro uxore tua Anfilia et filiis et heredibus tuis de una pecia de terra laboratoria in fundo qui vocatur Corneta sita territorio Cornelliensis, plebe S. Laurencii : ab uno latere tenet heredes Ugonis Petri Bosii, a duobus aliis lateribus sunt limites, a quarto latere fossa. Quantum infra hec latera permanet, damus tibi Monacho ut deinceps abeas, teneas, possideas. Ita sane ut inferas ecclesie S. Laurencii omni marcii mense aut infra indicionem denarios Venecie duos pro pensione tantum, et si de predicta terra casamentum et kasam tolletis, ad S. Laurencium et nobis obedire et a nobis tenere et pensionem nobis dare debeas tu et tui heredes et auctoriare et observare et defensare hoc pactum promitto ego presbiter Airardus et nos omnes suprascripti presbiter Petrus Clusurie, presbiter Petrus Bagnarie, presbiter Ubaldus et levita Bonusfilius Macerate et nostri successores sub paena duarum auri unciarum ; et si casamentum et casam de suprascripta terra nostra tolletis a nobis renovare et tenere debeatis per actum in sexaginta et octo annos ad renovandum, et si non observaverimus hec omnia suprascripta, paena data, hoc pactum firmum maneat, et rogamus Petrum tabellionem ut hoc pactum scribat, et mittimus in manu tua Paulum de Rodulfo de Faita ut te exinde, idest de predicta

terra investiat. Pro eo vero hoc pactum tibi Monacho facimus quia rogati sumus a comuni civitatis Immole consulibus, et per totum comune civitatis hoc pactum facimus et hoc pactum observare promittimus. Ego Petrus tabellius rogatus scripsi. Ego Paulus de Rodulfino de Faita manus investitor et testis sum.

Ugo Martignani, Petrus Guarinus, Ungarellus, Mariscottus, Ugo de Bonpero, Rogerius de Iohanne Zoppo, Guastalialtri et alii plures, Guido de Breza omnes testes sumus. Girardus Macerate, Martignone ⟨testes⟩.

I, 63. - Orig., mm. 230×160.

548.

Imolae, 3 maii 1141.

Dominicus castaldus Vivilendae uxori filii sui Guerisii donat quartam partem bonorum quae pertinent ad Guerisium, itemque Iohannes presbyter donat petiam terrae quae est restituenda si Guerisius sine liberis moriatur.

In nomine Domini Iesu Christi, amen. Anno eius incarnacionis millesimo centesimo quadragesimo primo, indicione quarta, die tercio intrante mense madii, tempore Innocencii pape et Conradi regis, in civitate Imola, in porticu kase Petri tabellii. Ego Dominicus kastaldo vice filii mei Guirise do et dono tibi Vivelende Venture coniuge fili mei predicti quartam partem omnium rerum et possessionum que pertinet et pertinere debet ad Guirisium filium meum ut abeas et teneas et possideas vendendum, donandum vel commutuandum et quicquid vis tu Vivelenda exinde in perpetuum facias, et auctoriare et observare hanc donacionem promitto me et Guirise filium meum sub paena unius uncie auri et si contra fecerimus hec donacio firma maneat. Et insuper ego presbiter Ioannes dono tibi Vivelende duas turnaturias terre in fundo qui vocatur Mandriola, territorio Cornelliensis, plebe S. Patricii : ab uno latere ego idem donator Dominicus, ab alio ad iura Petrus Carbonis, a tercio similiter, a quarto limes. Infra hec latera ego sacerdos Ioannes do tibi Vivelende iamdictas duas tornaturias terre ut habeas et teneas tu Vivelenda in vita viri tui Guirise, post obitum Guirise si

sine vestris comunibus filiis obigerit, predictas duas turnaturias ad me, si vivus ero, revertatur, si non, ad meos revertatur propinquos. Que vero donacio quarte partis quam ego Dominicus vice filii mei prenominati tibi Vivelende dono; si non observaverimus, debeamus persolvere et dare tibi Vivelende iamdictam paenam, et paena data et soluta, hec donacio firma maneat. Ego Petrus tabellius rogatus scripsi. Ego sacerdos Ioannes manus investitor sum huius donacionis.

Ego Clarius filius Petri tabellii testis sum.
Ego Guidotus de Guido de Prezanni testis sum.
Ego Ubaldinus de Guilielmo testis sum.
Ego Martinus Manzonigo testis sum et vidi et interfui.

I, 64. - Orig., mm. 385×174.

549.

Imolae, 10 augusti 1141.

Concessio emphytheusis in favorem canonicorum S. Laurentii a Belemulo, Aldebrandino fabro et Rambaldello facta.

In nomine Domini nostri Iesu Cristi. Anno eius incarnationis millesimo centesimo quadragesimo primo, indictione quarta, die decimo intrante mense augusti, in Immola, tempore Innocentii pape, Conrado electo imperatore. Nos vero Belemulus, Aldebrandinus faber et Rambaldellus cum filii mei facimus pactum in sexaginta et novem annos et concedimus vobis presentibus presbitero Arrardo et Macerata receptoribus pro vobis et pro fratribus vestris pro vestrisque successoribus in ecclesia S. Laurentii commorantibus et licentiam damus vobis renovandi ad iura unde est; idest hoc quod habemus et tenemus in civitate Immole: a primo latere tenent heredes quondam Petri de Boncito, a secundo heredes quondam Petri de Belinzo, a tertio heredes quondam Alberti Bulgari, a quarto vero via currit. Hec cum introitu et exitu suo et cum omnibus sibi pertinentibus damus et concedimus vobis vestrisque fratribus vel successoribus, ad habendum, tenendum, possidendum in supradictis annis et licentiam renovandi. Hec nos vero Belemulus et Aldebrandinus faber damus vobis pro commune huius civitatis, et ego Rambaldellus

de mea parte accepi a vobis cambium ibi pro me, hoc quod Iohannes Bonumvinum dedit vobis, et damus vobis Ubertinum Ugonis Ildebrandi ut vos exinde investiat et in possessione mittat; et ro[gamus Iohann]em Immollensem notarium ut hec scribat. Et promittimus nos nostrisque heredes, vobis vestrisque successoribus hanc rem auctoriare, observare et defensare ab omni persona hominum sub nomine pene auri duarum untiarum, [datam] et solutam penam, hoc pactum maneat firmum. Quod ego Iohannes [Immolensis] notarius rogatus scripsi. Testis et manus investitor predictus Ubertinus, Ugo Martignani, Petrus Guarinus, Rambertinus Petri Bulgari, Mariscottus, Rozerius Zoppi, Ardizune Basavinum.

Nos vero Belemulus, Aldebrandinus faber, Rambaldellus hoc pactum scribere rogavimus et laudamus et firmamus.

I, 65. - Orig., mm. 385×183. Charta aliquantulum lacera est secundum margines.

550.

Imolae, 12 augusti 1141.

Canonici S. Laurentii Arrardo de Bonifatio concedunt in emphytheusim terrae petiam et casamentum.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno eius incarnationis millesimo centesimo quadragesimo primo, indictione quarta, die duodecimo mensis augusti, in Immola, tempore Innocentii pape, Conrado electo imperatore. Nos vero Arrardus, Petrus, Ubaldus et Macerata canonici S. Laurentii pro nobis pro nostrisque successoribus facimus pactum in sexaginta et novem annos ad renovandum, et concedimus tibi presenti Arrardo de Bonifatio et Cuntisse uxori tue vestrisque filiis et heredibus rem iuris ecclesie nostre; idest unam petiam terre in Immola: a primo latere tenent filii quondam Petri de Boncito, a secundo heredes Petri de Belinzo, a tertio filii quondam Alberti Bulgari, a quarto via currit. Quantum infra hec latera permanet cum introitu et exitu suo et cum omnibus sibi pertinentibus concedimus vobis vestrisque filiis et heredibus ad habendum, tenendum, possidendum in supradictis annis ad renovandum, ita sane ut inferatis nobis nostrisque successoribus omni anno nomine pensionis denarium unum luccensem, tantum, ut dictum est, persol-

vatur. Et damus vobis Petrum Guarinum ut vos exinde investiat, hoc casamentum vobis damus pro toto commune Imole, et hoc pactum de eo vobis facimus. Et promittimus nos nostrosque successores vobis vestrisque heredibus hanc rem auctoriare, observare et defensare ab omni persona hominum sub nomine pene auri medie libre; post datam et solutam penam, hoc pactum maneat firmum. Quod ego Iohannes Immollensis notarius rogatus scripsi. Testis et manus investitor Petrus Guarinus, Ugo Mazo, Petrus Fariolus, Rigo da Galisterna, Mulinarius Zampune, Zundellus, Rambertinus Petri Bulgari, Ubaldinus Ubaldi, Masçarone, Pecoraincorpo, Bertramus et Bulgarus filii quondam Alberti Bulgari.

I, 66. - Orig., mm. 370×165.

551.

Imolae, 16 martii 1142.

Girardus da Macerata canonicis S. Laurentii concedit in emphytheusim casamentum Imolae situm.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno eius incarnationis millesimo centesimo quadragesimo secundo, indictione quinta, die sexto decimo mensis martii, in Immola, tempore Innocentii pape, Conrado electo imperatore. Ego Girardus da Macerata fatio pactum in sexaginta et novem annos et concedimus vobis presentibus presbiteris Ubaldo et Petro canonicis S. Laurentii receptoribus pro vobis pro vestrisque fratribus vel successoribus in eadem ecclesia morantibus, et licentiam do vobis renovandi ad iura unde est; idest unum casamentum terre positum in Immola in regione S. Donati: a duobus lateribus teneo ego Girardus, a tertio murus civitatis, a quarto * *; hec cum introitu et exitu suo et cum omnibus sibi pertinentibus concedo vobis vestrisque successoribus ad habendum, tenendum, possidendum in supradictis annis, et licentiam renovandi ad iura unde est; casamentum hoc do vobis pro toto commune Immolę, et do vobis Petrum Guarinum ut vos exinde investiat et in possessione mittat; et rogo Iohannem Immollensem notarium ut hec scribat, et promitto me meosque heredes vobis vestrisque successoribus hanc rem auctoriare, observare et defensare ab

omni persona hominum sub nomine pene auri unius untie; post datam et solutam penam, hoc pactum maneat firmum. Quod ego Iohannes Immollensis notarius rogatus scripsi. Testis et manus investitor predictus Petrus Guarinus, Deropatus, Ugolinus Martignani, Ubertinus Ugonis Ildebrandi, Rozerius Iohannis Zoppi, Mascarune.

Ego Girardus da Macerata hoc pactum scribere rogavi et laudo et firmo.

I, 67. - Orig., mm. 410×182.

552.

Imolae, 26 aprilis 1142.

Canonici S. Laurentii Ioanni Bono concedunt in emphytheusim casamentum Imolae situm.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno eius incarnationis millesimo centesimo quadragesimo secundo, indictione quinta, die quinto exeunte mense aprilis, in Immola, in cimiterio S. Laurentii, tempore Innocentii pape, Conrado electo imperatore. Nos vero presbiteri Petrus et Ubaldus et Macerata et pro fratribus nostris canonici S. Laurentii facimus pactum in sexaginta et septem annos ad renovandum et concedimus tibi presenti Iohanni Bono tuisque filiis et heredibus rem iuris ecclesie nostre; idest unum vacuamentum terre in Immola: a duobus lateribus tenet Iohannes de Laurentio, a tertio Albertulus de Blanculo, a quarto via currit, cum introitu et exitu suo et cum omnibus sibi pertinentibus ad habendum, tenendum, possidendum in supradictis annis ad renovandum. Ita sane ut inferatis nobis nostrisque successoribus omni anno nomine pensionis denarium unum luccensem, tantum, ut dictum est, persolvatur. Hoc casamentum damus tibi pro commune huius terre, et promittimus nos nostrosque successores tibi tuisque heredibus hanc rem auctoriare, observare et defensare ab omni persona hominum sub nomine pene auri unius untie; post datam et solutam paenam, hoc pactum maneat firmum. Quod ego Iohannes Immollensis notarius rogatus scripsi. Testis et manus investitor Deropatus, Ragune, Mascarune, Pecoraincorpo, presbiter Iohannes S. Marie in Zagonia.

I, 68. - Orig., mm. 315×195.

553.

[Imolae], 2 novembris 1142.

Galicia uxor Alberti Guidonis Ianitti donat canonicis S. Laurentii duas arvi tornaturias de fundo Granariolo.

In nomine Domini Iesu Christi, amen. Anno eius incarnacionis millesimo centesimo quadragesimo secundo, indicione quinta, die secundo intrante mense novembris, tempore Innocencii pape et Conradi regis. Ego quidem in Dei nomine Galicia uxor Alberti Guidonis Ianitti per preceptum et iussionem iamdicti Alberti viri mei do et trado in manibus presbiteri Petri Bagnarię ad S. Laurencium duas tornaturias terrę laboratorię cum omnibus sibi pertinentibus in fundo qui vocatur Granariolo, territorio Cornelliensis, plebe S. Prosperi: ab uno latere tenet Ugo Ildebrandi, ab alio Ugo Zanfune et Petrus de Riculo, a tercio Ioannes Bonvino et Zambonellus Gisulfo, a quarto latere limes. Infra hec latera do vobis canonicis S. Laurencii receptoribus per vos et per vestros successores in perpetuum ad vestram propriam mensam ad iura propria, et si conducticia aparuerit, licenciam abeatis innovandi ad iura unde aparuerit et deinceps abeatis, teneatis et possideatis ad vestram mensam iamdictam terram in perpetuum pro anima Alberti viri mei et pro remissione suorum peccatorum; et ego et mei heredes iamdictam terram auctoriare et defensare et observare promitto sub paena duarum auri unciarum, et si non fecerimus, paena data, hec in perpetuum firma maneant; et rogo Petrum notarium Immolensem ut hec scribat et mitto in manu presbiteri Petri Petrum de Argentea ut canonicos S. Laurencii de predicta terra investiat et in possessionem ad iura propria corporaliter mittat.

Ego Petrus tabellius rogatus scripsi.

Ego Petrus de Argentea manus investitor et testis sum huius rei. Ego Petrus de Guilla testis sum huius rei. Ego Guido de Bonato testis sum. Ego Ugolinus de lo Monocho testis sum. Ego Santernolus de Ioanne de Cristiano testis sum. Ego Ugolinus de Guidone de Zanitto testis sum. Ego Guido de Martino da Macerata testis sum.

I, 69. - Orig., mm. 330×177. In versu, manu eiusdem notarii Cartula Albertini Guidonis Zanitti. *Insuper* ND *quae tota legi nequit, quaeque*

contrahentes respiciens, veluti aliud instrumentum, refertur ... pignus ... predicta Galicia ad canonicos S. Laurencii ...... ano per XII^cim^ solidos luccenses quos Albertus ... il ... demp ... a et terminum posuit ad resurrectionem Domini proximam si persolverit XII solidos luccenses, pig⟨n⟩us habeat Galicia, et si non persolverit, canonicis S. Laurencii persolvere debeant, et abeant canonici S. Laurencii iamdictum gavillum (?) ad iura propria vendendum, donandum et quicquid vult, exinde in perpetuum faciant et persolvant iamdictos XII^cim^ solidos luccenses. Hec sunt hacta in presencia testium qui hec audierunt et viderunt et ex alia parte istius cartule scripti sunt.

554.

Imolae, 3 novembris 1142.

Ioannes de Santerno canonicis S. Laurentii donat quatuor terrae tornaturias de fundo Ulmeta.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno eius incarnationis millesimo centesimo quadragesimo secundo, indictione quinta, die tertio intrante mense novembris, in Immola, in casa Iohannis Santerni, tempore Innocentii pape et Conradi regis. Ego Iohannes de Santerno fatio cartam proprietatis et do vobis presentibus sacerdotibus Petro et Ubaldo et canonici ecclesie S. Laurentii receptoribus pro vobis et pro vestris fratribus vel successoribus in perpetuum ; idest quattuor turnaturias terrȩ in fundo qui vocatur Ulmeta, territorio Cornelliensi, plebe eiusdem ecclesiȩ ; a primo latere tenet Arduinus Petri Sant⟨er⟩ni, a secundo ego, a tertio Rodulfus Bernardi, a quarto via currit. Quantum infra hec latera permanet cum introitu et exitu suo et cum omnibus sibi pertinentibus, do vobis predictis canonicis receptoribus per vos et per vestros successores ad communem mensam vel chorum permanentes in predicta canonica S. Laurentii ut deinceps habeatis, teneatis, possideatis et quicquid vultis facite in perpetuum, tamen si conductitia emfiteoticaria fuerit, licentiam do vobis renovandi ad iura unde erit : hec predicta do vobis pro anima mea et pro remissione peccatorum meorum, et ut partem habeam de vestris orationibus et sacrifitiis et oblationibus ; et do vobis Ugonem de Petro de Presbitero Iohanne ut vos exinde investiat et in possessione mittat, et rogo Iohannem Immollensem notarium ut hec scribat, et promitto me meos-

que heredes vobis vestrisque fratribus vel successoribus hanc rem auctoriare, observare et defensare ab omni persona hominum sub pena duarum auri untiarum; post solutam penam, maneat firma. Ego Iohannes Immollensis notarius rogatus scripsi. Testis et manus investitor predictus Ugo, Zattus eius filius, Martinus da Macerata, Rainaldus eius filius, Fantinellus Petri Alde.

Ego Iohannes Santerni hanc cartam scribere rogavi et laudo et firmo.

I, 70. - Orig., mm. 310×190.

555.

Imolae, 1142.

Guidotus filius Guidonis Presbyteri Ioannis donat canonicis S. Laurentii tres terrae tornaturias.

In nomine Domini Iesu Christi, amen. Anno eius incarnacionis millesimo centesimo quadragesimo secundo, indicione quinta, in civitate Immola, tempore Innocencii pape et Conradi regis. Ego quidem in Dei nomine Guidotus filius Guidonis Presbiteri Ioannis do et trado ad S. Laurencium duas turnaturias terre pro anima patris mei Guidonis et unam pro anima matris meę Immelde in Braita de subta, territorio Cornelliensis, plebe Sancti * *: ab uno latere iamdicte terre teneo egomet Guidotus, ab alio Girardus Andreę Maceratis, a tercio * *, atque a quarto * *. Infra hec latera do ad S. Laurencium iamdictas tres turnaturias terre ut deinceps in perpetuum abeant et teneant canonici S. Laurencii ad propriam mensam eorum; et do vobis canonicis S. Laurencii exinde licenciam innovandi ad iura unde existit, et eo iure quo habeo et teneo, tenebitis et habeatis et possideatis iamdictam terram pro remissione peccatorum patris mei et matris meę, et ego auctoriare et observare et defensare promitto hec omnia vobis canonicis S. Laurencii et vestris successoribus in perpetuum sub paena duarum auri unciarum, et si non fecero, paena data, hec que hic leguntur, in perpetuum firma meneant; et mitto in manibus kanonicorum S. Laurencii Bretonem ut vos exinde investiat et in possessionem predictę terrę vos mittat, quia hanc cartulam in manibus vestris feci receptores vice

S. Laurencii per vos et per vestros confratres et vestros successores in perpetuum, et rogo Petrum notarium Immolensem ut hec scribat. Ego Petrus tabellius et notarius Immolensis rogatus scripsi.

Ego Bretone manus investitor et testis sum huius rei.
Ego Guido Bonato testis sum huius rei.
Ego Alfanius testis sum huius rei.
Ego Petrocinus de Ioanne de Sassolo testis sum.
Ego Rodulfus de Guido de Amigolo testis sum.

I, 71. - Orig., mm. 300×192.

556.

[Imolae], 13 februarii 1143.

Andreas prior hospitii S. Sepulchri pactum facit cum Rodulpho abbate S. Mariae in Regula solvendi quotannis incensi libram.

In nomine Domini nostri Iesu Christi, amen. Anno eius incarnacionis millesimo centesimo qua⟨dra⟩gesimo tercio in[dicione] sexta, die tercio decimo intrante mense februarii, in claustro S. Marie in [Re]gula, tempore Innocencii pape et Conradi regis. Ego quidem in Dei nomine domnus Andreas p[rior] ospicii S. Sepulchri cum consensu fratrum meorum permanencium in ospicio Immolę promittimus et locamus tibi domno Rodulfo abbati monasterio S. Marie in Regula omni anno aut in festivitate S. Michaelis, aut in Pentecostes dabimus nos et nostri successores tibi et tuis successoribus ad ecclesiam S. Marie in Regula libram incensi unam pro obediencia et reverencia quam servitores ospicii nostri Immolę pro ecclesia quam super allodium et proprietatem S. Marię facimus, semper omni anno dare debeant et nullatenus fraudare debeamus et semper omni anno in predictis festivitatibus, ut dictum est, aut in unam festivitatem aut in aliis, libram incensi unam dabunt; et si nos et nostri successores non persolvebimus libram incensi, ut dictum est, ad ecclesiam S. Marię in Regula, promittimus nos nostrique successores dare tibi Rodulfo abbati et tuis successoribus nomine paenę auri unciam unam, et soluta paena, hec locacio et obediencia semper ad ecclesiam S. Marię firma maneat: quam vero obedienciam

bona fide facere et persolvere promittimus; et rogamus Petrum Immolensem notarium ut licteris notet hec et scribat ne varietas et discordia inde oriatur et ne varietate temporum oblivioni tradatur et rogamus homines hic adstantes ut huius obedienciȩ testes fiant. Ego namque Petrus notarius Immolensis, ut vidi et audivi, rogatus scripsi.

Ego presbiter Azo interfui et testis sum.

Ego presbiter Petrus Conte interfui et testis sum. Ego Ubertus legis doctus testis sum. Ego Ugo Martignani testis sum. Ego Rodulfus de Bernardo testis sum. Ego Orlandus de Giberto testis sum. Ego Petrus Guarinus testis sum. Ego vero Petrocinus de Bulgaro testis sum. Ego Gibertus Ugonis Ildebrandi testis sum.

I, 72. - Orig., mm. 352×240. Charta aliquantulum lacera est secundum margines. In versu tres notae habentur: a) manu Petri notarii Cartula obediencie quam facere debent servitores ospicii S. Sepulghri ad S. Mariam in Regulam; *b) manu saec. XII* Cartula obediencie..... nobis facere hospitalarii S. Sepulcri; *c) manu saec. XV* Hospitale S. Iohannis.

557.

Imolae, 23 maii 1143.

Baldolus Sbuzalupo donat canonicis S. Laurentii duas arvi tornaturias.

In nomine Domini Iesu Christi, amen. Anno eius incarnacionis millesimo centesimo quadragesimo tercio, indicione sexta, in civitate Immola, in casa de Baldulo Sbuzalupo, die nono exeunte mense madii, tempore Innocencii pape et Conradi regis. Ego quidem in Dei nomine Baldolus Sbuzalupo do et dono pro anima mea et pro remissione meorum peccatorum ad ecclesiam S. Laurencii duas tornaturias terrȩ laboratoriȩ cum omnibus sibi pertinentibus per vos receptores presbiter Petrus Clusuriȩ et presbiter Petrus Bagnariȩ et presbiter Ubaldus et per vestros confratres et successores vestros in perpetuum ad iura propria: ab uno latere * *, et ab alio * *, a tercio * * atque a quarto latere * *; infra hec latera do vobis iamdictam terram ut deinceps in perpetuum ad propriam mensam vestram abeatis, teneatis et possideatis, ut dictum est, pro anima mea et pro remissione

meorum peccatorum, et mitto in manibus vestris Petrum da lo Furno ut vos exinde ad iura propria investiat et in possessionem vos de predicta terra mittat, quieto tramite vos et vestri confratres et successores vestri iamdictam terram in perpetuum abeatis et auctoriare et defensare promitto me et fratrem meum et sororem meam et nepotem meum quibus meam rem in possessionem relinquo sub paena unius uncie auri, et si ipsi contra hanc donacionem et proprietatem ullo tempore per ullum ingenium fecerint, debeant dare, persolvere vobis iamdictam paenam, et paena soluta, ec donacio et proprietas in perpetuum firma maneat; et rogo Petrum tabellium ut hec scribat. Ego Petrus tabellio rogatus scripsi. Ego vero Petrus da lo Furno manus investitor et testis sum huius rei. Que vero terra est in duobus fundis infra predicta latera, sita territorio Cornelliensis, plebe S. Prosperi.

Ego Ugolinus Gualfinati consencio et laudo et firmo et observare promitto sub paena predicta.

Ego Ugolinus de Pizolo testis sum huius rei et vidi et audivi. Ego Martinus de Cethrena testis sum huius rei et vidi et audivi. Ego Brunetus testis sum huius rei et vidi et audivi. Ego Petrus da Coreccio testis sum huius rei et vidi et audivi. Ego Beneveniatis vidi et audivi et testis sum huius rei. Ego Ioannes de Albertuzo vidi et audivi et testis sum huius rei.

I, 73. - Orig., mm. 360×190. In versu, in margine inferiore, adest pars tantum ND *eo quod charta scissa est.*

558.

Imolae, 25 maii 1143.

Belemolus canonicis S. Laurentii concedit in emphytheusim arvi tornaturiam.

In nomine Domini Iesu Christi, amen. Anno eius incarnacionis millesimo centesimo quadragesimo tercio, indicione sexta, in civitate Immola, in claustro S. Laurencii, die septimo exeunte mense madii, tempore Innocencii pape et Conradi regis. Ego quidem in Dei nomine Belemolus prono animo et spontanea mea voluntate do, trado ac[clesię] S. Laurencii turnaturiam unam terre laboratorię cum omnibus sibi pertinentibus et pactum

in sexaginta et novem annos facio presbitero Petro Bagnarię et pre[sbitero] Ubaldo atque presbitero Petro Clusurię et omnes meas hactiones et omne meum ius ad ecclesiam S. Laurencii do ut deinceps et vestri confratres etiam successores vestri ad propriam mensam vestram habeatis iamdictam terram, que est in fundo qui vocatur Cruce feria, territorio Cornelliensis, plebe S. Laurencii: ab uno latere tenet Bilinellus, ab alio latere tenet Ildebrandinus de Melia, a tercio et a quarto latere tenet Ubertellus de Guido da Pergula; infra hec latera do vobis iamdictam terram et licenciam innovandi do vobis ad iura unde existit et illi dabitis pensionem duos denarios Venecię monetę et hanc terram do vobis pro anima matris mee et pro remissione suorum peccatorum, sita territorio Cornelliensis, plebe S. Laurencii, et mitto in manibus vestris Ioannem de Rambaldo ut vos de predicta terra investiat et in possessionem vos mittat, et rogo Petrum tabellium ut scribat hec. Ego Petrus tabellius rogatus scripsi. Ego namque Belemolus hec omnia hic scripta auctoriare et observare et defensare promitto sub paena unius uncię auri et si non fecero, paena data et soluta, hoc pactum et hec donacio firma maneat.

Ego vero Ioannes de Rambaldo testis sum et manus investitor huius rei.

Ego Ugolinus de Ioanne Rozone testis sum huius rei. Ego Gibertus de Coneza testis sum huius rei. Ego Orabona de Rodulfo da Macerata testis sum. Ego Loscus testis sum huius rei. Ego Otavianus de Ioanne de Raimundo testis sum huius rei. Ego Orlandinus de Gandulfo Potesta testis sum.

I, 74. - Orig., mm. 490×186. In versu ND.

559.

Imolae, mense maii 1143.

Mariscottus ecclesiae S. Laurentii donat terrae spatium in civitate Imola positum.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab in[carnacione eius millesimo centesimo] quadragesimo tercio, temporibus Innocentii pape et Chonradi reg[is . . . die] . . . o mensis madii, in civitate Imola, in tuvata Mariscotti, indicione VI, [in . . .] venerabili ecclesię S. Laurentii. Ego quidem in Dei nomine Mari-

scottus presente [et con]senciente Imildina uxore mea do et dono pro remedio anime mee seu pro eterna remuneratione iam prefate ecclesie sibique servientibus; idest omne ius et omnes actiones quascumque habeo et teneo et michi pertinet per quemcumque modum vel titulum de uno spacio terre quod emi a Bulgaro quod fuit de Iohanne Balbo et quod est positum in civitate Imola: a duobus lateribus sunt iura sanctę predicte ecclesie B. Laurentii, a tercio latere tenet Guitholottus Iohannis de Bonio, a quarto latere strata publica. Quantum habeo et teneo et michi pertinet infra dicta latera designata cum introitu et exitu suo et cum omnibus supra se et infra se et sibi pertinentibus do et dono predicte ecclesię sibique servientibus cum omni iure et omni actione quod michi inde pertinet et licentiam innovandi ad iura un[de est a]d dandam pensionem quantum exinde pertinuerit pro remedio anime mee et rem[issione peccatorum] meorum. Et ab hodierna die non liceat michi donatori neque meis filiis vel [heredibus de supradicta] re facere questionem, repeticionem ullamque litem movere neque contra predictam ecclesiam neque contra inibi servientes et morantes, neque per aliquam personam a me sumissam vel sumittendam, nec in placito neque extra placitum, neque quolibet alio modo; legibus enim cavetur, quod semel in sancto et venerabili loco datum vel concessum fuerit, nullo modo revocari potest. Promitto me preterea meosque filios et heredes prefatam rem ab omni persona hominum auctorizare et defensare predicte ecclesie sibi servientibus. Et si contra hec, que superius leguntur, ire vel agere vel infringere et non observare presumpsero vel ego vel mei heredes, tunc promitto me meosque filios et heredes daturum penam [supradict]e ecclesie sibique servientibus auri optimi trium unciarum, et post solutam penam, hec cartula donationis maneat firma. Quam scripsi ego Pizolus Imolensis tabellio.

Testis et manus investitor interfuit Petrus Guarinus, Guido Bricie, Aimericus Zambonelli, Scottolus, Ugo de Imola, Lambertus Capharelli, Guastalaltri, Maccolus, Tedericus, Gazese, Iohannes Barbaranus, Iohanne Bonus Gisulfus, Zilius, Arduinus Petri de Santerno, Pizarone, Strufolus, Rodulfinus de Linare, Ugo de Rodulfo, Albertinus frater eius, Iohannes Bonumvinum et alii plures.

I, 75 - Orig., mm. 540×210. Charta ob lacerationes tribus in locis mutila est.

560.

Imolae, 4 ianuarii 1145.

Luscus et Imilla mater eius et Contissa uxor Rodulpho presbytero et Vitali levitae vendunt arvi petiam de fundo Casula de Magno dicto.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius MC quadragesimo quinto, temporibus Lucii pape et Chonradi regis, die quarto intrante mense ianuarii, in civittate Imola, sub porticu canonice S. Leonardi, indictione VIII. Nos quidem in Dei nomine Luscus et Imilla mater eius atque Contissa sua uxor damus et vendimus vobis presentibus in Christi nomine presbitero Rodulfo et Vitali levite receptoribus pro vobis et pro vestris successoribus quibus designare volueritis; idest omne ius et omnes acciones seu pertinentias nostras quascumque habemus et tenemus et nobis pertinet de una pecia terre laboratorie quanta est, que est estimata unam turnaturiam, et si plus est, in eodem contractu permaneat, que quidem est posita in loco et fundo qui vocatur Casula de Magno: ab uno latere tenet Ugo Bonipetri, ab alio Ugo Zanfune, a tercio latere Gerardus de Markisello,[1] a quarto latere vos receptores. Quantum habemus et tenemus et nobis pertinet infra dicta latera designata cum introitu et exitu suo et cum omnibus sibi pertinentibus constitutum territorio Corneliensi et plebe S. Laurentii, damus et vendimus vobis cum omni iure et omni actione quod nobis inde pertinet, et licentiam innovandi ad iura unde est, ad dandam pensionem duorum denariorum monete Venetie ad iura cuius est. Pro eo quia accepimus a vobis precium pro supradicta re denariorum monete luccensis solidos septem. Et ab hodierna die nunquam liceat nobis venditoribus neque nostris filiis vel heredibus de supradicta re facere questionem, repeticionem, causacionem ullamque litem movere neque contra vos neque contra vestros successores, neque per aliquam personam a nobis summissam vel summittendam, nec in placito, neque extra placitum, neque quolibet modo. Sed auctoriare et defensare supradictam rem promittimus vobis vestrisque successoribus

cum nostris filiis et heredibus ab omni persona hominum; et si contra facere presumpserimus vel nos vel nostri heredes, tunc promittimus nos nostrosque filios et heredes daturos penam vobis vestrisque successoribus denariorum monete luccensis solidos xx, et post solutam penam, hec cartula, sicut legitur, maneat firma. Quam scripsi ego Pizolus Immolensis notarius.

Testis et manus investitor Martinus Rusticelli, Rodulfus filius eius, Ugo Bonipetri, Bonuspetrus, Bernardus nepos eius rogati testes interfuerunt.

I, 76 a. - Orig, mm. 410×210. In versu ND.

[1] *Supra lineam correctum* Gerardus de Markisello *in linea abrasum* Orlandus de Giberto

561.

Imolae, 20 aprilis 1145.

Orlandus de Giberto Rodulpho presbytero et Vitali levitae vendit arvi petiam de fundo qui Casula de Magno appellatur.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnacione eius millesimo centesimo quadragesimo quinto, temporibus Eugenii pape et Chonradi regis, die xx mensis aprilis, in civittate Imola, in paradiso S. Marie in Regula, indictione viii. Ego quidem in Dei nomine Orlandus de Giberto do et vendo vobis presentibus in Christi nomine presbitero Rodulfo et Vitali levite emptoribus pro vobis et pro successoribus vestris quibus designare volueritis; idest unam petiam terre laboratorie quam habeo et teneo et michi pertinet, que est estimata duas turnaturias, et si plus vel minus est, in eodem contractu permaneat, que est posita in fundo qui vocatur Casula de Magno: ab uno latere tenetis vos emptores, a duobus lateribus Gerardus Markiselli, a quarto latere Ugo Bonipetri cum consortibus suis. Quantum habeo et teneo et michi pertinet infra dicta latera designata cum introitu et exitu suo et cum omnibus sibi pertinentibus, constitutum territorio Corneliensi et plebe S. Laurentii, do et vendo vobis, si proprium est, ad iura propria habeatis; si vero conducticia apparuerit, licenciam innovandi habeatis ad iura unde erit. Pro eo quia accepi a vobis precium pro supradicta re denariorum monete luccensis solidos octo. Et ab hodierna die non liceat michi venditori neque meis filiis vel heredibus de supradicta re

facere questionem, repeticionem, causationem ullamque litem movere neque contra vos emptores neque contra vestros successores, neque per aliquam personam a me sumissam vel sumittendam, nec in placito neque extra placitum, neque quolibet modo. Set auctoriare et defensare supradictam rem promitto vobis vestrisque successoribus cum meis filiis et heredibus ab omni persona hominum; et si contra hec, que superius leguntur, ire vel agere vel infringere et non observare presumpsero, vel mei heredes, tunc promitto me meosque heredes daturos penam vobis vestrisque successoribus denariorum monete luccensis solidos viginti, et post solutam penam, hec cartula proprietatis in perpetuum maneat firma. Quam scripsi ego Pizolus Immolensis notarius.

Testis et manus investitor rogatus interfuit Albertinus castaldio, Ugo Bonipetri, Martinus Rusticelli, Iohannes de Clusura rogati testes interfuerunt; Bonuspetrus rogatus testis interfuit.

I, 76 b. - Orig., mm. 385×216. In versu ND.

562.

Imolae, 16 maii 1145.

Gualdratha canonicis S. Laurentii donat duas arvi tornaturias.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius millesimo centesimo quadragesimo quinto, temporibus * * pape et Chonradi regis, die XVI mensis maii, in civittate Imola, indictione VIII. Ego quidem in Dei nomine Gualdratha relicta quondam Ildebrandi Bonicitti pro remedio anime mee et remissione peccatorum meorum do et relinquo ad ecclesiam S. Laurentii ad mensam canonicorum eiusdem ecclesie omne ius et omnes actiones et omnes pertinentias quas habeo et teneo et michi pertinet de duabus turnaturiis terre laboratorie, que sunt posite in fundo et loco qui vocatur * *: ab uno latere tenet Ambrosius de S. Cassiano, ab alio via, a tercio * *, a quarto * *. Quantum habeo et teneo et michi pertinet infra hec latera designata cum introitu et exitu suo et cum omnibus actionibus quas michi inde pertinet, do et relinquo ecclesie S. Laurentii ad mensam canonicorum eius ad habendum, tenendum, disponendum et ordinandum et more salario in ecclesia permanendum et licentiam innovandi ad iura unde est, ad dandam pensionem duorum denariorum monete Venetie ad iura unde est.

Et ab hodierna die non liceat meis heredibus de supradicta re facere questionem, repeticionem, causacionem ullamque litem movere contra predictam ecclesiam, neque contra inibi servientes et commorantes. Sed auctariare et defensare supradictam rem promitto predicte ecclesie sibique servientibus cum meis heredibus ab omni persona hominum sub pena duarum unciarum auri, et post solutam penam, hec cartula donationis maneat firma. Quam scripsi ego Pizolus Immolensis notarius. Testis et manus investitor fuit Iohannes Gattus, Martignone, Ungarellus, Brandolus fratres, Ugo de la Pergula, Iacobus, Iohannes Bonivini, Framesinus, Vivianus de Galicia, Iohannes de Miso, Guastolus de Sigiza, Iacobus de Graciano, Bertramolus omnes isti rogati testes interfuerunt.

I, 77. - Orig., mm. 320×181. Charta ob humorem valde lacera est.

563.

Imolae, 22 iulii 1145.

Martinus Brissianus ecclesiae S. Laurentii donat arvi petiam de fundo Pinithi.

In nomine Domini Iesu Christi, amen. Anno eius incarnacionis millesimo centesimo quadragesimo quinto, indicione octava, die vigesimo secundo mensis iulii, in civitate Immola, in casa Martini Brissiani, tempore Eugenii pape et Conradi regis. Ego quidem in Dei nomine Martinus Brissianus prono animo et spontanea mea voluntate, presente et consenciente Girardo genero meo et Gotelenda uxore mea, do et dono atque trado ad S. Laurencium pro anima sua et pro remissione meorum peccatorum peciam unam terrę laboratorię cum omnibus sibi pertinentibus in fundo qui vocatur Pinithi, territorio Cornelliensis, plebe S. Laurencii : ab uno latere tenet Petrus de Guilla, ab alio latere tenet heredes Uberti Scantii, a tercio latere tenet * * et a quarto latere * *. Quantum infra hec latera permanet, do et dono ad S. Laurencium, ut dictum est, per vos sacerdotes, videlicet presbiterum Petrum qui vocatur Clusurię et Petrum Bagnarię nec non presbiterum Ubaldum et presbiterum Rambertum receptores per vos et per vestros confratres et per vestros successores manentes in canonica S. Laurencii Christi martiris ad propriam mensam vestram et vestrorum successorum in victu

et vestimento vestro et in vestra necessitate semper maneat. Et insuper do et dono ad S. Laurencium et vobis duo casamenta post tribunam S. Laurencii ut semper S. Laurencius et vos abeatis et teneatis : hec suprascripta do vobis, si vero propria sunt, per proprium habeatis, si vero henfiteosin vel locacio, liceat vobis et vestris successoribus innovare ad iura unde aparuerit. Hec namque facio pro oblacione et illuminacione et pro eterna remuneracione animę męę et, ut supra dictum est, semper maneat in vestro usu et in vestra necessitate sine omni lite. Et ego me et meos heredes hec omnia auctoriare et defensare et observare promitto sub paena trium auri unciarum, et si minime fecerimus et hec omnia non observaverimus, debeamus S. Laurencio et vobis predictis et vestris successoribus iamdictam paenam, et paena data et soluta, vobis hec omnia suprascripta in perpetuum modis omnibus firma maneant. Que vero omnia ego Petrus Immolensis notarius rogatus scripsi. Ego vero Girardus gener Martini Brissiani rogo et laudo et observare promitto. Ego vero Gotelenda filia Martini Brissiani rogo et laudo et firmo et observare promitto. Ego Martinus Brissianus mitto in manibus vestris prenominatis sacerdotibus hunc meum missum nomine Azolinum ut vobiscum veniat et corporaliter mea vice predictas res vobis tradat et investiat. Ego vero Azolinus manus investitor et testis sum huius rei.

Ego vero Petrus de Guilla testis sum. Ego Ioannes de Petro de Immola testis sum. Ego Petrizanus de Zanto testis sum. Ego Bonusfilius de Alferio testis sum. Ego Marcus de Binello Cantone testis sum. Ego Lodoynus Leutherii testis sum. Ego Ferramusca filius Lodovini testis sum. Ego Phylippus testis sum. Ego Zambonus Gisuffi testis sum.

I, 78 a. - Orig. mm. 445×245. Charta arrosa est; in versu ND.

564.

[Romae ad Lateranum, 24 decembris 1145].

Eugenius III monachis et ecclesiae S. Mariae in Regula nonnulla iura et privilegia concedit.

Eugenius episcopus servus servorum Dei dillectis filiis Rodulfo abbati monasterii S. Marie in Regula eiusque fratribus tam presentibus quam fucturis regularem vitam profectis [1] in

perpetuum. Quotiens illud a nobis petitur, quod religioni et honestati convenire cognositur, animo nos decet libenti concedere et petentium desideriis congruum impertiri suffragium. Eapropter dilecti in Domino filii vestris iustis postulacionibus clementer annuimus et prefactam beate semperque virginis Marie eclesiam in qua divino mancipati estis obsequio sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. Statuentes ut quascumque possesiones, quecumque bona in presentiarum iuste et canonice possidetis aut in fucturum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblacione fidelium, seu aliis iustis modis prestante Domino poteritis adipisci firma vobis vestrisque sucessoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: massam Bimbani cum eclesia et omnibus pertinentiis suis, decimas quoque eiusdem masse vobis nichilominus confirmamus quemadmodum ab episcopis vestris vobis racionabiliter concessa est, eclesiam Mansignani cum clauda in qua hedificata est et aliis possesionibus in curte Morethani, eclesiam Mure cum quatuor fondis sibi coherentibus et aliis possesionibus suis; ius vestrum in ecclesia S. Iohannis in Pantagase, quoddam spacium terre in Capite Silicum in quo sunt tumbe hedificate, piscariam quoque cum Cugullaria sibi coherente, castellum Campiuni cum tota sua curte, medietatem castelli Purigni [2] cum medietate ipsius curtis, quasdam possesiones in curte Tausignani, eclesiam Rivi salsi cum tota sua curte in episcopatu Bononiensi, eclesiam S. Thome in villa Fasani cum omnibus possesionibus suis, eclesiam S. Martini in Podio cum omnibus possesionibus suis, eclesiam S. Georgii in Medicina cum possesionibus suis, omnes possesiones vestras plebe S. Laurentii. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse concedimus ut eorum qui se illic sepeliri deliberaverint, devotioni et extreme voluntati, nisi forte excomunicati sint, nullus obsistat, salva iusticia matricis eclesie. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat prefactam eclesiam temere perturbare aut eius possesiones aufere vel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet vesationibus fatigare; sed omnia integra conserve⟨n⟩tur eorum pro quorum gubernatione et sustentacione concessa sunt usibus omnimodis profuctura, salva Sedis appostolice auctoritate et diocesanorum episcoporum canonica iusticia. Si qua igitur in fucturum eclesiastica secularisve persona huius nostre constitucionis

paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo terciove commonita, si non r⟨e⟩atum suum congrua satisfactione corexerit, potestatis honorisque sui dignitate careat reamque se divino iudicio existe⟨re de⟩[3] perpetrata iniquitate cognoscat et[4] a sacratissimo ⟨corpore et⟩[3] sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Yesu Christi aliena fiat atque in extremo examine districte ⟨ultioni⟩[3] subiciat. Cunctis autem eidem locho sua iura servantibus sit pax Domini nostri Yesu Christi quatinus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant. Amen.

R.[5] Ego Eugenius Catolice Eclesie episcopus subscripsi.

† Ego Gregorius presbiter cardinalis tituli Calixti subscripsi.

† Ego Conradus Sabinensis episcopus subscripsi.

† Ego Albericus Hostiensis episcopus subscripsi.

† Ego Oddo diac. card. S. Georgii ad Velum aureum subscripsi.

† Ego Guido diac. card. Ss. Cosmę et Damiani subscripsi.

† Ego Herbaldus[6] presbiter cardinalis tituli Ss. Iohannis et Pauli subscripsi. BV.[7]

† Ego Guido presbiter cardinalis tituli Ss. Laurentii et Damassi subscripsi.

† Ego Iulius presbiter cardinalis tituli S. Marcelli subscripsi.

† Ego Ubaldus presbiter cardinalis tituli S. Crucis in Ierusalem subscripsi.

† Ego Iulianus presbiter cardinalis tituli S. Stephani in Celio monte ⟨subscripsi⟩.

† Ego Guido diaconus card. S. Marie in Porticu subscripsi.

† Ego Iacintus diac. card. S. Marie in Cosmydyn subscripsi.

† Ego Petrus diac. card. S. Marie in Via lata subscripsi.

Anno MCX⁰LVI, pont. vero domini Eugenii III pape anno . . .[8]

Exemplar saec. XV manu Lucae a Monte notarii, cuius instrumenta ab anno 1421 ad annum 1468 rogata in Archivo Notarili asservantur. Huiusmodi exemplar, quod modo apud se retinet clarissimus literarum doctor Fusculus Marchi Imolensis, in folio chartaceo exaratum est, mm. 316×220. In versu secundae chartae tribus diversis manibus saec. XV scriptae legimus: a) Privilegium ecclesie S. Marie de Mura et aliis iuribus; *b)* Eugenii tertii cum quatuor fundis choerentibus Mure; *c)* In causa magnifice domine Regarde de Gonzaga. *Ferri margini superiori prioris chartae addidit verba:* 1146. Era col processo della Massa 1465. *Ipse enim bullam adductam in causa quae agitabatur inter dominam Rengardam olim consortem illustris domini Caroli de Gonzaga marchionis et commune et nonnullos homines terrae Massae Longobardorum invenit, illamque in fasc. I, n. 15 Archivi Communalis collocavit. Quomodo autem bulla illuc migra-*

verit, ignoramus; scimus tantum fortuito inventam et pretio comparatam fuisse a praefato domino Fusculo Marchi. Notandum tamen in actis processus aliud huius bullae exemplar, sub anno 1412 confectum, allegatum esse tantum declarari Item unum publicum assumptum cuiusdam privilegii Eugenii pontificis tertii concessionis facte dicto monasterio S. Marie in Regula de anno incarnationis dominice M°CXLVI, scriptum et auscultatum cum suo originali, ut in eo legitur, per Guidonem quondam ser Bartholomei spetiali (?) de Imola anno M°CCCCXII°, die duodecimo decembris coram domino potestate Imole una cum ser Paulo fratris Sanctini de Marconibus de Imola, ser Iohanne quondam ser Iacobi de Cortexiis de Cutignola, ser Bartholomeo quondam Iohannis de la Valle de Dutia notariis publicis Imole. *E contra in actis iisdem insertum fuit exemplar quod nos transcripsimus quodque, uti deducitur ex notis exaratis in versu secundae chartae, ad archivum S. Mariae in Regula pertinebat, cf. cl. I, ser III, fasc. 10, v. I, c. 6 v. Modo in hoc archivo neque originale neque exemplar aliquod huius bullae invenimus, neque originale neque exemplar bullae spuriae sub n. 567 datae. Huiusmodi bullae memorantur in quodam inventario anno 1413 confecto (loc. cit., fasc. 9, v. II, c. 9)* Item aliud privilegium papale Eugenii aprobationis iurium monasterii, quod privilegium erat in quoddam armario sub schala, bulatum bulla plombea. — Item aliud privilegium antiquum Eugenii sanctissimi pontifficis bulla plonbea bullatum. *In inventario anno 1666 peracto (loc. cit., v. III, 3, c. 1)* Una bolla di privillegio d'Eugenio di papa 3, 1053 (!). — Privillegio di Eugenio 3 con indulgenze. *In inventariis vero annis 1773-6 et 1852 confectis (loc. cit., v. V, 1, c. 5) ne ulla quidem illarum mentio occurrit. — Zaccaria, I, 189; Fantuzzi, VI, n. 23; Migne, CLXXX, 1085, n. 66; Mazzatinti, I, 158; Iaffé, 6195; IL., 8834, 8978 ad annum 1156.; Kehr, V, 169, 2.*

[1] *Recte* professis [2] *Pro* Prugni [3] *Verba omissa in exemplari et punctis suppleta.* [4] *Sequebatur* a sapientissimo *deletum.* [5] *Rota refert* S. Petrus | S. Paulus | Euge|nius | papa | III; *nec non verba* Fac mecum Domine signum in bonum. [6] *Recte* Humbaldus [7] *Monogramma* Bene valete *positum est a dextris sequentium subscriptionum* [8] *Pro recta anni designatione cf. Kher, l. cit. et in Gött. Nachr, 1910, p. 243, n. 7.*

565.

[Imolae, 1145-1187].

Fragmentum instrumenti donationis.

... e pertinet, do et dono vobis pro predicta [ecclesia] .... [et ibi]que commorantibus, ad habendum, tenendum et more s[alario] in perpetuum permanendum pro anima mea et remissione [peccatorum meorum meor]umque parentum. Ita tamen ut medietas fructus ..... [te]neo usufructu omnibus diebus vite mee,

et .... ecclesie, predictam unam turnaturiam nec [vendere, nec donare] neque ullum cantractum ex ea facere. Et ego iamdicta dona[trix cum meis heredibus et succ]essoribus predictam rem ab omni persona hominum auctoriare [et defensare et] hanc donationem firmam tenere promitto vobis vestrisque successo[ribus. Et si c]ontra fecero vel ego aut mei successores aut per aliquam personam a me submissam vel submittendam, tunc promitto me cum meis successoribus daturam penam dupli, quod res valet, vobis vestrisque successoribus, et post solutam penam, hic contractus donationis in perpetuum maneat firmus. Quem scripsi ego Pizolus Immolensis notarius. Et vestra auctoritate introeatis predictam rem et possideatis. Testes rogati fuerunt Ungarellus, Aliottus filius eius, Kinolus, Balbus filius eius ... rus Bellemoli, Donatus filius Pizoli.

I, 78 b - Orig., fragmentum, mm. 189×145. Charta parte superiore et parte marginis sinistri caret. Scripta est manu Pizoli Imolensis notarii, qui hoc titulo acta ab anno 1145 ad annum 1187 rogavit et subscripsit. Ab anno 1134 ad annum 1145 acta rogans saepe se titulo tabellionis notat. Quare instrumentum hoc post annum 1145 rogatum censemus.

566.

[Imolae], 12 februarii 1146.

Instrumentum quo testatur ecclesiam S. Laurentii quatuor arvi tornaturias de fundo Ulmitha per investituram recepisse.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius millesimo centesimo quadragesimo sexto, temporibus Eugenii pape et Chonradi regis, die XII mensis februarii, in fundo qui vocatur Ulmitha, territorio Corneliensi et plebe S. Laurentii, indictione nona. Igitur dum adessem ego quidem in Dei nomine Pizolus Immolensis notarius in predicto loco et ibi mecum presbiter Rodulfus de ecclesia S. Leonardi et Ugo de Uberto atque Albertus de Cignano et Tavianus nepos eius, accessit Ugo Petri de Presbitero Iohanne et inclinavit se atque accepit guassonem terre et misit in manum presbiteri Ubaldi receptoris pro ecclesia S. Laurentii ibique servientibus in perpetuum et dixit: Ecce ego investio te et trado tibi et in possessionem mitto de quattuor turnaturiis terre laboratorie in prenominato fundo: ab

uno latere limes, ab alio iura S. Laurentii, a tercio * *, a quarto * *; quam terram Iohannes de Santerno reliquid ecclesie S. Laurentii pro remissione peccatorum suorum et michi precepit et potestatem dedit ut ex ea vos investirem et in possesionem mitterem, ut habeatis et teneatis sicut ipse habebat et tenebat et sibi pertinebat, ut legitur in cartula quam ipse prenominate ecclesie fecit; et ego Pizolus Immolensis notarius hec videns et audiens scripsi.

I, 79. - Orig., mm. 246×103.

567.

[Romae] ad Lateranum, 21 februarii (?) 1146.

Eugenius III monachis et ecclesiae S. Mariae in Regula nonnulla iura et privilegia, nec non indulgentias quibusdam anni festivitatibus lucrandas concedit.

Eugenius episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis Rodulpho [1] abbati monasterii S. Marie in Regula eiusque fratribus tam prȩsentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. Quotiens illud a nobis petitur, quod religioni et honestati convenire cognoscimus [2] animo nos decet libenti concedere et petentium desideriis [3] impertiri [4] suffragium. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus et monasterium S. Mariȩ in Regula Imolensis, in quo divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus immediate [5] et presentis scripti privilegio communimus. In primis siquidem statuentes, ut ordo monasticus, qui secundum Deum beati Benedictique regulam eodem in loco institutus esse dignoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter [6] observetur. Preterea quascumque possessiones, quȩcumque bona eiusdem monasterii in prȩsentiarum iuste et [7] canonice possidetis aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis prȩstante Domino poteritis adipisci, vobis vestrisque successoribus firma et illibata permaneant. In quibus hȩc propriis duximus exprimenda vocabulis: locum ipsum, in quo prȩfatum monasterium situm est cum omnibus membris et pertinentiis suis, massam [8] Bubani cum ecclesia et omnibus pertinentiis suis, decimas [9] quoque eiusdem massȩ vobis nihilominus confirmamus,

ecclesiam Mausignani cum area, in qua ędificata est, cum suis pertinentiis, et alias possessiones de curte Moretani [10], scilicet fundos Catenazoli et Ma . . . . , massam Murę cum ecclesia et quatuor fundis [11] sibi pertinentibus et aliis [12] suis possessionibus, ius item in ecclesia S. Ioannis in Pantagasse, quoddam spatium terrę in Capite Silicis, in quo sunt tumbę ędificatę, piscariam quoque cum Cugularia sibi cohęrente castellum Campioni cum tota sua curte, castellum Porogni cum tota sua curte, medietatem plebis S. Patritii positam in Capite Silicis cum iuribus et aliis pertinentiis ad eandem plebem spectantibus, quasdam possessiones in curte Tausignani, ecclesiam Rivi salsi cum tota sua curte in episcopatu Bononiensi, ecclesiam Ss. Thomę et Iacobi in villa Phasani cum omnibus possessionibus suis, ecclesiam [13] S. Georgii in Medicina cum omnibus possessionibus suis, S. Martini in Podio [14] cum possessionibus suis, omnes possessiones vestras in plebe S. Laurentii cum terris, pratis, vineis, nemoribus, usuagiis [15], pascuis, in bosco [16] et plano, in aquis et molendinis, in viis et semitis et omnibus aliis libertatibus et immunitatibus suis. Sepulturam quoque ipsius [17] liberam esse concedimus et [18] eorum, qui se hic [19] sepeliri deliberaverint, devotioni et extremę voluntati, nisi forte excommunicati [20], nullus obsistat, salva iustitia matricis ecclesię. Prohibemus insuper, ut infra fines parochię vestrę, nullus sine assensu vestro cappellam seu oratorium de novo construere [21] audeat, salvis privilegiis pontificum Romanorum. Pręterea indulgentias quadraginta annorum cuilibet visitanti quotidie altare beatissimę, et gloriorissimę virginis Marię per beatum Basilium in dicta ecclesia ędificatum, et viginti octo annorum et totidem quadragenarum in festivitatibus quatuor beatissimę virginis Marię et duodecim apostolorum, et trecentum annorum et totidem quadragenarum omni [22] die sabbati quadragesimę et ducentum annorum a sextadecima die iulii usque ad octo dies immediate sequentes pię ac sanctę memorię beati Gregorii predecessoris nostri prędicto altari concessas confirmamus in perpetuum duraturas. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat pręfatam ecclesiam temere perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet vexationibus frangere [23], sed omnia integra conserventur, eorum pro quorum gubernatione concessa sunt ac sustentatione usibus omnimodis profutura, salva Sedis apostolicę auctoritate. Si qua igitur in

futurum ecclesiastica sęcularisve persona huius nostrę constitutionis paginam sciens contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita [24], si non reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui careat dignitate reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore et [25] sanguine Dei et redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat atque in extremo examine districtę ultioni subiaceat [26]. Cunctis autem eidem sua iura servantibus loco sit pax domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructus bonę actionis percipiant et apud districtum iudicem pręmia ęternę pacis inveniant. Amen.

Ego Eugenius Catholicę Ecclesię episcopus.

Ego Conradus Sabinensis episcopus.

Ego Albericus Hostiensis episcopus.

Ego Ioannes [27] presbiter cardinalis tituli S. Marcelli.

Ego Ubaldus presbiter cardinalis tituli S. Crucis in Ierusalem.

Ego Sinibaldus [28] presbiter cardinalis tituli Ss. Ioannis et Pauli.

Ego Oddo diaconus cardinalis S. Georgii ad Velum aureum.

Ego Guido diaconus cardinalis Ss. Cosmę et Damiani.

Ego Guido diaconus cardinalis S. Marię in Porticu.

Ego Hiacyntus diaconus cardinalis S. Marię in Cosmedin.

Ego Petrus diaconus cardinalis S. Marię in Via lata.

Dat. Laterani per manum Roberti sancte Romane Ecclesie presbiteri cardinalis [29] cancellarii nono kal. martii, indictione nona, incarnationis dominicę anno millesimo centesimo quadragesimo sexto, pontificatus vero domni Eugenii tertii papę [30] anno primo..

Gött. Nachr., 1910, p. 243, n. 7. — Bullam a praefata ephemeride desumpsimus secuti animadversiones et notas quibus cl. Kehr eruditissime eam illustravit. Spuria, auxilio bullae Eugenii III, quam dedimus n. 564, confecta; cf. Kehr, l. cit. et Italia Pontificia, V, 169, 3; cf. etiam notam ad n. 564. Kehr ad textum edendum duobus exemplaribus saec. XVIII usus est: B = Ferri, Catalogo antico e diffuso dei vescovi d' Imola e origine della chiesa Imolese, p. 346, Ms. in Bibl. Communali Imolae; C = exemplum in Archivo comitum de Saxatellis. Notas variationum et correctionum ab ipso quoque repetimus. — Manzonius, 67; Zaccaria, II, 27.

[1] *C* Rudolfo [2] *Pro* cognoscitur [3] *Deest* congruum [4] *C* impartiri [5] *C* immediate suscipimus [6] *B omittit* inviolabiliter [7] *C* ac [8] *B omittit* massam - suis [9] *C* decimam [10] *C* Muretani [11] *B* et

aliis fundis quatuor [12] *B* ceterisque [13] *C addit* scilicet [14] *B omittit* in Podio [15] *C* usuagiis [16] *B* busco [17] *Deest* loci; *C* ipsius quoque [18] *Pro* ut [19] *Pro* illic [20] *Deest* sint [21] *B* construere de novo [22] *C* omne [23] *Pro* fatigare [24] *C* communita [25] *C* ac [26] *C* subiaceat ultioni [27] *Pro* Iulius [28] *Pro* Humbaldus [29] *Deest* et [30] *B* papę tertii

568.

Imolae, 29 iunii 1146.

Gotha et Petrus filius eius ecclesiae S. Laurentii donant quinque arvi tornaturias de fundo Maceratorium nuncupato.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius millesimo centesimo quadragesimo sexto, temporibus Eugenii pape et Chonradi regis, die secundo exeunte mense iunii, in civittate Imola, indictione nona. Nos quidem in Dei nomine Gotha et Petrus filius eius pro remedio anime Ugonis Petri Blanci mariti mei et patris iamdicti Petri damus et donamus ecclesie S. Laurentii ad mensam canonicorum ibidem servientium; idest quinque turnaturie terre laboratorie quas habemus et tenemus et nobis pertinet que sunt posite in fundo qui vocatur Maceratorium: ab uno latere nos donatores, ab alio Capulo, a tercio Bosellus, a quarto latere * *. Quas predictas quinque turnaturias terre cum introitu et exitu suo et cum omnibus supra se et infra se et sibi pertinentibus damus et donamus predicte ecclesie ad habendum, tenendum, possidendum, disponendum et ordinandum et more salario in ecclesia in perpetuum permanendum pro anima predicti Ugonis Petri Blanci et pro remissione peccatorum suorum; et ab hodierna die non liceat nobis donatoribus neque nostris filiis et heredibus de supradicta re facere questionem, repeticionem, causationem ullamque litem movere neque contra predictam ecclesiam, neque contra inibi servientes et commorantes. Promittimus preterea supradictam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare predicte ecclesię sibique servientibus cum nostris filiis et heredibus sub pena trium unciarum auri, et post solutam penam, hec cartula donationis in perpetuum maneat firma. Quam scripsi ego Pizolus Immolensis notarius.

Testis et manus investitor fuit Iohannes de Miskinello, Gibertus Ugonis Ildebrandi, Ubertinus frater eius, Ugo Bonipetri,

Gerardus de Macerada, Asprandus, Martignone et Ungarellus frater eius, Mariscottus et Ugo frater eius, Benno Trepaldus, Almericus de Zambonello, Paulus et Ugo de Sasso frater eius et alii plures rogati testes interfuerunt.

I, 80. - Orig., mm. 360×190.

569.

Imolae, 26 octobris 1146.

Ittula et vir eius Philippus donant ecclesiae S. Laurentii arvi tornaturiam positam in fundo qui Cavizanum dicitur.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius millesimo centesimo quadragesimo sexto, temporibus Eugenii pape et Chonradi regis, die sexto exeunte mense octobris, in civittate Imola, indictione nona. Nos quidem in Dei nomine Ittula filia quondam Gandulfi de Guilla et Philippus vir eius damus et donamus ecclesie S. Laurentii ad mensam canonicorum eius unam turnaturiam terre laboratorie cum omni iure et omni actione quod michi predicte Ittule pertinet que est posita in fundo Cavizanum : ab uno latere via, ab alio * *, a tercio * *, a quarto * *. Quam predictam unam turnaturiam terre cum introitu et exitu suo et cum omni iure et omni actione quod michi inde pertinet damus et relinquimus predicte ecclesie S. Laurentii ad habendum, tenendum, disponendum et ordinandum et more salario in predicta ecclesia permanendum et licentiam innovandi ad iura unde est, ad dandam pensionem quantam vobis exinde pertinet pro remedio anime mee iamdicte Ittule et pro eterna illuminatione et retributione. Et ab hodierna die non liceat nobis neque nostris heredibus de supradicta facere questionem, repeticionem, causationem, ullamque litem movere, neque contra predictam ecclesiam, neque contra ibidem vervientes et commorantes. Promittimus preterea supradictam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare predicte ecclesie sibique servientibus cum nostris filiis et heredibus sub pena unius uncie auri, et post solutam penam, hec cartula donacionis in perpetuum maneat firma. Quam scripsi ego Pizolus Immolensis notarius.

Testis et manus investitor fuit Maltalentum filius quondam Ildebrandi de Othaldo, Guido et Bulgarellus fratres filii Ugonis de Bulgarello, Ugolinus filius Albertini Iohannis Blanci, Albertinus Barutellus, Ugo frater eius rogati testes interfuerunt.

I, 81. - Orig., mm. 344×170.

570.

Imolae, 16 maii 1147.

Hugittus de Bonofilio ecclesiae S. Laurentii donat vineae petiam sitam in fundo qui Pradothum appellatur.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius millesimo centesimo quadragesimo septimo, temporibus Eugenii pape et Chonradi regis, die xvi mensis maii, in civittate Imola, indictione x. Ego quidem in Dei nomine Ugittus de Bonofilio presente et consentiente Tethelgardo fratre meo do et relinquo ecclesie S. Laurentii ad mensam canonicorum eiusdem pro remedio anime mee et pro remissione peccatorum meorum; idest unam peciam terre vineate quantà est quam habeo et teneo et michi pertinet, que est posita in fundo qui vocatur Pradothum: ab uno latere Tuscus frater meus, ab alio Felicissimus, a tercio heredes Petri Gisaltrudi, a quarto latere canale. Quantum habeo et teneo et michi pertinet infra hec latera designata cum introitu et exitu suo et cum omnibus sibi pertinentibus do et relinquo predicte ecclesie ad mensam canonicorum eius ad habendum, tenendum, disponendum et ordinandum et more salario in ecclesia in perpetuum permanendum pro remedio anime mee et pro remissione peccatorum meorum et eterna illuminatione. Et ab hodierna die non liceat michi neque alicui persone de supradicta re facere questionem, repeticionem, causationem ullamque litem movere neque contra predictam ecclesiam, neque contra inibi servientes et morantes; set omni tempore securi et quieti inde maneant. Que omnia scripsi ego Pizolus Immolensis notarius.

Testis et manus investitor fuit Albertinus Iohannis Blanci, Marcolus Martini magistri, Petrus de Muro, Denarius de Venerio, Vivianus de Petronis, Bonusmartinus Iohannis de Bonadonna, Guido Petri de Ratruda, Petrus Ruffus rogati testes interfuerunt.

I, 82. - Orig., mm. 270×180.

571.

Imolae, 8 iulii 1147.

Albertinus Ioannis Blanci eiusque frater Martinus Cethrene ecclesiae S. Laurentii donant vineae tornaturiam de Insula cava.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius millesimo centesimo quadragesimo septimo, temporibus Eugenii pape et Chonradi regis, die octavo intrante mense iulii, in civittate Imola, in ecclesia S. Laurentii, indictione x. Nos quidem in Dei nomine Albertinus Iohannis Blanci et Martinus Cethrene frater eius pro anima fratris nostri Guidonis et pro remissione peccatorum suorum et quia ipse sic voluit, damus et donamus ecclesie S. Laurentii ad mensam canonicorum eiusdem ecclesie; idest unam turnaturiam terre vineate que est posita in fundo qui vocatur Iusula cava: ab uno latere canale, ab alio Petrus Gazese, a tercio heredes Iohannis clerici, a quarto latere heredes Faifulia. Quantum infra hec latera designata iacet cum introitu et exitu suo et cum omnibus supra se et infra se et sibi pertinentibus damus et donamus predicte ecclesię ad mensam canonicorum eius ad habendum, tenendum, possidendum, ordinandum et more salario in ecclesia iure proprietatis in perpetuum permanendum pro remedio anime predicti Guidonis et filii sui Albertini et pro remissione peccatorum eorum. Et ab hodierna die non liceat heredibus predicti Guidonis, neque alicui persone de supradicta re facere questionem, repeticionem, causationem ullamque litem movere, neque contra predictam ecclesiam, neque contra inibi servientes et commorantes. Promittimus preterea supradictam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare predicte ecclesie sibi servientibus cum nostris filiis et heredibus sub pena unius uncie auri, et post solutam penam, hec cartula proprietatis in perpetuum maneat firma. Quam scripsi ego Pizolus Immolensis notarius. Manus investitor fuit ipse Albertinus Iohannis Blanci. Testes interfuerunt Albertinus de Cristiano, Denarius de Venerio, Zilius, Ugo de Tallaferro, Tonsus Ugonis Petri de Alberto, Peppo de Albertolo, Brunittus, Dominicus de Ermicis, Bulgarellus Ugonis de Bulgarello, Ugo Cethrene rogati testes interfuerunt.

I, 83. - Orig., mm. 300×185.

572.

Imolae, 6 augusti 1147.

Martignone de Ioanne de Breza ex mandato Deraupati ecclesiis S. Mariae et S. Laurentii donat quatuor arvi tornaturias dimidiatim possidendas.

In nomine Domini Iesu Christi, amen. Anno eius incarnacionis millesimo centesimo quadragesimo septimo,[1] indicione nona,[1] die sexto intrante mense augusti, in refecturio S. Marie, in civitate Immola, tempore Eugenii pape et Conradi regis. Ego quidem in Dei nomine Martignone de Iohanne de Breza mandato generi mei Deraupati et vice et in persona sua et cum parabola sua quia michi precepit, facio cartulam proprietatis ad S. Mariam in Regulam de quatuor tornaturiis terrę laboratorię cum omnibus super se et sibi pertinentibus et ad S. Laurencium, ut S. Maria, in perpetuum et S. Laurencius per equales partes abeant in fundo de Granariolo, sita territorio Cornelliensis, plebe S. Prosperi; ab uno latere tenet Guido de Rainerio, ab alio * *, a tercio * * atque a quarto latere * *; infra hec latera Deraupatus antequam moriretur, dedit iamdictam terram ad S. Mariam et ad S. Laurencium pro anima sua et pro remissione suorum peccatorum ut in perpetuum ad iura propria abeant et teneant et possideant, et si conducticia aparuerit, licenciam abeant abbates S. Marię in Regula de predicta terra innovare et S. Laurencius et canonici eius per equales partes, idest per medietatem, hec vero proprietas facta est in manu Ildebrandi abbatis S. Marie et in manu presbiteri Petri Bagnarię qui pro se et pro suis confratribus et successoribus eorum receperunt, de canonicis dicimus qui assidue in canonica S. Laurencii permanebunt in sua parte, monachi seu in sua, et ego Martignone in perpetuum testifficare et observare et defensare hanc proprietatem promittimus; et ego Gualdrada uxor Deraupati cum filiis meis auctoriare et observare et defensare hanc proprietatem promittimus sub paena centum solidorum luccensium promittimus, et si contra hanc proprietatem ullo tempore per ullum ingenium fecerimus, paena data et soluta, hec proprietas in per-

petuum et omnia suprascripta firma maneant. Que vero omnia ego Petrus notarius Immolensis rogatus scripsi.

Ego Gualdrada cum filiis meis hanc proprietatem et omnia suprascripta laudamus et rogamus et firmamus.

[Eg]o Rodulfus de Bernardo de Menzone testis sum et manus investitor huius rei ; nos vero Ioannes Barucius et Ubertus Ugonis Ildebrandi, Guido de Berardo, Ioannes Capellus, Iohannes de Binia, Ugolinus preco civitatis, presbiter Azo, presbiter Rodulfus, presbiter Guido de S. Gidio, presbiter Ioannes de S. Agatha, Rodulfus clericus frater Guidonis Rainerii omnes testes sumus et vidimus et audivimus, multi vero laici ibi fuerunt quorum nomina non sunt scripta.

I, 84. - Orig., mm. 415×200. Charta aliquantum lacera est. Duo praebet instrumenta; cf. n. 572. In versu ND *huius primi instrumenti.*

[1] *Verbum* septimo *videtur deletum, sed inter lineas ne ullam quidem invenimus correctionem, quod forsitan chartae lacerationibus est tribuendum. Probabile tamen est notarium mutasse anni datum uti desumitur ex indictione IX quae respondet anno 1146; qua de re documentum sub. n. 574 relatum anno 1147 exaratum esset.*

573.

Imolae, 9 aprilis 1148.

Canonici S. Laurentii Ioanni Arso et Pizaroni concedunt in emphytheusim arvi petiam de fundo Vigumturbulum dicto.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius millesimo CXLVIII, temporibus * * pape et Chonradi regis, die nono intrante mense aprilis, Imole, indictione XI. Nos quidem in Dei nomine presbiter Petrus de Clusuria et presbiter Ubaldus et presbiter Petrus de Bagnaria et Macerada et Ugo de Laurentiis canonici ecclesie S. Laurentii concedimus et largimur vobis Iohanni Arso et Pizaroni fratri suo conductoribus pro vobis et pro vestris filiis et heredibus usque ad annos advenientes sexaginta et novem ad renovandum ; idest duas turnaturias terre laboratorie que sunt posite in fundo qui vocatur Vigumturbulum : ab uno latere tenet Andreas de Samogia, ab alio Laurentius de Donato Cantone, a tertio via, a quarto latere * *. Quas predictas duas turnaturias terre concedimus et largimur vobis ad habendum, tenendum, possidendum, defen-

sandum et in omnibus meliorandum in annis supradictis sexaginta et novem ad renovandum. Ita ut inferatis pensionem nobis nostrisque successoribus omni mense marcii aut infra indictionem IIII denarios monete Venetie, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia accepimus a vobis mercedis nomine XXXXV solidos luccenses, et nos iamdicti ordinatores cum nostris successoribus supradictam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare promittimus vobis vestrisque filiis et heredibus sub pena unius uncie auri, et post solutam penam, hoc pactum maneat firmum. Quod scripsi ego Pizolus Immolensis notarius.

I, 85. - Orig., mm. 225×116. In versu Appare Iohannis Arsi.

574.

[Imolae], 25 aprilis [1148].

Martignone de Ioanne de Breza et haeredes Deraupati eius generi dant ecclesiae S. Mariae in Regula petiam terrae in fundo Pauliano sitam.

Item vero in altero anno, in mense aprilis die sexto exeunte, in claustro S. Marie in Regula, tempore Eugenii pape et Conradi regis, in presencia et testimonio Ubaldi legis doctus filius Alberti Alberici et Orlandi de Giberto et Ioannis Capelli [1] et Pauli Rodulfini Faite et presbiteri Petri Bagnarie et Ugonis Laurencii et Petri Buite et Nichole manus investitoris et Farulfi Petruzani et Rodulfi Bernardi et abbatis Ugonis Bonivini, Martignone de Ioanne de Breza pro se et pro Gualdrata filia sua et pro nepotibus suis filiis Deraupati, pro debito quod Deraupatus debeat de masinis ad S. Mariam in Regulam, et partem pro remissione peccatorum Deraupati generi mei et mandato et consensu Gualdrade filie meę do et trado et transhacto peciam unam terre cum vinea super se et cum omnibus super se et sibi pertinentibus quam Deraupatus tenuit ad iura S. Marie in Regula in fundo qui vocatur Pauliano, territorio Cornelliensis, plebe S. Laurencii : ab uno latere * *, ab alio * *, a tercio * * atque a quarto * *; quantum infra hec latera Deraupatus ad iura S. Marie in Regula tenuit, Gualdrada condam uxor Deraupati et filii Deraupati dederunt ad S. Mariam, et omnes suas actiones et eorum ⟨i⟩ura dederunt ad S. Mariam in Regula, et

nos omnes videlicet Martignone et filia sua Gualdrada et filii Gualdrade et Deraupati auctoriare et observare et non frangere hec promiserunt sub paena duarum auri unciarum et si contra ullo tempore per ullum ingenium fecerimus, paena data et soluta, [hec] transactio in perpetuum firma maneat. Quam vero ego Petrus tabellio rogatus scripsi et post datam rem complevi.

Cf. notam n. 572.

[1] *Deletum* et Ioannis Capelli

575.

Imolae, 13 octobris 1149.

Communitas Imolae Pizolae concedit casamentum in Imola nova situm.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius millesimo centesimo quadragesimo nono, temporibus Eugenii pape et Chonradi regis, die XIII mensis octobris, in civitate Imola, in cimiterio S. Laurentii, indictione XII. Ego quidem in Dei nomine Iohannes Binie pro me et pro sociis meis Iohanne Capello et Guastalaltri et pro communi civitatis Imole et pro mandato consulum et totius popùlli civitatis Imole qui nobis hanc potestatem dederunt et in aringio iuraverunt, damus tibi presenti Pizole relicte [1] receptrici pro te et pro filiis et heredibus tuis; idest unum casamentum in civitate Imola nova, in longitudine perticas IIII, iu frontibus perticam I et tres pedes: ab uno latere Peregrinus de Galisterna, ab alio Rodulfus de Bernardo et Peregrinus Iohannis de Laurentio, a tercio via, a quarto * *. Quod predictum casamentum omnibus sibi pertinentibus et cum omni actione quod nostro communi pertinet de supradicto casamento damus tibi ad habendum, tenendum cum tuis filiis et heredibus et licentiam innovandi ad iura S. Cassiani ad dandam pensionem inde quantam tibi inde pertinet, pro restitutione tue terre quam dedisti communi que tibi pertinebat et ego cum toto communi civitatis Imole hanc rem auctoriare et defensare et firmam tenere promittimus tibi tuisque filiis et heredibus ab omni persona hominum sub pena XX solidorum monete luccensis, et post solutam penam, hec cartula, sicut legitur, in perpetuum firma maneat. Quam scripsi ego Pizolus Immolensis notarius.

Testes fuerunt Iohannes iudex, Mariscottus, Ugo Bonipetri, Ugo de Imola, Petrus Guarinus, Iacobus Iohannis Bonivini, Iohannes Arsus, Ranfredus Aveline rogati fuerunt testes.

I, 86. - Orig., mm. 320×188. Charta est valde lacera; in versu ND.

[1] *In* ND relicte quondam Ugonis de Regula

576.

Imolae, 25 octobris 1149.

Hugo Pethone et Guntilla uxor eius canonicis S. Laurentii refutant arvi petiam.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnacione eius millesimo centesimo quadragesimo nono, temporibus Eugenii pape et Chonradi regis, die VII exeunte mense octobris, Imole, indictione XII. Nos quidem in Dei nomine Ugo Pethone et Guntilla uxor eius refutamus et diffinimus vobis presbitero Petro et presbitero Ubaldo et presbitero Ramberto receptoribus pro vobis et pro confratribus vestris et successoribus in perpetuum in ecclesia S. Laurentii servientibus et commorantibus; idest unam peciam terre laboratorie que est posita in fundo qui vocatur * *, de qua litigium inter nos erat: ab uno latere tenet * *, ab alio * *, ab aliis duobus lateribus sunt vie. Quantum iacet infra designata latera cum introitu et exitu suo et cum omni actione et omni pertinentia que nobis inde pertinet, damus et diffinimus et refutamus vobis vestrisque confratribus et successoribus ad habendum, tenendum, possidendum, disponendum et ordinandum et more salario in predicta ecclesia S. Laurentii commorantibus et servientibus pro redemptione animarum nostrarum et nepotis nostri et remissione peccatorum nostrorum. Et ab hinc in antea non liceat nobis neque nostris filiis et heredibus ullo umquam in tempore de supradicta re facere questionem, reppettitionem, causationem ullamque litem movere, neque contra vos, neque contra vestros confratres, neque per aliquam personam a nobis summissam vel submittendam nec in placito nec extra placitum neque quolibet modo. Et si contra hec, que superius leguntur, ire vel agere vel infringere et non observare temptaverimus vel nos aut nostri heredes, tunc promittimus nos nostrosque filios et heredes daturos penam vobis vestrisque confratribus et successoribus duas uncias auri, et post

solutam penam, hec diffinitio et refutatio in perpetuum maneat firma. Quam scripsi ego Pizolus Immolensis notarius.

Testes rogati interfuerunt Santernus Iohannis de Cristiano, Isnardus filius Gandulfi, Bertramolus de Petrizano Iohannis de Ardizone, Albertinus de Linare rogati testes interfuerunt.

I, 87. - Orig., mm. 330×236.

577.

Imolae, 23 novembris 1149.

Canonici S. Laurentii Ubertello Guidonis Pergulae concedunt in emphytheusim arvi petiam in Lacuna longa sitam.

In nomine Domini Iesu Christi, amen. Anno eius incarnacionis millesimo centesimo quadragesimo nono, indicione XII, in civitate Immola ante ostium claustri S. Laurencii de foris, die vigesimo tercio intrante mense novembris, tempore Eugenii pape et Conradi regis. Nos quidem in Dei nomine presbiter Petrus Clusurię et presbiter Ubaldus nec non presbiter Rambertus atque Bonusfilius Macerate levita per nos et per nostros confratres facimus pactum in sexaginta et octo annos ad renovandum tibi Ubertello Guidonis Pergulę receptori pro te et pro coniunge tua Immeldina et pro filiis et heredibus tuis de una paeciola terre laboratorię in loco qui dicitur Lacuna longa, territorio Cornelliensis, plebe S. Laurencii: a duobus lateribus tenes tu Ubertellus, a tercio latere tenet Bilinellus, a quarto Ildebrandinus de Melia. Quantum infra hec latera tenemus, deinceps in annis iamdictis abeas, teneas, ita sane ut omni marcii mense aut infra indicionem nomine pensionis dabis tu et tui heredes ad S. Laurencium denarium unum Venecię monetę, tantum, ut dictum est, persolvatur. Pro eo vero quia mercedis nomine accepimus de manibus tuis mantellum unum per sollidos luccenses sex, et auctoriare et observare et defensare promittimus hoc pactum nos et nostros successores vobis sub paena dupli et si minime fecerimus, paena data, hoc pactum firmum maneat. Quod vero ego Petrus notarius rogatus scripsi. Ego Ugo da Immola testis sum huius pacti et manus investitor. Ego Petrus da Argentea testis sum huius pacti.

I, 88. - Orig., mm. 235×155.

578.

Imolae, 11 decembris 1149.

Canonici S. Laurentii Petro de Hugone de Guida de li Romani dant in emphytheusim arvi petiam in Lacuna longa sitam.

In nomine Domini Iesu Christi, amen. Anno eius incarnacionis millesimo centesimo quadragesimo nono, indicione duodecima, in civitate Immola, die undecimo intrante mense decembris, in claustro S. Laurencii, tempore Eugenii pape et Cònradi regis. Ego quidem in Dei nomine presbiter Petrus Clusurię per me et per meos confratres canonicos S. Laurencii facio pactum in sexaginta et novem annos ad renovandum tibi Petro de Ugone de Guida de li Romani receptori pro te et pro coniungne tua et pro filiis et heredibus tuis de una peciola terrę laboratorie in loco qui dicitur Lacuna longa, territorio Corneliensis, plebe S. Laurencii : ab uno latere tenes tu idem Petrus, ab alio latere tenet Ioannes filius Rambertini, a tercio latere tenet Petrus de Cethrena, a quarto latere tenet Ildebrandus de Melia. Infra hec latera nomine pacti deinceps abeas et teneas ad iura S. Laurencii iamdictam terram, ita sane ut omni marcii mense aut infra indicionem nomine pensionis dabis tu et tui heredes nobis canonicis S. Laurencii et successoribus nostris denarium unum Venecie monetę. Pro eo vero quia recepimus de manibus tuis mercedis nomine solidos luccenses quinque et auctoriare et observare tibi et tuis heredibus hoc pactum promittimus sub paena dupli, et si non fecerimus, paena data et soluta, hoc pactum firmum maneat. Quod vero ego Petrus tabellio scripsi. Ego Sclavolus testis sum et manus investitor huius rei.

I, 89. - Orig., mm. 320×122. In versu, eadem manu Apere Pepuli de Romani.

579.

[Imolae], 28 octobris 114...

Rodulphus de Bernardo eiusque uxor Divisia vendunt arvi petiam de fundo Filzum nuncupato.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnacione eius MC q[uadragesimo].... pape et Chonradi regis, die quarto

exeunte mense octobris ..... [Ego] quidem in Dei nomine Rodulfus de Bernardo et Divisia uxor sua .... siano comparatrici pro te et pro tuis filiis et heredibus ad iura pro[pria] .... super se que est posita in fundo qui vocatur Filzum : a duobus lateribus .... [nis de] Oddo, a quarto latere filii Rodulfi Faite. Quantum habemus et tenemus [et nobis pertinet infra dicta latera designata] cum introitu et exitu suo et cum omnibus supra se et infra se et .... habendum, tenendum, vendendum donandum et ad iura proropia .... Conducticias autem, si apparuerit, licenciam innovandi habeas ad iura unde [erit; pro eo quia accepimus a vobis precium pro supradicta] re denariorum monetę luccensis libras tres et solidos duos. Et ab [hodierna die non liceat nobis donato]ribus neque nostris heredibus ullo umquam in tempore de supradicta re facere que[stionem, repeticionem, causationem] ullamque litem movere neque contra te neque contra tuos [successores, neque per aliquam personam a nobis] submissam vel submittendam, neque in placito, neque extra placitum, [neque quolibet modo. Promittimus nos preterea supradictam rem ab omni persona] hominum auctoriare et defensare tibi tuisque filiis et heredibus cum [nostris heredibus sub pena duarum unciarum auri], et post solutam penam, hec cartula proprietatis in perpetuum maneat firma. Quam [scripsi ego Pizolus Immolensis notarius]. Testis et manus investitor fuit Petrizanus de Zanto, Fantinellus ...... Pepolus de Solomia, Dominicus Guastator rogati testes interfuerunt.

I, 90 a. - Orig., fragmentum, mm. 250×150. Charta latere dextero caret; in versu ND *mutila est et vix legi potest; pro restitutionibus instrumentis consimilibus et* ND *fragmentis usi sumus.*

580.

[Imolae, 1149-1161].

Instrumentum pignoris et iuramenti quo Imolenses promittunt praecepta tenere in controversia inter episcopum et cives exorta.

Noticia recordacionis. Igitur cum auxilio Dei dum adessem ego Iohannes notarius Corneliensis Ecclesie iuxta ecclesiam S. Marie in Zagonia in presencia archidiaconi Ravennatis Ecclesie et Petri sacerdotis cardenalis eiusdem ecclesie et proce-

rum silicet Guillelmi Traversarii et Iohannis ducis, et valvasorum silicet Guidonis Lazari, Oddoni Rastelli, Sinibaldi et aliorum ibi adsistencium; Immolenses dedere pignora domino Rodulfo episcopo et canonicis suis per ducentas libras lucensis monete, et insuper iuraverunt precepta tenere de contraversiis que erant inter illos post preceptum datum usque ad terminum quem constituerit per bonam fidem sine fraude et ullo dolo. Sed si ipsi noluerint obedire et bene observare precepta domini episcopi et canonicorum, Guillelmus Traversarius et Iohannes dux iuravere domino episcopo et canonicis suis dare eis ducentas libras lucensis monete in eodem termino, nisi episcopus et canonici alium terminum dederint, et receptis ducentis libris, dominus episcopus et canonici debent dare pignora illis.

I, 90 b. - Orig., mm. 208×155. Charta scripta est manu Ioannis notarii Casulensis qui ab anno 1140 ad annum 1149 acta hoc titulo rogavit; ab anno vero 1149 usque ad annum 1161 se notarium Corneliensis Ecclesiae appellat. — Zaccaria II, 47.

581.

[Imolae], 20 februarii 1150.

Canonici S. Laurentii Ioanni Guitoni et Nomai concedunt in emphytheusim tres arvi tornaturias sitas in Vigo de Rosa.

In nomine Domini Iesu Christi, amen. Anno eius incarnacionis M centesimo quinquagesimo, indicione tercia decima, tempore Eugenii pape et Conradi regis, presentibus et consencientibus confratribus meis ego presbiter Ubaldus, die nono exeunte mense februarii, indicione predicta XIII, in tuvata S. Laurencii. Ego presbiter Ubaldus cum consensu canonicorum S. Laurencii facio pactum in sexaginta et novem annos ad renovandum de tribus tornaturiis terrę laboratorię cum omnibus super se et sibi pertinentibus in Vigo de Rosa et si plus est in ipso pacto permaneat, vobis Ioanni Guitoni et Nomai receptoribus pro vobis per equales partes et pro uxore tua Bonafilia et pro filiis et heredibus vestris: ab uno latere tenet Vitalis, ab alio latere Albertinus Bonaldo, a tercio latere * *, a quarto latere via. Quantum infra hec latera tenemus, nomine iamdicti pacti damus vobis ut deinceps abeatis et teneatis, ita sane ut omni marcii mense, aut infra

indicionem nomine pensionis dabitis nobis et nostris successoribus denarios Veneciȩ monetȩ quatuor, tantum, ut dictum est. Et mercedis nomine accepimus a vobis solidos luccenses triginta et mittimus in manibus vestris presbiterum Guidonem de Sasso ut vos exinde investiat; et rogamus Petrum tabellium ut scribat hoc pactum; et auctoriare et defensare et observare hoc pactum sub paena duarum auri unciarum promittimus. Ego presbiter Ubaldus et mei confratres hoc pactum vobis facimus per prenominatos triginta solidos et auctoriare et observare et defensare sub prenominata paena promittimus, et si contra hoc pactum fecerimus, paena ante data et soluta, vobis hoc pactum firmum maneat. Quod vero ego Petrus [tabellius] rogatus scripsi.

I, 91. - Orig., mm. 232×155. In versu, manu saec. XII **Pro filiorum Ugonis Pauli**; *saec. XIII* **Expleta in S. Prospero.**

582.

Imolae, 14 martii 1150.

Abbassafollem Hugolino Ioannis de Rainerio eiusque uxori Divisiae vendit arvi petiam de fundo qui Viguzemmi appellatur.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius MC quinquagesimo, temporibus Eugenii pape et Chonradi regis, die XIIII mensis marcii, in civitate Imola, indictione XIII. Ego quidem in Dei nomine Abbassafollem pro me et pro filia mea Asezutha do et vendo tibi presenti in Christi nomine Ugolino Iohannis de Rainerio emptori pro te et pro uxore tua Divisia et pro filiis et heredibus vestris in perpetuum ad iura propria; idest unam peciolam terre laboratorie quam habeo et teneo et michi pertinet, que est posita in fundo et loco qui vocatur Viguzemmi: a duobus lateribus tenet filius Gandulfi de Guilla, a tercio latere Petrus Corbelator, a quarto latere heredes Sinilde. Quantum iacet infra hec latera designata cum introitu et exitu suo et cum omnibus supra se et infra se et sibi pertinentibus, do et vendo vobis ad habendum, tenendum, vendendum, donandum et ad iura propria in perpetuum habendum cum vestris filiis et heredibus. Pro eo quia accepi a vobis precium pro supradicta re denariorum monete luccensis solidos VII pro deliberato et finito precio. Et ab hinc in antea non liceat michi, neque

filie mee, neque nostris filiis et heredibus ullo unquam in tempore de iamdicta peciola terre facere questionem, reppetitionem, causationem ullamque litem movere neque contra vos, neque contra vestros filios et heredes, neque per aliquam personam a nobis submissam vel submittendam, nec in placito nec extra placitum, neque quolibet modo. Promitto me preterea supradictam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare vobis vestrisque filiis et heredibus cum meis filiis et heredibus sub pena xiiii solidorum denariorum monetę luccensis, et post solutam penam, hec cartula proprietatis in perpetuum maneat firma. Quam scripsi ego Pizolus Immolensis notarius.

Testis et manus investitor fuit Ugo Durus, Gandulfus Potesta, Guidus filius eius, Petricinus Capharelli, Rigolus filius eius, Rozerius Iohannis Zoppi rogati testes interfuerunt.

I, 92. - Orig., mm. 333×194. In margine inferiore ND. *In versu, manu saec. XII* Ugo de Gabiara; *saec. XIII* S. Laurencii.

583.

Imolae, 10 iunii 1151.

Orlandinus et Gaifirius una cum matre Autilia vendunt Viviano Pecoraincorpo casamentum Imolae situm.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius millesimo centesimo quinquagesimo primo, temporibus Eugenii pape et Chonradi regis, die x mensis iunii, Imole, indictione xiiii. Nos quidem in Dei nomine Orlandinus et Gaifirius filii quondam Iohannis Boni Bavosi, et Autilia mater eorum, damus et vendimus tibi Viviano Pecoraincorpo emptori pro te et pro Preitella uxore tua et pro filiis et heredibus et successoribus vestris; idest omne ius et omnes actiones et omnes pertinentias quascumque habemus et tenemus et nobis pertinet de uno casamento in civitate Imola cum casa super se: a duobus lateribus cimiterium S. Laurentii, a tercio Asprandus, a quarto latere strada publica. Quantum habemus et tenemus et nobis pertinet infra hec latera designata damus et vendimus tibi cum omni actioni et pertinen[tiis] que nobis inde pertinet, et licenciam innovandi ad iura unde est, ad dandam pensionem in quantum tibi exinde pertinet. Pro eo quia profitemur acce-

pisse a te precium pro supradicta re denariorum monete luccensis libras quinque; et ab hinc in antea non liceat nobis venditoribus, neque nostris filiis et heredibus ullo unquam in tempore de supradicta re facere questionem, reppetitionem, causationem ullamque litem movere neque contra vos neque contra vestros filios vel heredes neque per aliquam personam a nobis submissam vel submittendam, nec in placito nec extra placitum, neque quolibet modo. Promittimus preterea supradictam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare vobis vestrisque filiis et heredibus et successoribus cum nostris filiis et heredibus sub pena trium unciarum auri, et post solutam penam, hic contractus vendicionis maneat firmus. Quem scripsi ego Pizolus Immollensis notarius.

Testis et manus investitor fuit Abbassafollem; Ugo de Imola, Bonusfilius de Fantone, Farulfinus rogati testes fuerunt ad omnia suprascripta.

II, 1. - Orig., mm. 300×245. In versu ND.

584.

Imolae, 19 septembris 1151.

Martinus de Galnara donat ecclesiae S. Laurentii petiam arvi de fundo Vigumzemini dicto.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius millesimo centesimo quinquagesimo primo, temporibus Eugenii pape et Chonradi regis, die nono decimo mensis septembris, Imole, indictione xiiii. Ego quidem in Dei nomine Martinus qui dicor de Galnara per mandatum Divisie cognate mee, quia sic michi precepit et potestatem dedit, in sua vice do et dono pro remissione peccatorum et eterna illuminatione animarum iamdicte Divisie cognate mee et fratris mei Ugolini quondam viri sui, tibi presenti presbitero Ramberto receptori pro te et pro confratribus tuis et successoribus in ecclesia S. Laurentii permanentibus et commorantibus in perpetuum ad mensam canonicorum eiusdem ecclesie; idest unam peciolam terre laboratorie que est posita in fundo qui vocatur Vigumzemini: ab uno latere Bulgarellus, ab alio Petrus Corbelator, a duobus lateribus Dux de Gandulfo, ad habendum, tenendum, possidendum

ad iura propria in perpetuum habendum cum vestris confratribus et successoribus; et ego iamdictus donator cum meis filiis et heredibus supradictam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare promitto vobis vestrisque confratribus ac successoribus in perpetuum sub pena xx solidorum luccensium, et post solutam penam, hic contractus donationis causa mortis in perpetuum maneat firmus. Quem scripsi ego Pizolus Immolensis notarius.

Testis et manus investitor fuit presbiter Rodulfus de S. Leonardo; presbiter Enricus, Ugo de Tallaferro, Ugo Durus, Zanone rogati fuerunt testes.

I, 2. - Orig., mm. 332×189. In versu ND.

585.

Imolae, 17 martii 1152.

Preitella et Petrus cognatus eius canonicis S. Laurentii donant petiam arvi de fundo Maceratorium dicto nec non casamentum Imolae situm.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius millesimo centesimo quinquagesimo s[ecundo, temporibus] Eugenii pape et * *, die xvii mensis martii, Immole, in casa quondam Viviani P[ecor]aincorpo, indictione xv. Nos quidem in Dei nomine Preitella et Petrus cognatus eius pro remedio anime Viviani Pecoraincorpo et pro remissione peccatorum suorum et pro eterna remuneratione et illuminatione anime sue, damus et donamus tibi presenti in Christi nomine presbitero Petro de Clus[uria] receptori pro te et pro confratribus tuis et successoribus in ecclesia S. Laurentii commorantibus et Deo et S. Laurentio Christi martiri servientibus in perpetuum, et proprie ad mensam canonicorum eiusdem ecclesie pro orationibus et psalmis et sacrificiis et elemosinis quas semper pro anima iamdicti Viviani commorantes et servientes in predicta ecclesia S. Laurentii facient; idest unam peciam terre laboratorie que est posita in fundo qui vocatur Maceratorium, que est computata xiiii turnaturias et si plus est vel minus in eodem contractu permaneat: ab uno latere tenet Albertus de Gauzo, ab alio latere heredes Alferii, a tercio latere Rodulfus Guidonis Amigoli,

a quarto latere est limes. Quantum habemus et tenemus et nobis et Viviano pertinet et pertinuit infra designata latera cum introitu et [exi]tu suo et cum omnibus supra se et infra se et sibi pertinentibus, damus et donamus, sicut superius legitur, ad habendum, tenendum, disponendum et ordinandum et pro anima iamdicti Viviani ad iura propria in predicta ecclesia S. Laurentii in perpetuum permanendum. Et insuper unum casamentum in civitate Imole cum omni actioni et omni pertinentia que nobis inde pertinet et Viviano pertinet, et licentiam innovandi ad iura unde est, ita tamen ut liceat michi Preitelle uti, frui predicto casamento omnibus diebus vite mee: a duobus lateribus est cimiterium S. Laurentii, a tercio latere Asprandus, a quarto latere strada publica. Et ab hinc in antea non liceat nobis donatoribus, neque nostris filiis et heredibus ullo unquam in tempore de supradicta re facere questionem, reppeticionem, causationem ullamque litem movere neque contra predictam ecclesiam, neque contra inibi servientes et in perpetuum commorantes, neque per aliquam personam a nobis submissam vel submittendam, nec in placito neque extra placitum. Promittimus preterea supradictam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare et supradictam donationem firmam tenere vobis receptoribus vestrisque confratribus ac successoribus in perpetuum. Et si contra hec, quę superius leguntur, ire vel agere aut infringere et non observare presumpserimus vel nos aut nostri heredes, tunc promittimus nos nostrosque heredes daturos penam vobis receptoribus pro vobis et vestris confratribus ac successoribus in ecclesia S. Laurentii commorantibus et Deo et beatissimo Laurentio martiri Christi servientibus quattuor uncias auri, et post solutam penam, hic contractus donationis pro anima iamdicti Viviani et pro remissione suorum peccatorum et pro eterna illuminatione et remuneratione anime sue in perpetuum maneat firmus. Quem scripsi ego Pizolus Immolensis notarius.

Testis et manus investitor fuit Strufolus quondam Rodulfi de Martignano.

Testes rogati interfuerunt Iohannes iudex, Ugo Bonipetri, Bonusfilius de Fantone, Ungarellus Iohannis Bricie, Mascarone, Ugo Rozone, Alidux de Davizulo, Guido de Lamberto Capharelli, Iohannes Capellum, Guastalaltri, Gerardinus Petri de Uberto rogati testes interfuerut.

II, 3. - Orig., mm. 545×222. Charta lacera est.

586.

[Imolae], 26 aprilis 1152.

Petrus Guidonis Bricie pro illuminatione animae patris sui donat canonicis S. Laurentii sex arvi tornaturias in fundo, qui Cavizanum dicitur, sitas.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius millesimo centesimo quinquagesimo secundo, temporibus Eugenii pape * *, die quinto exeunte mense aprilis, indictione xv. Ego quidem in Dei nomine Petrus filius Guidonis Bricie pro anima Guidonis patris mei do vobis presbitero Petro de Clusuria receptori in vicem ecclesie S. Laurentii et pro confratribus et successoribus vestris in predicta ecclesia servientibus et commorantibus in perpetuum; idest sex turnaturias terre laboratorie in fundo qui vocatur Cavizanum: ab uno latere Vivianus de Flora, ab alio similiter, a tercio latere Gambelaria, a quarto latere Rozerius Martignani. Et insuper refuto vobis viam eundi cum carro per vineam vestram de Stafolo ut hec omnia supradicta habeatis et teneatis ad iura propria habendum et tenendum, disponendum et ordinandum et more salario in predicta ecclesia semper permanendum pro anima patris mei et pro remissione peccatorum suorum. Quod ab hinc in antea non liceat michi iamdicto Petro neque meis heredibus ullo unquam in tempore de supradicta re facere questionem, reppetitionem, causationem ullamque litem movere, neque contra predictam ecclesiam S. Laurentii neque contra inibi servientes et in perpetuum commorantes, neque per aliquam personam a me submissam vel submittendam, neque a meis filiis vel heredibus. Promitto me preterea supradictam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare et supradictam donationem pro anima patris mei firmam tenere; et si contra hec, que superius leguntur, ire vel agere vel infringere et non observare tentavero vel ego vel mei heredes, tunc promitto me meosque heredes daturos penam vobis stipulatoribus pro predicta ecclesia vestrisque successoribus unam unciam auri, et post solutam penam, hic contractus donationis in perpetuum maneat firmus. Quem scripsi ego Pizolus Immolensis notarius.

Testis et manus investitor fuit Rodulfus de Bernardo; Rozerius Martignani, Petrus Guarinus, Martignone, Minaboves filius Almerici de Zambonello, Balbus Ugonis de Gisaltruda, Iohannes Rambaldus rogati testes interfuerunt.

II, 4 - Orig., mm. 360×230.

587.

Imolae, 9 maii 1152.

Guido Bonato et Zanellus et Rodulphulus pro salute animae Guidoti donant ecclesiae S. Laurentii vineam in Staffulo sitam.

In nomine Domini Iesu Christi, amen. Anno eius incarnacionis millesimo centesimo quinquagesimo secundo, indicione quinta decima, in civitate Immola, die nono intrante mense madii, tempore Eugenii pape et Conrado rege defuncto. Nos quidem in Dei nomine Guido Bonato et Zanellus et Rodulfolus nepotes sui, fratres Guidoti qui vulgo Pepolus de li Erri vocatur, damus et tradimus in manibus presbiteri Petri Clusurię receptori pro te et pro fratribus tuis canonicis S. Laurencii et pro vestris successoribus et donamus ad S. Laurencium pro anima Guidoti et pro restauracione et remissione suorum peccatorum; quia ipse Guidotus dedit et reliquid pro anima sua et, ut dictum est, et pro restauracione et remissione suorum peccatorum vineam suam cum terra in qua manet et cum omnibus super se et sibi pertinentibus que est in Staffulo in duobus locis, territorio Cornelliensis, plebe S. Laurencii: ab uno latere tenet heredes Ioannis Guaci, ab alio latere li Basavini et Verardus tabellio, a tercio filii Benedicti et alii affines, a quarto latere ad iura Ioannis Rambertini et Bonzo de Ugo de Aggo et alii affines. Quantum infra hec latera tenemus, dámus ad S. Laurencium ut semper abeatis vos canonici S. Laurencii et vestri successores eo iure quo habemus et tenemus, idest si proprium est, proprium abeatis: si vero conducticia, licenciam abeatis innovandi ad iura unde existit, salva pensione domnica, duos denarios Venecie; et hanc terram et vineam damus vobis ut pro victu et necessitate vestra et ad mensam vestram abeatis vos et vestri successores in canonica S. Laurencii in perpetuum more salario vobis permanenda, et nos auctoriare et defensare hec omnia promittimus

vobis canonicis S. Laurencii et vestris successoribus in canonica S. Laurencii permanentibus sub paena unius uncie auri; et si non fecerimus et si contra hec ullo tempore per ullum ingenium agere voluerimus, pena data et soluta, vobis hec omnia semper firma maneant; et rogamus Petrum tabellium ut scribat hec. Ego Petrus tabellio rogatus scribsi. Ego Ioannes Bomvino testis sum et manus investitor huius rei. Ego Ubertus Ugonis Ildebrandi et Ugo filius eius testes sumus. Ego Preite de Giberto Traditore testis sum. Ego Pepolus de Guilla testis sum. Ego Rebele testis sum. Ego Guizardus testis sum. Ego Guarinus testis sum. Ego Zenarius testis sum. Ego Guido Abruzo testis sum.

Quinque solidos dabitis vos canonici ad S. Mariam quando fructus habeatis de predicta vinea.[1]

II, 5. - Orig., mm. 336×222.
[1] *Addita in calce.*

588.

[Imolae], 6 augusti 1152.

Hugolinus de Gerardo nomine sororis suae Divisiae et Martinus Divisiae filius donant canonicis S. Laurentii petiam terrae.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius millesimo centesimo quinquagesimo secundo, temporibus Eugenii pape * *, die sexto intrante mense augusti, indictione xv. Ego quidem in Dei nomine Ugolinus de Gerardo pro Divisia sorore mea et pro suo mandato, et ego Martinus filius predicte Divisie pro predicta matre mea damus et donamus vobis presbitero Ubaldo [et Bonifilio Ma]cerade levitę receptoribus pro vobis vestrisque confratribus et succ[essoribus in ecclesia] S. Laurentii servientibus et commorantibus; idest unam peciola[m terre que est in loco] qui vocatur Furniuni prope viam Clusurinam, plebe S. L[aurentii: ab uno] latere Girardus Mellitigatus, ab alio filius Brunitti pro..., a tercio Petrus Guarinus, a quarto latere heredes Russi [Iohannis de Oddo]. Quantum infra hec latera designata iacet, et iamdicta...... damus medietatem vobis canonicis ad.. ..... [haben]dum, tenendum cum omni actione et omni [pertinentia quecumque sibi exinde] pertinuit, et licentiam innovandi ad iura unde est....... unum denarium monete Venetie ad iura u[nde est]....... cum nostris filiis et heredibus supradictam rem

ab [omni persona hominum auctoriare] et defensare et supradictam donationem fir[mam tenere.... vobis] vestrisque confratribus ac successoribus; et si co[ntra hec, que super leguntur, ire, vel] agere vel infringere et non observare [temptaverimus vel nos, vel] nostri heredes, tunc promittimus nos nostrosque h[eredes daturos penam vobis vestrisque] confratribus ac successoribus viginti sol[idos monete Venecie, et post] solutam penam, hic contractus d[onacionis in perpetuum maneat firmus]. Quem scripsi ego Pizolus Immo[lensis notarius].

Testis et manus investitor fuit Denarius de Venerio, Vivianus de Galicia, Rigo de R[omanis, Guido Iohannis Guidi], Albertinus Ugonis Sarti, Cesa[rius frater eius], Bulgarellus Ugolini de Bulg[aro].

II, 6. - Orig., fragmentum, mm. 400×136. Chartae laevum latus tantum superest; quae restituimus desumpsimus ex ND *fragmento posito in versu et ex documentis consimilibus.*

589.

Imolae, 1 novembris 1152.

Bona iussu fratris sui Petrizani de Zanto canonicis S. Laurentii donat tres arvi tornaturias de fundo Braita.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnacione eius millesimo centesimo quinquagesimo secundo, temporibus Eugenii pape * *, die primo mensis novembris, Immole, indictione xv. Ego quidem in Dei nomine Bona relicta quondam Iohannis de Cassiano pro anima Petrizani de Zanto fratris mei et pro remissione peccatorum suorum per illius iussionem et mandatum et in sua vice do et dono vobis presentibus presbitero Petro de Clusuria et presbitero Ramberto et presbitero Ubaldo receptoribus pro vobis et pro vestris confratribus et successoribus in ecclesia S. Laurentii servientibus et in perpetuum commorantibus ad propriam mensam canonicorum; idest tres turnaturias terre laboratorie que sunt posite in fundo qui vocatur Braita de Querzola: ab uno latere * *, ab alio * *, a tercio * *, a quarto * *. Quas predictas tres turnaturias terre do et dono pro anima fratris mei sicut ipse michi precepit et potestatem dedit predicte ecclesie ad habendum, tenendum, disponendum et ordinandum et more salario in ecclesia S. Laurentii in perpetuum permanendum.

Quod ab hinc in antea non liceat michi, neque heredibus meis vel heredibus iamdicti Petrizani fratris mei ullo unquam in tempore de supradicta re facere questionem, repetitionem, causationem ullamque litem movere neque contra predictam ecclesiam, neque contra inibi servientes et in perpetuum commorantes, neque per aliquam personam a nobis submissam vel submittendam, nec in placito neque extra placitum. Promitto me preterea supradictam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare vobis stipulatoribus pro iamdicta ecclesia S. Laurencii vestrisque confratribus ac successoribus cum meis heredibus et heredibus fratris mei. Si vero contra hec, qui super leguntur, ire vel agere vel infringere et non observare temptavero, vel ego vel heredes mei aut heredes fratris mei, tunc promittimus nos nostrosque heredes daturos penam vobis stipulatoribus pro iamdicta ecclesia vestrisque confratribus ac successoribus unam unciam auri, et post solutam penam, hic contractus donacionis in perpetuum meneat firmus. Quem scripsi ego Pizolus Immolensis notarius.

Testis et manus investitor fuit Rodulfus Guidonis Amigoli, Ubertinus Ugonis Ildebrandi, Iohannes Bonumvinum, Guascone Gallardus, Iohannes Guitone, Iohannes Bonus de Bambolo, Eleachin, Iacobus Guidonis de Micco, Iohannes Capellum, Petricinus nepos eius, Marcolus de Binello.

II, 7. - Orig., mm. 340×225. In versu ND.

590.

[Imolae], 7 novembris 1152.

Ioannes iudex iussu et mandato Begi quondam Petri de Arguto canonicis S. Laurentii donat tres arvi tornaturias de fundo Vigumzemmi dicto.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius millesimo centesimo quinquagesimo secundo, temporibus Eugenii pape, die VII intrante mense novembris, indictione XV. Ego quidem in Dei nomine Iohannes iudex per mandatum et iussionem Begi nepotis mei filius quondam Petri de Arguto pro anima sua et pro remissione peccatorum suorum in sua vice do et dono vobis presbitero Petro de Clusuria et presbitero Ubaldo receptoribus in vice ecclesie S. Laurentii pro vobis vestrisque confratribus ac successoribus in predicta ecclesia servientibus ac

commorantibus in perpetuum ad propriam mensam canonicorum eiusdem ecclesie ; idest tres turnaturias terre laboratorie que sunt posite in fundo qui vocatur Vigumzemmi : ab uno latere limes Franciscus, ab alio fossa, a tercio Guido de Lanzo, a quarto latere * *. Quantum infra designata latera iacet et iamdicto Bego nepoti meo pertinet cum omni actioni et omni pertinentia quecunque sibi exinde pertinet do et dono iamdicte ecclesie S. Laurentii sibique servientibus ac ibique commorantibus in perpetuum ad habendum, tenendum, disponendum et ordinandum et more salario in predicta ecclesia S. Laurentii in perpetuum permanendum et licenciam innovandi ad iura unde est, ad dandam pensionem inde quantum exinde pertinuerit. Et ego iamdictus Iohannes iudex cum meis heredibus supradictam rem ab omni homine auctoriare et defensare promitto vobis stipulatoribus pro iamdicta ecclesia vestrisque confratribus ac successoribus sub pena unius uncie auri, et post solutam penam, hic contractus donacionis in perpetuum maneat firmus. Quem scripsi ego Pizolus Immolensis notarius.

Testis et manus investitor fuit Ugo de Imola, Peregrinus filius Petricini de Bulgaro, Guastalaltri, Strufolus, Isnardus de Balduino, Anzuerius, Orlandinus filius Gandulfi Potesta, Guido filius Petri de Gisaltruda, Pepolus Petri de Guilla, Framesinus fuerunt testes.

II, 8. - Orig., mm. 288×175. In versu ND.

591.

Imolae, 20 februarii 1153.

Canonici S. Laurentii Graciano concedunt in emphytheusim petiam arvi sitam in fundo qui Crux ferrea dicitur.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnacione eius millesimo centesimo quinquagesimo tercio, temporibus Eugenii pape et Federici electi regis, die nono exeunte mense februarii, in claustro S. Laurentii, indictione prima, Imole. Nos quidem in Dei nomine presbiter Petrus de Clusuria et presbiter Ubaldus et presbiter Rambertus et Macerata et pro nobis et pro nostris confratribus nomine pacti concedimus et largimur tibi presenti Graciano genero Guidonis Baldagnoli conductori pro te et pro uxore tua Brigoza et pro filiis et heredibus et succes-

soribus vestris usque ad annos advenientes sexaginta et novem ad renovandum; idest rem iuris ecclesie nostre S. Laurentii, scilicet unam petiam terre laboratorie quantacumque est, que est posita in fundo qui vocatur Crux ferrea: ab uno latere heredes .. Unganini, ab alio via, a tertio latere est semita, a quarto latere Zanzolinus .. Quam predictam peciam terre concedimus et largimur tibi ad habendum, tenendum cum tuis filiis et heredibus usque ad predictos sexaginta et novem annos ad renovandum. Ita ut inferas pensionem nobis [nostrisque] successoribus omni mense marcii aut infra indictionem duos denarios monete Venetie. Pro eo quia accepimus a te mercedis nomine pro supradicta pecia terre XVI solidos luccenses, et damus tibi Pizolum Immolensem notarium ut te in possessionem mittat et eam tibi in nostra vice tradat et [investiat]. Et nos cum nostris confratribus et successoribus supradictam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare promittimus tibi tuisque filiis et heredibus sub pena unius uncie [auri], et post solutam penam, hoc pactum maneat firmum. Quod scripsi ego Pizolus Immolensis notarius.

II, 9. - Orig., mm. 225×158. Charta valde lacera est.

592.

Imolae, 25 iunii 1153.

Canonici S. Laurentii Masariae concedunt in emphytheusim duas arvi tornaturias sitas in fundo qui Casaldonati dicitur.

In nomine Domini Iesu Christi, amen. Anno eius incarnacionis millesimo centesimo quinquagesimo tercio, indicione prima, in civitate Immola, in claustro S. Laurencii, die sexto exeunte mense iunii, tempore Eugenii pape et Federici regis. Ego quidem in Dei nomine presbiter Petrus canonicus S. Laurencii uná cum consensu et parabola meorum fratrum canonicorum S. Laurencii facio pactum de duabus turnaturiis terre laboratorię cum omnibus sibi pertinentibus tibi Masarię receptrici pro te et pro filiis et heredibus et successoribus tuis, et si plus est, in ipso permaneat pacto in annis advenientibus sexaginta et novem ad renovandum, in fundo qui dicitur Casaldonati, territorio Cornelliensis, plebe S. Apolenaris: ab uno latere et ab alio tenetis vosmet, a tercio tenet Lodoynus de Anna de li Laurencii, a quarto vero latere ad iura Manfredini. Quantum infra

hec latera tenet S. Laurencius nomine iamdicti pacti do tibi Masarie cum confratribus meis, videlicet presbitero Ubaldo et presbitero Ramberto atque levita Bonifilii Macerate, deinceps habeas, teneas et possideas in annis predictis expletis, ut dictum est, ad renovandum ad iura S. Laurencii cum filiis et heredibus et successoribus tuis, et omni anno pro pensione dabitis ad S. Laurencium duos denarios Veneciȩ monȩtȩ tantum. Et auctoriare et observare et defensare vobis et vestris heredibus et successoribus vestris hoc pactum sub paena dupli nos et nostri successores promittimus et si non fecerimus, paena vobis data et soluta, hoc pactum firmum maneat; pro eo quia callciarii nomine accepimus de manibus vestris pro predicta re de manu iamdicte Masarie pellem unam per solidos luccenses undecim. Ego vero Petrus Immolensis notarius rogatus scripsi et manus investitor et testis sum huius rei.

II, 10. - Orig., mm. 224×156. In versu, manu eiusdem notarii Apere filiorum Girardi Paganelli.

593.

Imolae, 30 martii 1154.

Refutatio terrae ab Hugone de Guidone facta in favorem canonicorum S. Laurentii.

In nomine Domini Iesu Christi, amen. Anno eius incarnacionis millesimo centesimo quinquagesimo quarto, indicione secunda, in civitate Immola, in claustro S. Laurencii, die secundo exeunte mense marcii, tempore Anastasii pape et Federici regis. Igitur cum Christi adiutorio dum adessem ego quidem in Dei nomine Petrus Immolensis notarius in prenominato loco ibique mecum boni homines quorum nomina sunt hec: Renoaldus de li Spoti et Bonusiohannes, et Petrus de Ugo de Docia et ibi clerici et laici quorum nomina non recordor mecum abierant, in presencia istorum venit Ugo de Guido et refutavit ad S. Laurencium in manu presbiteri Petri qui vulgo Clusuriȩ dicitur et presentibus aliis canonicis S. Laurencii, videlicet presbiteri Ubaldi et presbiteri Ramberti, levite Bonifilii Macerate, terram unam de qua olim habuit libellum et unde dicebat se habere racionem, et dixit: Ecce ego Ugo de Guido per me et per meos filios et heredes diffinio et refuto iamdictam terram que est in loco qui

dicitur Gammelaria, territorio Corneliensis, plebe S. Laurencii infra hec latera, videlicet ab uno latere tenet S. Laurencius, ab alio Albertus de Cristiano, a tercio latere via est. Quantum infra hec latera olim tenui, modis omnibus quiete et paciffice abeat et teneat S. Laurencius et vos prenominati canonici et vestri successores in ecclesia S. Laurencii permanentes. Pro eo vero quia vos canonici pro hac terra dedisti michi quatuor solidos luccenses et ego, ut dixi, hanc terram et omnes meas actiones quas de predicta terra sperabam habere in perpetuum modis omnibus diffinivi et refutavi iamdicte ecclesię et vobis prenominatis canonicis et auctoriare et defensare et observare vobis et vestris successoribus hec omnia sub paena viginti solidorum luccensis monetę promitto me et meos filios et heredes, et si contra hec ullo tempore, ullo in loco per ullum ingenium agere voluerimus, promitto vobis daturi nec non compposituri iamdictam paenam, et pena soluta et data, vobis et vestris successoribus hec omnia hic scripta semper maneant firma; et rogo Petrum notarium ut scribat hec, et omnes hic scripti rogo ut sint testes. Ego vero Petrus notarius rogatus scripsi.

Nos vero qui hic scripti sumus vidimus et audivimus et testes sumus huius rei et ad omnia fuimus.

II, 11. - Orig., mm. 325×133.

594.

Imolae, 6 decembris 1154.

Canonici S. Laurentii Thomae Graciani fabri concedunt in emphytheusim duas arvi tornaturias de fundo Crux ferrea dicto.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius MCLIIII, tempore Adriani pape et Federici regis, die VI intrante mense decembris, Imole, in claustro canonice S. Laurentii, indictione II. Nos quidem in Dei nomine presbiter Petrus de Clusura, et presbiter Ubaldus et presbiter Rambertus atque Macerada nomine pacti concedimus et largimur tibi Thome filio Graciani fabri conductori pro te et pro Bona uxore tua vestrisque filiis et heredibus usque ad annos advenientes sexaginta et novem ad renovandum; idest unam peciolam terre laboratorie computatam duas turnaturias in fundo qui vocatur Crux ferrea: a duobus lateribus tenet Martinus Rusticelli, a tercio Ubertellus

Guidonis da Pergula, a quarto latere heredes Otri. Quantum infra hec latera designata iacet et predicte ecclesie nostre pertinet cum introitu et exitu suo et cum omnibus sibi pertinentibus concedimus et largimur tibi ad habendum, tenendum, possidendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis advenientibus supradictis sexaginta et novem ad renovandum. Ita ut inferas pensionem nobis nostrisque successoribus cum tuis filiis et heredibus omni mense marcii aut infra indictionem tres denarios monete Venetie, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia accepimus a te mercedis nomine pro supradicta re denariorum monete luccensis soldos octo. Et nos iamdicti ordinatores cum nostris successoribus supradictam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare et hunc contractum firmum tenere promittimus tibi tuisque filiis et heredibus sub pena unius uncie auri, et post solutam penam, hoc pactum maneat firmum. Quod scripsi ego Pizolus Immolensis notarius.

Manus investitor fuit presbiter [R]odulfus de S. Leonardo.

II, 12. - Orig, mm. 160×175.

595.

Imolae, 4 ianuarii 1155.

Canonici S. Laurentii Savarisio concedunt in emphytheusim petiam arvi sitam in fundo qui Vigumzemmi appellatur.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius millesimo centesimo quinquagesimo quinto, temporibus Adriani pape et Federici regis, die quarto intrante mense ianuarii, in claustro S. Laurentii, Imole, indictione tercia. Nos quidem in Dei nomine presbiter Petrus de Clusuria et presbiter Ubaldus et presbiter Rambertus et Macerada canonici iamdicte ecclesie S. Laurentii nomine pacti concedimus et largimur tibi [presenti] Savarisio conductori pro te et pro tuis filiis et heredibus usque ad annos advenientes sexaginta et novem ad renovandum ; idest unam peciam terre laboratorie quam habemus et predicte ecclesie nostre pertinet, que est posita in fundo qui vocatur Vigumzemmi, que pecia est computata quatuor turnaturias : ab uno latere Scilice, ab alio Tedericus Gazese, a tercio Ungarellus, a quarto latere limite. Quantum infra hec latera designata iacet et iamdicte

ecclesie nostre pertinet, concedimus et largimur tibi ad habendum, tenendum, possidendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis iamdictis sexaginta et novem ad renovandum. Ita ut inferas pensionem nobis nostrisque successoribus cum tuis filiis et heredibus omni mense marcii aut infra indictionem tres denarios monete Venetie, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia accepimus a te mercedis nomine pro unaquaque turnaturia decem soldos denariorum luccensium. Et nos iamdicti ordinatores cum nostris successoribus supradictam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare promittimus tibi tuisque filiis et heredibus; et si contra fecerimus vel nos aut nostri successores, tunc promittimus nos nostrosque successores daturos penam tibi tuisque filiis et heredibus unam unciam auri, et post solutam penam, hoc pactum maneat firmum. Quod scripsi ego Pizolus Immolensis notarius. Testis et manus investitor fuit Guascone Gallardus, Ambrosinus nepos presbiteri Ubaldi filius quondam Pauli rogati interfuerunt testes.

II, 13. - Orig., mm. 308×225. In versu, manu saec. XIII Dominus Fulconis de Faventia et est expleta.

596.

[Imolae], 22 iulii 1155.

Bulgarus Alberti de Bulgaro Iacobo Petri Ravignani concedit in emphytheusim petiam terrae et vineae.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius millesimo centesimo quinquagesimo v, temporibus Adriani pape et Federici imperatoris, die x exeunte mense iulii, indictione tercia. Ego quidem in Dei nomine Bulgarus Alberti de Bulgaro nomine pacti concedo et largior tibi presenti Iacobo filio Petri Ravignani conductori pro te et pro Galicia uxore tua et pro vestris filiis et heredibus usque ad annos advenientes quadraginta et duos ad renovandum de hoc quod michi pertinet de illo quod Ugo Cethrene dotis nomine donavit tibi pro filia sua Galicia, et tibi Eustacio pro te et Suvirlina uxore tua, et tibi Viviano fratri predicti Eustacii; idest inter omnes vos duas pecias terre et vinee; una pecia est posita in fundo qui vocatur Prathore: ab uno latere tenet Guido de Lamberto, ab alio Ma-

riscottus, a tercio heredes Guidonis presbiteri Santerni, a quarto latere Guido Bernardi et heredes Iohannis Laurentii; alia pecia est posita in fundo qui vocatur Paullanum : a tribus lateribus tenent Bulgari, a quarto latere canale. Quantum habeo et michi pertinet in predicta latera cum via sua que unicuique vestrum pertinet, quod est computatum duas turnaturias, et, si plus est, in eodem contractu permaneat, concedo et largior vobis ad habendum, tenendum, possidendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis advenientibus iamdictis quadraginta et duos ad renovandum. Pro eo quia accepi a vobis mercedis nomine XIIII soldos denariorum monete luccensis, ita ut inferatis pensionem michi meisque heredibus cum vestris filiis et heredibus omni mense marcii aut infra indictionem medium denarium luccensem, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Et ego iamdictus ordinator cum meis filiis et heredibus supradictam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare et hoc pactum firmum tenere promitto vobis vestrisque filiis et heredibus sub pena unius uncie auri, et post solutam penam, hoc pactum maneat firmum. Quod scripsi ego Pizolus Immolensis notarius. Testis et manus investitor fuit Denarius de Venerio, Ugolus de Tallaferro, Martinus faber, Ugolinus Barutellus, Bonusmartinus Ugonis de Bosio rogati fuerunt testes.

II, 14. - Orig., mm. 325×185. In versu ND *quae vix legi potest.*

597.

Imolae, 11 martii 1156.

Tavianus Hugolini Ioannis de Santerno canonicis S. Laurentii donat petiam vineae positam in fundo qui vocatur Casalinum.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius millesimo c quinquagesimo sexto, temporibus Adriani pape et Federici imperatoris, die XI intrante mense marcii, Imole, indictione IIII. Ego quidem in Dei nomine Tavianus filius quondam Ugolini Iohannis de Santerno pro anima patris mei et matris mee et pro remissione peccatorum suorum et etiam pro male ablatis que habuerunt, do vobis presentibus presbitero Petro et presbitero Ramberto acceptoribus pro vobis et pro confratribus et successoribus vestris in ecclesia S. Laurentii ser-

vientibus et commorantibus in perpetuum proprie ad mensam canonicorum ; idest unam peciam terre vineate quam habeo et teneo et michi pertinet, que est posita in fundo qui vocatur Casalinum : ab uno latere tenet Peregrinus Iohannis de Laurentio, ab alio filii Arduini, a tercio Savarisius, a quarto latere tenent filii Iohannis Donici. Quamtum habeo et teneo et michi pertinet infra hec latera designata cum introitu et exitu suo et cum via eundi et redeundi per meam quam ibi habeo, do vobis, sicut superius legitur, ad habendum, tenendum et ad propriam mensam canonicorum predicte ecclesię S. Laurentii in perpetuum permanendum cum omni actione et omni pertinentia quecumque michi inde pertinet, et licenciam innovandi habeatis ad iura unde est. Et ab hinc in antea non liceat michi neque meis heredibus ullo unquam in tempore de supradicta re facere questionem, reppetitionem, causationem aut litem movere neque [contra v]os neque contra vestros confratres et successores, neque per aliquam personam a me submissam vel submittendam, nec in placito nec extra placitum, [neque quo]libet modo. Promitto me preterea supradictam rem ab omni persona [hominum auctoriare] et defensare et omnia supradicta firma tenere vobis vestrisque [confratribus ac succe]ssoribus cum meis filiis et heredibus, et si contra fecero vel [non adimplevero], tunc promitto me meosque heredes daturos penam vobis v[estrisque confratribus ac su]ccessoribus unam unciam auri, et post salutam penam, hic contractus maneat firmus. Quem scripsi ego Pizolus Immolensis notarius.

Testis et manus investitor fuit Petrus Cethrene, Tignosus de Florentia, Laphius, Albertus Sartus de Clusuria, Vivianus Iohannis Duri, Albertus clericus rogati fuerunt testes.

II, 15. - Orig., mm. 308×154. Charta lacera est.

598.

Imolae, 25 maii 1156.

Alexius Guidonis pro duabus arvi turnaturiis cedit canonicis S. Laurentii casamentum situm in burgo Imolae.

In nomine Domini Iesu Christi, amen. Anno eius incarnacionis millesimo centesimo quinquagesimo sexto, indicione quarta,

in claustro S. Laurencii civitatis Immole, die septimo exeunte mense madii, tempore Adriani pape et Federici [imperatoris]. Ego quidem in Dei nomine Alexius Guidonis do et trado et transfe[ro atque] transhacto et cartulam proprietatis facio ad S. Laurencium et permutor et cambio vobiscum videlicet cum presbitero Petro qui dicitur Clusurię et cum presbitero Ubaldo et cum presbitero Ramberto et cum presbitero Alexio et cum levita Bonofilio canonicis S. Laurencii receptoribus pro vobis et pro vestris successoribus manentibus in ecclesia S. Laurencii, hoc totum casamentum et totam terram quam habeo in burgo civitatis Immole da S. Iacobo: ab uno latere dicti casamenti tenet S. Iacobus, ab alio latere tenet Bonzo de Ugone Martignani, a tercio latere tenet Laurenzolus Donati Cantonis, a quarto latere est strata publica. Quantum infra hec latera permanet do ad S. Laurencium, ut deinceps in perpetuum habeat et tenet atque possideat S. Laurencius ad iura propria more salario in ecclesiam permanendum. Pro eo vero quia pro predicto casamento recepi a vobis canonicis duas turnaturias terrę baboratorię per pactum in sexaginta et octo annos ad renovandum sub pensione duorum monętę Venecię dande, sicut legitur in cartula quam michi fecistis, et pro Deo et pro anima patris matrisque mee et pro remissione meorum peccatorum hoc vobis et ad S. Laurencium feci, et auctoriare [et defensare] et observare et non sinere minuere, neque ullo modo per ullum humanum ingenium frangere; set modis omnibus semper ego et mei heredes hanc proprietatem sub paena quadraginta solidorum luccensium firma vobis et vestris successoribus et ad S. Laurencium tenere promitto, [et si ego] et mei heredes contra agere voluerimus, promitto daturi iamdictam paenam, et paena [soluta], hec proprietas in perpetuum fir⟨ma⟩ maneat. Quam vero ego Petrus Immolensis notarius rogatus scripsi.

Ego Ricardus diaconus episcopi ibi fui et vidi et audivi et testis sum. Ego vero Laffius vidi et audivi et manus investitor et testis sum huius rei. Ego Guido de Lamberto de Caffarello vidi et audivi et testis sum. Ego Petrus de Guido de Breza vidi et audivi et testis sum. Ego Girardinus de Ugone de Petro de Uberto vidi et audivi et testis sum. Ego Petrocinus Asprandi vidi et audivi et testis sum.

II, 16. - Orig., mm. 345×190. Charta valde lacera est, praesertim secundum margines: in versu ND *legi nequit.*

599.

Imolae, 24 octobris 1157.

Canonici S. Laurentii Philippo Hugonis Bulgarelli concedunt in emphytheusim vineae petiam de fundo qui Vigumfabri dicitur.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius millesimo centesimo quinquagesimo VII, temporibus Adriani pape et Federici imperatoris, die octavo exeunte mense octobris, Imole, indictione v. Nos quidem in Dei nomine presbiter Petrus de Clusuria et presbiter Ubaldus et presbiter Rambertus atque presbiter Alexius et Macerada levita atque Rodulfus Asprandi nomine pacti concedimus et largimur tibi presenti in Christi nomine Philippo Ugonis Bulgarelli conductori pro te et pro tuis filiis et heredibus usque ad annos advenientes sexaginta et novem ad renovandum; idest rem iuris ecclesię nostre S. Laurentii, videlicet unam peciolam terre vineate que est posita in fundo qui vocatur Vigumfabri: ab uno latere tenes tu pro Miskina uxore tua, ab alio latere via, a duobus lateribus tenet Bertramus Alberti Bulgari et Bulgarus frater eius. Quantum habemus et tenemus infra hec latera designata et iamdicte ecclesie nostre pertinet ibi, concedimus et largimur tibi ad habendum, tenendum, possidendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis iamdictis sexaginta et novem ad renovandum. Ita ut inferas pensionem nobis nostrisque successoribus cum tuis filiis et heredibus omni mense marcii aut infra indictionem tres denarios monetę Venetię, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia accepimus a te mercedis nomine pro supradicta peciola terre vineate triginta solidos denariorum monete luccensis. Et nos iamdicti ordinatores cum nostris successoribus supradictam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare et hoc pactum firmum tenere promittimus tibi tuisque filiis et heredibus sub pena dupli, et post solutam penam, hoc pactum maneat firmum. Quod scripsi ego Pizolus Immolensis notarius.

Manus investitor fuit Orlandinus Calzolarius.

II, 17. - Orig., mm. 340×167.

600.

Imolae, 16 februarii 1158.

Vivianus de Flora vendit Quintavalli omnes actiones et pertinentias quas habet et tenet supra hortos in campo Sintali positos.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnacione eius MCLVIII, temporibus Adriani pape et Federici imperatoris, die XVI mensis februarii, Imole, indictione VI. Ego quidem in Dei nomine Vivianus de Flora do et vendo tibi Quintavalli emptori pro te et pro tuis heredibus et successoribus ; idest omnes actiones et omnes pertinentias quascumque habeo et teneo et michi pertinet de ortis quos habeo in Campo Sintali : ab uno latere tenet Gracianus de Ildebrando, ab alio latere iura S. Leonardi, a tertio latere Bulgari, a quarto latere iura S. Laurentii. Quicquid iuris vel actionis habeo et teneo et michi pertinet infra hec latera designata cum introitu et exitu suo et cum omnibus supra se et infra se et sibi pertinentibus, do et vendo tibi ad habendum, tenendum cum tuis filiis et heredibus, sicut habeo et teneo et michi pertinet, et licenciam innovandi habeas ad iura unde est, ad dandam pensionem in quantum tibi exinde pertinet. Pro eo quia accepi a te precium pro supradicta re denariorum monete luccensis soldos quadraginta et quinque. Et ab hinc in antea non liceat michi venditori neque meis heredibus ullo unquam in tempore de supradicta re facere questionem, reppetitionem, causationem aut litem movere neque contra te neque contra tuos filios vel heredes, neque per aliquam personam a me submissam vel submittendam, nec in placito neque extra placitum, neque quolibet modo. Promitto me preterea hec omnia supradicta auctoriare et defensare et hanc vendicionem firmam tenere tibi tuisque filiis et heredibus cum meis heredibus ab omni persona hominum sub pena dupli, et post solutam penam, hic contractus vendicionis maneat firmus. Quam scripsi ego Pizolus Immolensis notarius.

Testis et manus investitor fuit Rodulfinus de Ursa, Manzo de Otro, Vargaroia, Savarisius de Ragone, Guido de Gandulfo

Potesta, Ugo de Argenta, Morandolus de Camorara rogati fuerunt testes. Oddolus ⟨testis⟩.

II, 18. - Orig., mm. 400×147. In versu ND *in qua testis* Oddolus *omittitur*

601.

Imolae, 16 februarii 1158.

Canonici S. Laurentii Orlandino Calzolario cedunt in emphytheusim arvi petiam in fundo qui Isula cava appellatur.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius MCLVIII, temporibus Adriani pape et Federici imperatoris, die XVI mensis februarii, Imole, in claustro S. Laurentii, indictione VI. Nos quidem in Dei nomine presbiter Petrus de Clusura et presbiter Ubaldus atque presbiter Rambertus et presbiter Alexius nec non Macerada et Santernus nomine pacti concedimus et largimur tibi presenti Orlandino Calzolario conductori pro te et pro Athasia uxore tua et pro filiis et heredibus vestris usque ad annos advenientes sexaginta et octo ad renovandum; idest unam peciam terre laboratorie que est posita in fundo qui vocatur Isula cava: ab uno latere tenent filii Alberti Alberici, ab alio filia Zanundoli et Laurentius, a tercio Alidux, a quarto latere tenet Mascarone et consanguineus eius. Quantum infra hec latera designata iacet et ecclesie nostre S. Laurentii pertinet, concedimus et largimur tibi ad habendum, tenendum, possidendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis iamdictis sexaginta et octo ad renovandum: ita ut infera⟨s⟩ pensionem nobis nostrisque successoribus cum tuis filiis et heredibus omni mense marcii aut infra indictionem duos denarios monete Venetie. Pro eo quia accepimus a te vegetem unam appreciatam viginti soldos luccenses, ad retinendum vinum pro labore S. Laurentii. Et nos iamdicti ordinatores cum nostris confratribus et successoribus supradictam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare et hoc pactum firmum tenere promittimus tibi tuisque filiis et heredibus sub pena dupli, et post solutam penam, hoc pactum maneat firmum. Quod scripsi ego Pizolus Immolensis notarius. Manus investitor fuit Drutholus hostiarius.

II, 19. - Orig., mm. 160×180.

602.

Imolae, 3 martii 1158.

Canonici S. Laurentii Petro Liliani concedunt in emphytheusim duas arvi tornaturias de fundo Granariolo.

In nomine Domini Iesu Christi, amen. Anno eius incarnacionis millesimo centesimo quinquagesimo octavo, indicione sexta, in civitate Immola, in ecclesia S. Laurencii, die tercio intrante mense marcii, tempore Adriani pape et Federici inperatoris. Ego quidem in Dei nomine presbiter Petrus Clusurię presentibus et consencientibus fratribus meis videlicet et presbitero Ubaldo et presbitero Ramberto et presbitero Alexio et levita Bonifilii Maceratę facio pactum in sexaginta et novem annos ad renovandum tibi Petro da Liliani receptori pro te et pro coniuge tua nomine Maria et pro vestris successoribus de duabus turnaturiis terrę laboratorię cum omnibus sibi pertinentibus in Granariolo, territorio Cornelliensis, plebe S. Prosperi: a duobus lateribus iamdictę terrę tenet Petrus de Guido de Breza, a tercio latere tenet Gualdrada de Deraupatho, a quarto latere tenet Ubaldinus Ugonis Mendoli. Quantum infra hec latera permanet et S. Laurencius tenet, nomine iamdicti pacti habeas et teneas et possideas tu Petrus et tui successores ad iura S. Laurencii; ita sane ut omni marcii mense aut infra indicionem nomine pensionis dabitis ad S. Laurencium pro dicta terra denarios Venecię monetę duos tantum. Et nos prenominati canonici S. Laurencii auctoriare et observare et defensare vobis hoc pactum promittimus sub paena dupli; et si nos et nostri successores hoc pactum non observaverimus, promittimus tibi Petro Liliani daturi predictam paenam, et paena data, hoc pactum firmum maneat in sexaginta et novem annos, ut dictum est, ad renovandum. Pro eo vero quia mercedis nomine haccepimus de manibus tuis pro predictam terram pellem unam coopertam per viginti sollidos luccenses et mittimns in manibus tuis presbiterum Ubaldum ut te de predicta terra investiat et in possessionem te mittat, et rogamus Petrum Immolensem notarium ut hoc pactum scribat. Ego Petrus notarius rogatus scripsi. Ego presbiter Ubaldus manus investitor sum huius rei.

II, 20. - Orig., mm. 250×140.

603.

Imolae, 23 martii 1158.

Canonici S. Laurentii Petro et Divisiae eius uxori concedunt in emphytheusim petiam arvi sitam in fundo Clusura de supra dicto.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius millesimo centesimo quinquagesimo octavo, temporibus Adriani pape et Federici imperatoris, die nona exeunte mense marcii, Imole, indictione VI, in claustro S. Laurentii. Nos presbiter Petrus de Clusura, et presbiter Ubaldus atque presbiter Rambertus et presbiter Alexius et Macerada nomine pacti concedimus et largimur tibi presenti Petro conductori pro te et pro Divisia uxore tua et pro filiis et heredibus vestris usque ad annos advenientes sexaginta et octo ad renovandum ; idest unam peciam terre laboratorie que est posita in fundo qui vocatur Clusura de supra : ab uno latere tenet Petrus Gazese et Fantulinus nepos eius, ab alio Laphius, a tercio latere tenet Deustesalvet et frater eius, a quarto * *. Quam predictam peciam terre cum introitu et exitu suo et cum omnibus sibi pertinentibus concedimus et largimur tibi ad habendum, tenendum, possidendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis iamdictis sexaginta et octo ad renovandum; ita ut inferas pensionem nobis nostrisque successoribus cum tuis filiis et heredibus omni mense marcii aut infra indicionem duos denarios monete Venetie, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia accepimus a te mercedis nomine denariorum monete luccensis soldos xx, et nos iamdicti ordinatores cum [nostris] successoribus supradictam rem ab omni persona hominum auctoriare et de[fensare et observare et] hunc contractum firmum tenere promittimus tibi tuisque [filiis et heredibus s]ub pena dupli, et post solutam penam, hic contractus [maneat firmus]. Quem scripsi ego Pizolus Immolensis notarius. [Ego Pizolus Immolen]sis notarius manus investitor fui.

II, 21. - Orig., mm. 250×159. Charta aliquantulum lacera caret parte inferiore laeva ; in versu ND *fragmentum, et haec nota ab eodem notario apposita :* Appare Petri fratris presbiteri Ramberti.

604.

[Imolae], mense maii 1158.

Canonici S. Laurentii Zambonino concedunt in emphytheusim petiam terrae in Macerata sitam.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Ab eius nativitate anno millesimo centesimo quinquagesimo octavo, indicione VI, temporibus Adriani pape et Federici regis, die mensis madii, in ecclesia S. Laurenti. Nos quidem in Dei nomine presbiter Petrus et presbiter Rambertus per consensu fratrum nostrorum tibi Zambonino et uxori tue vestrisque heredibus facimus cartulam pacti de una pecia terre que est in Maserada infra hec latera: a duobus lateribus tu ipse, a tercio Albertus da Casale, a quarto Casano, territorio Corneliensi, plebe S. Laurenti. Quicquid infra hec latera manet, concedimus vobis habendum, tenendum, posidendum et in omnibus meliorandum in annis advenientibus sexaginta et novem ad renovandum; ita sane ut inferatis nobis nostrisque successoribus pensio omni anno mense marcii vel infra indicionem denarios duo Venecie, tantum, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia exinde accepimus de manibus tuis mercedis nomine solidos octo luccenses, et omnia supradicta ab omni persona hominum auctorizare et defensare vobis promittimus sub pena dupli, et soluta pena, hoc instrumentum pacti maneat firmum.

Ego Iohannes castri Immole notarius scripsi omnia supradicta.

II, 22. - Orig., mm. 225×137.

605.

Imolae, 14 decembris 1158.

Albertus Christiani et Aza uxor eius donant canonicis S. Laurentii arvi petiam de fundo qui vocatur Braita de Querzola.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius millesimo centesimo quinquagesimo octavo, tempo-

ribus Adriani pape et Federici imperatoris, die xiiii mensis decembris, Imole, indictione vi. Ego quidem in Dei nomine Albertus Christiani et Aza uxor eius presentibus et consentientibus filiabus nostris damus et donamus vobis presentibus presbitero Petro de Clusura et presbitero Ramberto acceptoribus vobis et pro confratribus vestris in ecclesia S. Laurentii servientibus et commorantibus ad propriam mensam canonicorum; idest unam peciam terre laboratorie quam habemus in fundo qui vocatur Braita de Querzola: ab uno latere tenet Iohannes de Rocia, ab alio Mattarus, a tercio Gambelaria, a quarto via. Quantum habemus et tenemus et nobis pertinet infra hec làtera designata cum omnibus supra se et infra se et sibi pertinentibus damus et donamus vobis canonicis S. Laurentii ad propriam mensam canonicorum S. Laurentii ad habendum, tenendum ad iura propria in perpetuum pro remissione peccatorum nostrorum et pro orationibus et psalmodiis et missarum sollempnitatibus quas semper vos et vestri successores facturi eritis. Et ab hinc in antea non liceat nobis neque nostris filiis et heredibus ullo umquam in tempore de supradicta re facere questionem, reppetitionem, causationem aut litem movere, neque contra vos neque contra vestros confratres et successores neque per aliquam personam a nobis submissam vel submittendam, neque a nostris filiabus vel heredibus eorum. Promittimus nos preterea supradictam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare et hanc donationem firmam tenere vobis vestrisque confratribus ac successoribus cum nostris heredibus. Et si contra fecerimus vel nos aut nostri heredes, tunc promittimus nos nostrosque heredes daturos penam vobis vestrisque successoribus penam quidem dupli prout res meliorata fuerit, et post solutam penam, hic contractus donationis causa mortis iure proprio in perpetuum maneat firmus. Quem scripsi ego Pizolus Immolensis notarius. Testis et manus investitor fuit Ugo Rozone, Milanensis filius eius, Mariscottus de Rodulfo, Petrus Guille, Iohannes Guitone, Martinus Calegarius, Rodulfus Ugonis de Rio rogati fuerunt testes.

II, 23. - Orig., mm. 318×178.

606.

Imolae, 13 septembris 1159.

Ildebrandinus faber canonicis S. Laurentii donat arvi petiam sitam in fundo qui Crux ferrea vocatur.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius MCL nono, temporibus * * pape et Federici imperatoris, die XIII mensis septembris, Imole, indictione VII. Ego quidem in Dei nomine Ildebrandinus faber pro anima Viviani filii mei, quia sic voluit et sic michi precepit, do et dono ad iura propria in perpetuum tibi presbitero Petro de Clusura accipienti pro te tuisque confratribus canonicis S. Laurentii vestrisque successoribus ad propriam mensam canonicorum; idest unam petiam terre laboratorie positam in fundo qui vocatur Crux ferrea: ab uno latere tenet Iohannes Arsus, ab alio filius Martini de Rusticello, a tercio Albertinus Ugonis de la Turre, a quarto latere via. Quicquid infra hec latera designata manet do et dono tibi, ut superius legitur, pro remissione peccatorum predicti Viviani filii mei et pro eterna illuminatione anime sue ad habendum, tenendum, disponendum et ordinandum et quicquid rectoribus iamdicte ecclesie in perpetuum placuerit faciendum. Et ab hinc in antea non liceat michi neque meis filiis vel heredibus ullo unquam in tempore de supradicta re facere questionem, reppetitionem, causationem aut litem movere neque contra predictam ecclesiam neque contra ibi servientes, neque per aliquam personam a me submissam vel submittendam, nec a meis filiis vel heredibus. Promitto preterea supradictam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare et hanc donationem causa mortis firmam tenere tibi tuisque confratribus ac successoribus cum meis filiis et heredibus; et si contra fecero vel ego vel mei heredes aut per aliquam personam a me vel a meis heredibus submissam vel submittendam sive in placito vel extra placitum aut quolibet modo, tunc promitto me meosque filios et heredes daturos penam duas uncias auri tibi tuisque confratribus ac successoribus, et post solutam penam, hic contractus donationis causa mortis in perpetuum maneat

firmus. Quem scripsi ego Pizolus Immolensis notarius. Testis et manus investitor fuit Lodoinus Iohannis Laurentii. Albertinus Ugonis de la Turre, Fantulinus de Pithriolo, Isnardus Ugonis de Bonzo, Zacheus, Zebelhomo, Albertinus de Massara, Iacobus Scalzatroiam, Ildebrandinus filius Martini de Rusticello rogati testes interfuerunt.

II, 24. - Orig., mm. 283×203.

607.

[Imolae], 6 octobris 1159.

Canonici S. Laurentii Druthogatto eiusque fratri Accarisio concedunt in emphytheusim casamentum in Imola situm.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius MCL nono, temporibus * * pape et Federici imperatoris, die VI intrante mense octubris, indictione VII. Ego quidem in Dei nomine presbiter Petrus de Clusura cum consensu canonicorum S. Laurentii confratrum meorum facimus pactum tibi Druthogatto pro te et Accarisio fratre tuo et pro vestris filiis et heredibus usque ad sexaginta et novem annos ad renovandum de uno casamento in civitate Imola: ab uno latere tenet Tancredus, ab alio Ildebrandinus, a tercio Tignosus de Girardo, a quarto latere via; ad habendum, tenendum cum vestris filiis et heredibus, ita ut inferatis pensionem nobis nostrisque confratribus et successoribus cum vestris filiis et heredibus omni mense marcii aut infra indictionem tres denarios monete Venetie. Pro eo quia accepimus a te mercedis nomine novem soldos luccenses; et nos iamdicti ordinatores cum nostris confratribus et successoribus supradictam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare et hoc pactum firmum tenere promittimus vobis vestrisque filiis et heredibus sub pena viginti solidorum luccensium, et post solutam penam, hoc pactum maneat firmum. Quod scripsi ego Pizolus Immolensis notarius. Manus investitor huius rei fuit Fantifilius Albertini de Bonofante.

II, 25. - Orig., mm. 176×142. In versu, eadem manu Appare Druthcli Macerate.

608.

Imolae, 28 ianuarii 1160.

Albertinus Ioannis Blanci Rodulpho episcopo S. Cassiani pro canonicis S. Laurentii acquirenti vendit duas terrae tornaturias de fundo Tuntula dicto.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius MCLX, temporibus * * pape et Federici inperatoris, indicione VIII, Imole, in claustrum S. Laurentii, die IIII exeunte mense ianuarii. Ego quidem in Dei nomine Albertinus Iohannis Blanci do et vendo tibi dompno Rodulfo episcopo S. Casiani acceptori pro te et pro canonicis S. Laurentii et pro vestris successoribus; idest omnes acciones et omnes pertinentias quascumque michi pertinent de duabus turnaturiis terre que sunt posite in fundo qui vocatur Tuntula, si proprium est ad iura propria, si conducticias licenciam innovandi: ab uno latere Petrus Guarinus, a duobus lateribus Guidolinus de Ingeza, a quarto via. Quantum habeo et teneo et michi pertinet infra hec latera designata cum introitu et exitu suo et cum omnibus sibi pertinentibus do et vendo vobis ad habendum, tenendum . . . successoribus. Pro eo quia profiteor me accepisse a vobis III . . . XV solidos monete luccensis. Et ab hinc in antea non liceat michi [or]dinatori neque meis heredibus ullo unquam in tempore facere questionem, repetitionem, causationem aut litem movere neque contra vos, neque contra vestros successo[res, ne]que per aliquam personam a me submissam vel submittendam, nec in placito ne[que ext]ra placitum, neque per colibet modo. Promitto me preterea supradictam rem ab omni persona ho[minum au]ctoriare et defensare, et hanc vendicionem firmam tenere vobis [vestrisque succes]soribus cum meis heredibus sub pena dupli, et post solutam penam, hic contractus venditionis maneat firmus. Quem scripsi ego Traccus Imolensis notarius. Testis et manus investitor fuit Girardinus de Petro Uberti, Peregrinus Petri Bulgari, presbiter Albertus de S. L(e)onardo, Alesio Cantoni, Almericus, Ugolinus Imolensis rogati fuerunt testes.

II, 26. - Orig., mm. 300×152. Charta arrosa est secundum marginem sinistrum.

609.

Imolae, 26 iulii 1160.

Canonici S. Laurentii Ioanni de Bono concedunt in emphytheusim vineae petiam sitam in fundo qui Felegarium dicitur.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius MCLX, temporibus * * pape et Federici imperatoris, die VI exeunte mense iulii, Imole, indictione VIII. Ego quidem in Dei nomine presbiter Petrus Clusurie cum consensu canonicorum S. Laurentii confratrum meorum nomine pacti concedimus et largimur tibi Iohanni de Bono conductori pro te et pro Alfania matre tua et pro vestris filiis et heredibus usque ad annos advenientes sexaginta et novem ad renovandum, et post pactum expletum, vadat XXI annis; idest unam peciam terre vineate in fundo qui vocatur Felegarium: ab uno latere tenet Mattarus et Ugo de Ducia, ab alio iura S. Marie in Regula, a tercio Bertone, a quarto latere Albertinus Buternus et Balbus de Imiza; ad habendum, tenendum, possidendum, defensandum in annis iamdictis sexaginta et novem ad renovandum, et post completos supradictos annos, vadat, ut supra dictum est, XXI annos. Ita ut inferas pensionem vobis nostrisque confratribus cum tuis filiis et heredibus omni mense marcii aut infra indicionem quattuor denarios monete Venetie, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia accepimus a te mercedis nomine XII solidos luccenses, et nos iamdicti ordinatores cum nostris confratribus et successoribus supradictam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare et hoc pactum firmum tenere promittimus tibi tuisque filiis et heredibus, et si contra fecerimus vel nos aut nostri confratres et successores, tunc promittimus nos nostrosque confratres et successores daturos penam dupli tibi tuisque filiis et heredibus, et post solutam penam, hoc pactum maneat firmum. Quod scripsi ego Pizolus Immolensis notarius. Manus investitor fuit Guithraldus.

II, 27. - Orig., mm. 208×200.

610.

[Imolae], ... 1160.

Laphius, iuramento interposito, exponit coram notario et multis testibus quaenam fuerit ultima voluntas Santerni filii quondam Pepoli de Baldolo.

Anno ab incarnatione Domini millesimo centesimo LX, die V to exeu[nte mense . . . in cano]nica S. Lau[rentii], indictione VIII. Dum adessem ego quidem in Dei nomine Pizolus Im[molensis notarius] . . . et ibi mecum quamplures homines nomina quorum sunt hec, videlicet: Ubertinus Ugonis Ild[ebrandi . . B]onumvinum, Asprandus et Petricinus atque Zacharias filii sui, Alexius . . . no, Laurentius consanguineus . . . us [de] Aggo, Gibertinus de Zusfritho, Isnardus et Orlandinus atque Agrestolus fratres filii Gandulfi Potesta, Ramb[erti]nus [Azo]nis de Fusco,[1] Ugolus de Tallaferro, Philippolus et Bulgarellus frater eius, Alfirolus, Albertinus de Vall . . cla . . Nigrolus Petri de Albertello, Ugo Caukinaldus, Petricinus Capellus, Lodoinus Iohannis Laurentii et . . nis frater eius, Ugo Rozone, Quintavallis, Albertinus de Brunitto, Tignosus de Girardo, Iohannes Rambaldus, Marco . . . nello, Petrus de Zanundalo, Rodulfinus Ugonis de presbitero Iohanne, Guerrula, Michael filius Thome; in presencia omnium istorum et aliorum quamplurium qui ibi aderant, accedens Laphius qui preparatus erat ad capsellam accipien[dam ad eun]dum ad S. Iacobi limina et aliorum sanctorum, ob timorem et amorem Dei et beati Laurentii iureiurandum supra [sancta] Dei evangelia corporaliter prestito, iuravit et dixit se vidisse et audivisse Santernum filium quondam Pepoli de Baldolo in sua ultima voluntate, adhibitis ibi bonis hominibus pro futuro testimonio, audivit inquam . . . dixisse quod instituit filiam suam heredem omnium suorum bonorum, et si ipsa decederet sine filiis vel si viveret, voluit et iudicavit ut Gisla uxor sua haberet terram quam comperavit a Santerno filio A[l]duini in Filzo, et vineam de Ca . . . et XX soldos S. Cassiano; et si quidem ipsa filia sua moreretur sine filiis voluit ut haberet terram suam de Runco de Paulo, et casam suam de Ravenna, et casam suam et casamentum ...... et ecclesia S. Laurentii

haberet terram suam positam prope crucem S. Christine, et monast[erium S. Marie in] Regula haberet terram suam de Morethano; et ambe ecclesie darent tres libras luccenses g . . . . Et ego Pizolus Immolensis notarius hec omnia scripsi sicut vidi et audivi ab ipso Laphio. [Hec omnia scribere] Laphius michi iussit. Nomina quidem illorum qui vocati ad predictam ultimam voluntatem fuerunt Nigrolus Petri de Albertello et Bartolottus filius eius, Ugo Kaukinaldus, Ugo Basavinum, Bonbarone, Vivianus de Galicia, Mallabiccum.

II, 28. - Orig., mm. 210×235. Charta passim lacera est.

[1] *Quod ad restitutionem cf. nn. 119, 152, 193.*

611.

Imolae, 19 februarii 1161.

Canonici S. Laurentii Orlandino et Balduino in emphytheusim concedunt duas arvi tornaturias de fundo qui Casaltuila vocatur.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius MCLXI, temporibus * * pape et Federici imperatoris, die x exeunte mense februarii, Imole, indictione nona. Ego quidem in Dei nomine Macerada levita et canonicus ecclesię S. Laurentii cum consensu et voluntate confratrum meorum et canonicorum eiusdem ecclesię concedimus et largimur tibi Orlandino filio Ubertini de Orlando conductori pro te et pro Bona uxore tua in medietate dicende rei; in alia vero medietate tibi Balduino filio Imelde de Fulkis pro vobis quidem et pro vestris filiis et heredibus usque ad annos advenientes sexaginta et novem ad renovandum; idest unam peciolam terre laboratorie computatam duas turnaturias in fundo qui vocatur Casaltuila: ab uno latere limes, ab alio Petricinus Sclavone, a tertio heredes Alberti Athalasie, a quarto latere Ugizone Iohannis Rigize; ad habendum, tenendum cum vestris filiis et heredibus usque ad predictos annos ad renovandum. Ita ut inferatis pensionem nobis nostrisque successoribus cum vestris filiis et heredibus omni mense marcii aut infra indicionem tres denarios monete Venetie, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia accepimus a vobis mercedis nomine XII solidos, et nos iamdicti ordinatores cum nostris confratribus et successoribus supradictam

rem ab omni persona hominum auctoriare et defensase et hoc pactum firmum tenere promittimus vobis vestrisque filiis et heredibus, et si contra fecerimus vel nos aut nostri successores, tunc promittimus nos nostrosque successores daturos penam dupli vobis vestrisque filiis et heredibus, et post solutam penam, hoc pactum maneat firmum. Quod scripsi ego Pizolus Immolensis notarius. Manus investitor fuit Albericus Iohannis Cavallerii.

II, 29. - Orig., mm. 250 × 165. In versu, manu saec. XIII Balduinus Baldoi et cartula expleta.

612.

[Imolae], 4 iunii 1161.

Bulgarus Alberti Bulgari et Marsibilia uxor eius canonicis S. Laurentii concedunt in emphytheusim duas arvi tornaturias de fundo Crux ferrea dicto.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius MCLXI, temporibus * * pape et Federici imperatoris, die IIII intrante mense iulii, indictione nona. Ego Bulgarus Alberti Bulgari et Marsibilia uxor eius nomine pacti concedimus et largimur vobis presentibus presbitero Petro et presbitero Ubaldo sacerdotibus ecclesie S. Laurentii pro vobis et confratribus vestris usque ad annos advenientes sexaginta et novem ad renovandum; idest duas turnaturias terre laboratorie que sunt posite in fundo qui vocatur Crux ferrea: ab uno latere Scilice, ab alio * *, a tertio * *, a quarto latere * *; ad habendum, tenendum cum vestris confratribus et successoribus usque ad predictos annos ad renovandum. Ita ut inferatis nobis nostrisque filiis et heredibus cum vestris confratribus et successoribus omni mense marcii aut infra indicionem unum denarium monete luccensis, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia accepimus a vobis mercedis nomine XVI solidos luccenses; et nos iamdicti ordinatores cum nostris filiis et heredibus supradictam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare et hoc pactum firmum tenere promittimus vobis vestrisque confratribus et successoribus sub pena dupli, et post solutam penam, hoc pactum maneat firmum. Quod scripsi ego Pizolus Immolensis notarius. Testis et manus investitor fuit presbiter Henricus, Peppo

clericus filius Martini Natalis de Felegaria, Gualfreducius nepos presbiteri Iohannis de S. Petro in Lacuna, Drutholus hostiarius, Athelmus nepos presbiteri Petri Clusurie rogati fuerunt testes.

II, 30. - Orig., mm. 250×160.

613.

[Imolae], 28 novembris 1161.

Conventio facta inter canonicos S. Laurentii et monachos S. Mariae in Regula.

Anno Domini MCLXI, temporibus * * pape et Federici imperatoris, die III exeunte menso novembris, indictione nona. Notitia recordationis qualiter dompnus Dominicus abbas cum consensu monachorum et presbiter Petrus Clusurie et presbiter Ubaldus nec non presbiter Alexius et Macerada canonici S. Laurentii conventionem atque obligacionem fecerunt inter se, videlicet quando monaci S. Mariae vocati erunt ad untionem illorum hominum qui sepeliendi erunt monasterio S. Marie, ipsi debent vocare aut facere vocare canonicos S. Laurentii, et si sunt capitanei aut valvasores, canonici S. Laurentii debeant ungnere cum oleo monasterii; alias vero personas de populo capelanus proprie de claustro monasterii debeat ungere, et si capelanus proprie de claustro non habuerint, canonici ungere debent cum oleo monasterii. Si vero quandoque canonici vocati fuerint ad illum ungendum qui debeat sepelire monasterio, canonici debeant vocare monachos ut veniant cum suo oleo. Similiter autem quando canonici vocati fuerint ad unctionem qui debeant sepeliri S. Laurentio, videlicet maiorum de populo, debeant invitare monachos si ipsi voluerint venire. Preterea convenerunt quod nullus ipsorum debeant recipere ad sepeliendum aliquem de parentela que est usa sepeliri sive monasterio, sive plebi, nisi devotione vel religione fecerit. Atque insuper promiserunt inter se rectam fidem habere ad proficuum et honorem utrarumque partium. Preterea posuerunt quod non recipient aliquem de capelanis Imole preter suos capelanos, neque ad cantoriam, neque ad paramentum, neque ad mensam quem cognoverint odio alterius partis illuc ire; et si contrarietas aliqua vel labor pro hoc apparuerint,

promiserunt honus equaliter portare. Si qua vero pars excesserit modus aut lis aliqua apparuerint vel offensio, infra xxx continuos dies postquam requisita fuerit, emendare debeat; et si emendare noluerint et hec omnia non observaverint, det pars parti fidem servanti penam c solidos, et post solutam penam, hec conventio maneat firma. Actum est hoc in domo iamdicti abbatis; et ego Pizolus Immolensis notarius hoc scripsi.

II, 31. - Orig., mm. 287×175. — Zaccaria, I, 176.

614.

Imolae, 18 ianuarii 1162.

Canonici S. Laurentii Tignoso concedunt in emphytheusim nonnullas petias terrae diversis in locis sitas.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnacione eius MCLXII, temporibus * * pape et Federici imperatoris, die XVIII mensis ianuarii, Imole, in ecclesia S. Laurentii, indictione X. Nos presbiter Petrus Clusurio et presbiter Rambertus canonici S. Laurentii cum consensu confratrum nostrorum canonicorum predicte ecclesie nomine pacti concedimus et largimur tibi Tignoso Albertini de presbitero Alberto conductori pro te et Ugolino fratre tuo et pro filiis et heredibus vestris usque ad annos advenientes sexaginta et novem ad renovandum; idest unam peciam terre laboratorie quam habemus in fundo qui vocatur Cornitha: a duobus lateribus sunt limites, a duobus lateribus tenent heredes Mariscotti; et aliam peciam terre in fundo qui vocatur Secundum: ab uno latere limes, ab alio heredes Ugolini Oclubelli, a tertio Ugolinus Gasdie, a quarto latere Volinterius cum consortibus suis; et in fundo qui vocatur Prathore concedimus vobis unam peciam terre: ab uno latere Almericus Zanioli, ab alio Aldini, a tertio Martinus Cethrene, a quarto latere * *; inter hec omnia sunt computata x tornaturias et si plus vel minus est in eodem contractu permaneat ad habendum, tenendum, possidendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis predictis ad renovandum. Ita ut inferatis nobis nostrisque confratribus et successoribus cum vestris filiis et heredibus omni mense marcii aut infra indictionem tres denarios monete luc-

censis, tantum, ut dictum est, pensio persolvatur. Pro eo quia accepimus a vobis mercedis nomine octo libras luccenses, v solidos minus. Et nos iamdicti ordinatores cum nostris confratribus et successoribus supradictam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare et hoc pactum firmum tenere promittimus vobis vestrisque filiis et heredibus sub pena dupli, et post solutam penam, hoc pactum maneat firmum. Quod scripsi ego Pizolus Immolensis notarius. Manus investitor fuit Ubertinus Ugonis de Boncio.

II, 32. - Orig., mm. 258×160.

615.

Imolae, 3 martii 1162.

Canonici S. Laurentii Ubaldino Gazese concedunt in emphytheusim arvi petiam sitam in fundo qui Clusura de supra appellatur.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius MCLXII, temporibus * * pape et Federici imperatoris, die tercio intrante mense marcii, Imole, in claustro canonice S. Laurencii, indictione XI.[1] Ego quidem in Dei nomine presbiter Petrus Clusurie cum consensu canonicorum S. Laurentii confratrum meorum nomine pacti concedimus et largimur tibi Ubaldino Gazese conductori pro te et Paulo fratre tuo et pro tuis filiis et heredibus usque ad annos advenientes sexaginta et novem ad renovandum ; idest medietatem unius turnaturie terre laboratorie que est posita in fundo qui vocatur Clusura de supra : a duobus lateribus tenes tu Ubaldinus, ab aliis duobus lateribus tenet Fantolinus de Zoibolis ; ad habendum, tenendum et in omnibus meliorandum in annis supradictis ad renovandum. Ita ut inferas nobis nostrisque confratribus et successoribus cum tuis filiis et heredibus omni mense marcii aut infra indictionem duos denarios monete Venetie, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia accepimus a te mercedis nomine XII solidos luccenses et medium. Et nos iamdicti ordinatores cum nostris confratribus et successoribus supradictam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare et hoc pactum firmum tenere promittimus tibi tuisque filiis et heredibus sub pena dupli,

et post solutam penam, hoc pactum maneat firmum. Quod scripsi ego Pizolus Immolensis notarius. Manus investitor fuit Tedericus Gazese, Maccolus, Ugo Rodulfi, Ubertinus de Iudice rogati interfuerunt testes.

II, 33. - Orig., mm. 270×122.

[1] *Indictio XI respondet anno 1163.*

616.

Imolae, 17 iunii 1162.

Canonici S. Laurentii Ioanni de Ingizello concedunt in emphytheusim duas arvi petias sitas in fundo qui Zagunia vocatur.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius MCLXII, temporibus * * pape et Federici imperatoris, die XVII mensis iunii, Im[ole, ind]ictione x. Ego quidem in Dei nomine presbiter Allexius cum consensu canonicorum S. Laurentii confratrum meorum nomine pacti concedimus et largimur tibi Iohanni de Ingizello acceptori pro te et Gualdratha uxore tua vestrisque filiis et heredibus usque ad annos advenientes sexaginta et novem ad renovandum; idest duas petiolas terre laboratorie que sunt posite in fundo qui vocatur Zagunia: ab uno latere Ildebrandus Bilinelli, ab alio heredes Peregrini, a tercio heredes Guidonis Grosse, a quarto Castellare: ab uno latere alterius pecie supradictus Il[debrandus], ab alio heredes Peregrini, a tercio heredes Guidonis Grosse * *. Quas predictas duas peciolas terre cum introitu et exitu suo et cum omnibus sibi pertinentibus concedimus et largimur vobis ad habendum, tenendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis supradictis ad renovandum. Ita ut inferatis pensionem michi meisque confratribus et successoribus cum vestris filiis et heredibus omni mense marcii aut infra indictionem duos denarios monete Venetie, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia accepimus a vobis mercedis nomine pro supradicta re denariorum monete luccensis solidos viginti. Et nos supradicti locatores cum nostris confratribus et successoribus supradictam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare et hoc pactum firmum tenere promittimus vobis vestrisque filiis et here-

dibus sub pena dupli, et post solutam penam, hoc pactum maneat firmum. Quod scripsi ego Pizolus Immolensis notarius. Manus investitor fuit Carulus.

II, 34. - Orig., mm. 250×184. In versu ND.

617.

Imolae, 20 augusti 1162.

Testamentum Petricini de Lillani.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius MCLXII, temporibus * * pape et Federici imperatoris, die XX mensis augusti, Imole, indictione X. Ego quidem in Dei nomine Petricinus de Lillani volo et iudico ut ecclesia S. Laurentii proprie ad mensam canonicorum habeat unam petiam terre laboratorie quam habeo in burgo Lillani, ut in quocumque tempore Imola filiastra mea et Petrus vir eius persolverint XX solidos luccenses canonicis S. Laurentii pro anima mea, habeant enim et teneant iure institutionis ad iura propria in perpetuum; et insuper instituo eos heredes michi de uno casamento cum casa super se quod habeo in civitate Imola, sicut habeo et teneo et michi pertinet de casa de Ildebrandis; et volo ut uxor mea Maria habeat ad iura propria unam peciam terre quam habeo in predicto burgo Lillani; terra vero quam relinquo S. Laurentio est illa supra quam residet Iohannes Macagnanus, et illa quem relinquo uxori mee est ex alia parte vie predicti burgi. Sed alia omnia relinquo in usufructu uxoris mee quecumque michi pertinet in predicto loco Lillani, aut ubicumque est omnibus diebus vite sue, et post suum obitum nepos meus Ugolinus persolvat X solidos luccenses, quinque pro pignore et XXX denarios presbitero Petro de Lillani, et alios XXX denarios pro anima mea, et habeat illud quod michi pertinet in predicto loco Lillani, excepto illud quod do et relinquo uxori mee ad iura propria, et relinquo canonicis S. Laurentii pro anima mea. Sic enim volo et iudico et sic est mea ultima voluntas. Si quis vero contra hoc meum iudicium, quod iudicavi, ire vel agere aut infringere et non observare temptaverit, det penam camere imperatoris unam unciam auri, et post solutam penam, hoc meum iudicium

et ultima voluntas maneat firma. Quod scripsi ego Pizolus Immolensis notarius.

Testes fuerunt rogati Petricinus Iohannis Sassoli, Guido filius eius, Iohannes Capellum, Iohannes de Bonosavire, Rozirolus Rodulfini, Numai de Paulo, Felicissimus rogati fuerunt testes. Et Petrus faber fuit manus investitor de illo quod iamdictus Petricinus dedit et reliquit canonicis S. Laurentii.

II, 35. - Orig., mm. 310×216. In calce parva alia charta, manu saec. XII, assuta est in qua legitur Albertinellus, Bonusfilius, Petritinus filii quondam de Rodulfo Machagnano; isti habent et tenent terram quam reliquid Petricinus de Lilano ad ecclesiam S. Laurencii de Ymola: ab uno latere ecclesia Sancti Mamc, ab alio Petrus Raupe, a tercio Iohannes de Gandulfolo de Cantamissa, a quarto via.

618.

[Imolae], 21 martii 1163.

Monachi S. Mariae in Regula Gandulfino et Aldratho concedunt in emphytheusim nonnullas arvi petias et casamentum in Bibano situm.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius MCLXIII, temporibus * * pape et Federici imperatoris, die undecimo exeunte mense martii, indictione XI, in claustro monasterii S. Marie in Regula. Ego quidem in Dei nomine dompnus Dominicus abbas predicti monasterii libellum concedo et largior vobis Gandulfino et Aldratho cum consensu monachorum eiusdem monasterii in me⟨dietate⟩ dicende rei tibi Aldratho, in alia vero tibi Galdulfino, conductoribus pro vobis et pro vestris filiis et heredibus masculis usque ad annos advenientes XX et novem ad renovandum; et si filios masculos non habueritis, deveniat uni filie vestre cui designare volueritis; idest duas petias terre: una vero est posita in fundo qui vocatur Platolethum et est computata duas turnaturias: ab uno latere heredes abbatis Bonivini, ab alio Martinellus clericus, a duobus limes; alia petia in Runco fabri et est clauda: a duobus lateribus limes, a tertio Zabata et Tasca, a quarto riu⟨s⟩ Silice. Et insuper concedo vobis acceptoribus pro Aldegarda V turnaturias terre in Platoletho: ab uno latere Eliachim, ab ⟨alio⟩

Peregrinus Petri Guarini, a tertio iura monasterii nostri. Et insuper unum casamentum in Bibano et de hoc debeatis dare unum starium grani et unum pullum et commestionem in placito. Que omnia cum introitu et exitu suo et cum omnibus sibi pertinentibus concedo et largior vobis ad habendum, tenendum, supersedendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis iamdictis ad renovandum. Ita ut inferatis michi meisque successoribus omni mense marcii aut infra indictionem VIII denarios monete luccensis pro supradicta terra, tantum, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia accepi a vobis mercedis nomine pro supradicta re denariorum monete luccensis solidos VIIII et medium. Et ego iamdictus ordinator cum meis confratribus et successoribus supradictam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare et hunc libellum firmum tenere promitto vobis vestrisque filiis, eo tenore ut non liceat vobis nec vendere, nec donare, neque ullum contractum facere nisi in monasterio nostro. Si quis vero nostrarum ambarum partium contra hec, que superius leguntur, agere vel ire vel infringere et non observare temptaverit, det pars parti fidem servanti nomine pe(ne) dupli, et post solutam penam, hic libellus maneat firmus. Quem scripsi ego Traccus Imolensis notarius.

II, 36. - Orig., mm. 290×160.

619.

[Imolae], 4 iunii 1163.

Guilica abbatissa monasterii S. Stephani canonicis S. Laurentii concedit in emphytheusim arvi petiam de fundo Stapholo.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione MCLXIII, temporibus * * pape et Federici imperatoris, die IIII intrante mense iunii, in claustro monasterii S. Stephani et S. Marie in Zagonia, indictione XI. Ego Guilicha abbatissa monasterii S. Stephani cum consensu monacharum eiusdem monasterii nomine pacti concedo et largior vobis presbitero Petro Clusurie et presbitero Ubaldo canonicis S. Laurentii conductoribus pro vobis et pro confratribus et successoribus vestris usque ad annos advenientes sexaginta et novem ad renovandum; idest unam peciam terre laboratorie computata tres turnaturias, et si plus est, in

eodem contractu permaneat: ab uno latere tenet Martinus Leticie, ab alio vos conductores, a tercio Guidolinus Serre et Orlandinus, a quarto Gerardus Mellitigatus. Quam predictam peciam terre positam in fundo qui vocatur Stapholum cum introitu et exitu suo concedo et largior vobis ad habendum, tenendum et in omnibus meliorandum in annis advenientibus supradictis ad renovandum. Ita ut inferatis michi meisque successoribus cum vestris successoribus omni mense marcii aut infra indictionem unum denarium monete luccensis, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo qui accepi a nobis mercedis nomine viginti et septem solidos denariorum monete luccensis. Et ego iamdicta Guilicha abbatissa cum meis confratribus et consororibus ac successoribus supradictam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare et hunc contractum firmum tenere promitto vobis vestrisque confratribus ac successoribus. Si quis vero nostrarum ambarum partium contra hec fecerit, det pars parti fidem servanti penam duarum unciarum auri, et post solutam penam, hoc pactum maneat firmum. Quod scripsi ego Pizolus Immolensis notarius.

Testes rogati pro futuro testimonio interfuerunt presbiter Isnardus, Isachattus, Ubertinus de Iudice.

(Aa). Ego Guilica S. Marie in Diaconia abbatissa manu mea subscripsi. Ego Imilda subscripsi. Ego Angelica subscripsi. Ego Imilla subscripsi. Ego Burga subscripsi. Ego Itta subscripsi. Ego Milliana subscripsi. Ego Scotia subscripsi.[1]

II, 37. - Orig., mm. 395×185.

[1] *Primae quinque subscriptiones eadem manu, ultime tres alia manu exaratae videntur.*

620.

[Imolae], die 1 ... [1163].

Canonici S. Laurentii Petro de Vithretho concedunt in emphytheusim arvi petiam sitam in fundo qui vocatur Ulmitha.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnacione eius ... * * pape et Federici imperatoris, die primo ..... indictione XI,[1] in claustro canonice S. Laurentii. Nos quidem in Dei nomine presbiter Petrus et ..... [cum consen]su confratrum nostrorum canonicorum S. L[aurentii nomine pacti conce]dimus et

largimur tibi Petro de Vith[retho pro te et pro] . . vitia uxore tua et pro filiis et heredibus vestris usque ad annos advenientes sexaginta et novem ad renovandum; idest unam peciam terre laboratorie que est posita in fundo qui vocatur Ulmitha: ab uno latere tenet Laphius, ab alio heredes Brunitti et iura S. Marie, a tercio filius Ugonis Rodulfi, a quarto latere heredes Ugonis Martignani. Quam predictam peciam terre cum introitu et exitu suo et cum omnibus sibi pertinentibus concedimus et largimur vobis ad habendum, tenendum, et in omnibus meliorandum in annis supradictis ad renovandum. Ita ut inferatis nobis nostrisque confratribus et successoribus cum vestris filiis et heredibus omni mense marcii aut infra indicionem nomine pensionis unum denarium monete l[uccensis, tantum pensio, ut] dictum est, persolvatur. Pro eo quia accepimus a vob[is mercedis nomine] denariorum monete luccensis libras quattuor. [Et nos iamdicti ordinatores] cum nostris confratribus et successoribus supradictam rem ab o[mni persona hominum auctoriare] et defensare et hoc pactum firmum tenere promittimus vobis vestr[isque filiis] et heredibus. Si quis vero nostrarum ambarum partium contra fecerit, det pars parti fidem servanti penam dupli, et post solutam penam, hoc pactum maneat firmum. Quod scripsi ego Pizolus Immolensis notarius et huius rei manus investitor fuit.

II, 38. - Orig., fragmentum, mm. 290×150. Charta duobus in locis caret margine dextero. In versu, eadem manu Petri [de] Vithretho.

[1] *Annus 1163 desumitur ex indictione XI et ex instrumentis a notario Pizolo rogatis inter annos 1159 et 1176, quo tempore summi pontificis fere non fit mentio.*

621.

Imolae, 30 martii 1164.

Ioannes de Anna canonicis S. Laurentii per transactionem cedit vineae petiam, de qua lis erat, positam in loco qui vocatur Sollum.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius MCLXIIII, die secundo exeunte mense martii, Imole, in ecclesia S. Laurentii, indictione XII. Dum adessem ego quidem in Dei nomine Pizolus Immolensis notarius in predicto loco et ibi mecum quamplures boni homines, videlicet Bulgarellus Ugonis Petri Bulgari atque Ungarellus Iohannis Bricie et Ubertinus de Iudice

consules pro imperatore, et Albertus de Mediolano legis peritus necnon Bonzo de Martignanis et Strufolus atque Philippolus et Guido de Aimelina et Alkirolus Gandulfi atque Almericus Iohannis de Apolino in istorum omnium presentia et aliorum quampluriurn ibi astantium accessit Iohannes de Anna et apprehendit virgam in manu sua et misit in manus pesbiteri Petri et presbiteri Ramberti canonicorum S. Laurentii pro illis et confratribus illorum et dixit: Ecce ego prefatus Iohannes pro me et filio meo diffinio et transigo vobis vestrisque confratribus unam peciam terre vineate quamtacumque est, de qua lis erat inter nos, que est posita in loco qui vocatur Sollum: a duobus lateribus iura predicte ecclesie vestre S. Laurentii, a tercio canale, a quarto * *. Quod ab hinc in antea non liceat michi neque meis filiis et heredibus de iamdicta re facere questionem, reppetitionem, causacionem aut litem movere neque contra vos neque contra vestros confratres et successores, neque per aliquam personam a me submissam vel submittendam, nec in placito nec extra placitum, neque quolibet modo. Pro eo quia accepi a vobis v solidos luccenses. Et si contra fecero vel ego vel mei heredes, tunc promitto me meosque heredes daturos penam quadraginta soldos denariorum monete luccensis, et post solutam penam, hec diffinitio et transactio in perpetuum maneat firma. Quam scripsi ego Pizolus Immolensis notarius.

II, 39. - Orig., mm. 260×114. In versu, eadem manu Transactio quam Iohannes de Anna fecit de vinca de Sollo; *manu saec. XIII* Hec est cartula de vinca canalis.

622.

Imolae, 8 iunii 1165.

Canonici S. Laurentii Ambrosio eiusque uxori Bonaefeminae cedunt in emphytheusim arvi petiam in fundo qui vocatur Penithi.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius MCLXV, temporibus * * pape et Federici imperatoris, die octavo intrante mense iunii, in canonica S. Iacobi de burgo Imole, indictione XIII. Ego quidem in Dei nomine presbiter Allexius cum consensu canonicorum S. Laurentii confratrum meorum nomine pacti concedo et largior tibi Ambrosio in quarta

parte dicendo rei, in tribus vero partibus tibi Bonefemine uxori iamdicti Ambrosii acceptoribus pro vobis et pro vestris filiis et heredibus usque ad annos advenientes sexaginta et novem ad renovandum; idest unam peciam terre laboratorie que est posita in fundo qui vocatur Penithi: ab uno latere presbiter Ubaldus, ab alio Rodulfinus Urse, a tertio limes, a quarto latere Oldifredus et Carolus atque Beldathus. Quantum infra hec latera designata iacet cum introitu et exitu suo et cum omnibus sibi pertinentibus concedo et largior vobis ad habendum, tenendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis supradictis ad renovandum. Ita ut inferatis pensionem michi meisque confratribus et successoribus cum vestris filiis et heredibus omni mense marcii aut infra indicionem unum denarium monete luccensis, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia accepi a vobis mercedis nomine pro supradicta re denariorum monete luccensis libras tres et quinque solidos. Et ego supradictus locator cum meis confratribus et successoribus supradictam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare et hoc pactum firmum tenere promitto vobis vestrisque filiis et heredibus: et si contra fecero vel ego aut me⟨i⟩ confratres vel successores, tunc promitto me meosque confratres et successores daturos penam dupli vobis vestrisque filiis et heredibus, et post solutam penam, hoc pactum maneat firmum. Quod scripsi ego Pizolus Immolensis notarius. Manus investitor fuit Bazalerius filius Balduini.

II, 8. - Orig., mm. 222×145.

623.

Medicinae, 19 novembris 1165.

Clarissima filia quondam Rainerii de Fabro Bonofilio da la Cruce refutat terrae petiam in curte Treforcia sitam.

Anno Domini millesimo CLXV, indicione XIII, regnante Federico imperatore, actum in c[astr]o Medicine, XIII kalendas decembris, plebe Buita, territorio Bononiensi. Omnis autem c.... entia seu promissiones atque obligationes etiam diffinitiones quod inter ho[mines u]niuntur oportet inferi per manus notarii in cartulis vel in membranis ut..... mius agnoscantur ne altercatio fiat inter partes. Idcirco spondeo.... seu obligo atque diffinitionem

fatio et refutationem ego [Clarissima filia (?)] quondam Rainerio de Fabro tibi Bonusfilius da la Cruce tuis[que filiis et heredibus] de petia una terre que iacet in curte Treforcia in loco qui dicitur . . . . . ab uno latere suprascriptus Bonusfilius, alio latere ecclesia ⟨S.⟩ Iohannis et a tercio . . . . . . iamdicta Clarissima, a quarto latere Salperti. Pro qua difinitionem et refutationem accepi ego Clarissima a te Bonusfilius tuisque filiis, idest decem et octo denarii luccenses et pisani dati et consignati coram testibus. Ab hac ora in antea nec ego predicta Clarissima, nec aliquid ex meis heredibus, nec agere nec causare, neque molestiam facere, neque in placito neque extra placito, neque per ulium modum vel ingenium contra te, neque contra tuos heredes, quod si fecerimus pene nomine dupla terra in consimili loco, sicut fuerit meliorata, tibi Bonusfilius tuisque filiis et heredibus restituamus, et pena soluta, omnia suprascripta firma permaneant semper. Signa manus mea suprascripta Clarissima qui hunc breve diffinitionis atque refutationis seu obligationis, sicut superius legitur, scribere rogavi Salathiel Medicine tabellionem coram testibus. Haec sunt nomina testium : Petro Munso, Iohannes Bonus Testaardita, Guidozecto Ugicione Balurdo, Ubaldo de Maria de Iohanne de Faber, Peppolo de . . .

II, 41. - Orig., fragmentum, mm. 176×185. Charta, a qua pars inferior recisa fuit, valde lacera est secundum margines.

624.

Imolae, 31 decembris 1165.

Canonici S. Laurentii Bulgarello concedunt in emphytheusim arvi petiam sitam in fundo qui vocatur Secundum.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius MCLXV, temporibus * * pape et Federici imperatoris, die ultimo mensis decembris, Imole, indictione XIII. Ego quidem in Dei nomine presbiter Petrus Clusurie cum consensu canonicorum S. Laurentii confratrum meorum nomine pacti concedimus et largimur tibi Bulgarello acceptori pro Galiana uxore tua et pro tuis filiis et heredibus usque ad annos advenientes sexaginta et novem ad renovandum ; idest unam peciam terre laboratorie que est posita in fundo qui vocatur Secundum : ab uno latere tu

Bulgarellus, ab alio latere Cazzolus, a tertio Dominicus Zanfone, a quarto latere limes; ad habendum, tenendum, possidendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis advenientibus supradictis ad renovandum. Ita ut inferat pensionem nobis nostrisque successoribus cum tuis filiis et heredibus omni mense marcii aut infra indicionem III denarios monete Venetie, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia accepimus a te mercedis nomine pro supradicta re denariorum monete lucccensis solidos XXX. Et nos iamdicti ordinatores cum nostris confratribus et successoribus supradictam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare et hoc pactum firmum tenere promittimus tibi stipulatori pro iamdicta uxore tua et pro suis filiis et heredibus. Et si contra fecerimus vel nos aut nostri confratres vel successores, tunc promittimus nos nostrosque successores daturos penam dupli predicte uxori tue suisque filiis et heredibus, et post solutam penam, hoc pactum maneat firmum. Quod scripsi ego Pizolus Immolensis notarius. Manus investitor fuit Philippolus.

II, 42. - Orig, mm. 265×158.

625.

[Imolae], 20 februarii 1166.

Abbas monasterii S. Mariae in Regula Albrigolo concedit in emphytheusim sex terrae et vineae tornaturias.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius MCLXVI, temporibus * * pape et Federici imperatoris, die nono exeunte mense februarii, in claustro monasterii S. Marie in Regula, indictione XIIII. Ego quidem in Dei nomine dompnus Dominicus presbiter et monachus atque abbas predicti monasterii cum consensu monachorum eiusdem monasterii nomine pacti concedo et largior tibi presenti Albrigolo acceptori pro te et pro tuis filiis et heredibus usque ad annos adveninientes LX et novem ad renovandum; idest VI turnaturias terre et vinee infra rivo de Fossa de Fasano et infra rivo de Gaibana. Quas predictas sex turnaturias cum introitu et exitu suo et cum omnibus sibi pertinentibus concedo et largior tibi ad habendum, tenendum, possidendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis iamdictis ad renovandum. Ita ut inferas michi meisque

successoribus cum tuis filiis et heredibus omni mense marcii aut infra indictionem I denarium monete luccensis et unum amiscere in Nativitate Domini et decimas et opera manuum tantum, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia accepi a te mercedis nomine pro supradicta re denariorum monete luccensis VI solidos. Et ego iamdictus ordinator cum meis confratribus et successoribus supradictam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare et hoc pactum firmum tenere promitto tibi tuisque filiis et heredibus sub pena dupli, et post solutam penam, hoc pactum maneat firmum. Quod scripsi ego Traccus Imolensis notarius. Testis et manus investitor fuit presbiter Ubaldus.

II, 43. - Orig., mm. 227×135.

626.

Imolae, 20 martii 1166.

Canonici S. Laurentii Martino de Plancaldolo concedunt in emphytheusim vineae petiam sitam in fundo qui vocatur Clusuria.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius MCLXVI, temporibus * * pape et Federici imperatoris, die XII exeunte mense marcii, Imole, in claustro canonice S. Laurentii, indictione XIIII. Ego quidem in Dei nomine presbiter Petrus Clusurie cum consensu canonicorum S. Laurencii confratrum meorum nomine pacti concedimus et largimur tibi Martino de Plancaldolo acceptori pro te et Teucia uxore tua vestrisque filiis et heredibus usque ad annos advenientes sexaginta et novem ad renovandum ; idest unam peciolam terre vineate que est posita in fundo qui vocatur Clusuria : ab uno latere tenent heredes Miliane, ab alio heredes Petri de Furno, a tertio vos conductores, a quarto latere est via. Quantum infra hec latera designata iacet cum introitu et exitu suo et cum omnibus sibi pertinentibus concedimus et largimus vobis ad habendum, tenendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis advenientibus supradictis ad renovandum. Ita ut inferatis pensionem nobis nostrisque confratribus et successoribus cum vestris filiis et heredibus omni mense marcii aut infra indictionem unum denarium monete Venetie, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia accepimus a vobis mercedis nomine pro supradicta re denariorum monete luccensis solidos sedecim.

Promittimus nos preterea supradictam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare et hoc pactum firmum tenere vobis vestrisque filiis et heredibus cum nostris confratribus et successoribus. Si quis vero nostrarum ambarum parcium contra fecerit et omnia supradicta non observaverit, det pars parti fidem servanti penam dupli, et post solutam penam, hoc pactum maneat firmum. Quod scripsi ego Pizolus Immolensis notarius. Testis et manus investitor fuit Iohannes Capellum, Bonzo de Martignanis, Gualterius Petrarius rogati fuerunt testes.

II, 44. - Orig., mm. 280×140.

627.

Imolae, 30 martii 1166.

Canonici S. Laurentii Zambono de Bambolo concedunt, quibusdam additis conditionibus, in emphytheusim vineae et terrae petias.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius MCLXVI, temporibus * * pape et Federici imperatoris, die II exeunte mense marcii, Imole, in claustro S. Laurentii, indictione XIIII. Ego quidem in Dei nomine presbiter Petrus Clusurie cum consensu canonicorum S. Laurentii confratrum meorum nomine pacti concedimus et largimur tibi Zambono de Bambolo acceptori pro te et Massaria uxore tua vestrisque filiis et heredibus usque ad annos advenientes nonaginta et novem ad renovandum, ita ut medietas dicende rei sit de filiis Caledisse quondam uxoris tue, et alia medietas sit de filiis Massarie uxoris tue; idest unam peciam terre vineate que est posita in fundo qui vocatur Paullanum, quam reliquit Baiolus S. Laurencio pro anima sua: ab uno latere tenet Guido Aimeline, ab alio Albertinus de Bonfante, a tercio Bonfante de Sclavolo, a quarto latere est via. Et insuper unam petiam terre laboratorie que est posita in fundo qui vocatur Basillagum: ab uno latere tenet Bonzo de Martignanis, ab alio heredes Ubaldini Azoli, a tertio heredes Martini Honorathe, a quarto latere Iohannes Munsus et heredes Allexii de Publico. Quantum infra hec latera designata iacet et iamdicte ecclesie nostre pertinet, constitutum territorio Corneliensis et plebe S. Prosperi et S. Laurentii, concedimus et largimur vobis, ut superius legitur, ad habendum, tenendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis supradictis ad renovandum; ita

ut inferatis pensionem nobis nostrisque confratribus et successoribus cum vestris filiis et heredibus omni mense marcii aut infra indictionem duos denarios monete Venetie, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia accepimus a vobis mercedis nomine pro supradicta re denariorum monete luccensis libras quattuor et mediam. Promittimus nos preterea supradictam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare et hoc pactum firmum tenere vobis vestrisque filiis et heredibus cum nortris confratribus et successoribus. Et si contra fecerimus vel nos aut nostri confratres vel successores aut per aliquam personam a nobis submissam vel submittendam, tunc promittimus nos nostrosque confratres et successores daturos penam dupli vobis vestrisque filiis et heredibus, et post solutam penam, hoc pactum maneat firmum. Quod scripsi ego Pizolus Immolensis notarius. Manus investitor fuit Petrus Martini Bamboli.

II, 45. - Orig., mm. 235×170.

628.

Imolae, die 12 ... 1166.

Canonici S. Laurentii Luciae eiusque viro Rumolo concedunt in emphytheusim tres arvi petias.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius MCLX[VI],[1] temporibus * * pape et Federici imperatoris, die XII ... Imole, in ecclesia S. Laurentii, indictione XIIII. Ego quidem [in Dei] nomine presbiter Rambertus cum consensu canonicorum S. Laurentii confratrum meorum nomine pacti concedimus et largimur tibi Lucie acceptrici pro te et Rumolo viro tuo vestrisque filiis et heredibus usque ad annos advenientes sexaginta et novem ad renovandum; idest tres pecias terre laboratorie computatas * *; una petia est posita in fundo qui vocatur Crux ferrea: ab uno latere iura hospitalis Sepulcri et iura S. Marie in Zagunia, ab alio vos conductores et heredes Tonsi Trentule, a tercio Iacobus Guidonis de Micco et Iohannes Iohannis Tuski, a quarto latere est Silice. Alia pecia est in fundo qui vocatur Lacuna aurea: ab uno latere tenent heredes Bennonis Trepaldi, ab alio heredes Martini de Fredo, a tercio heredes Mariscotti, a quarto latere Silice. Tercia pecia est posita in fundo qui vocatur Zulinzaga: ab uno latere heredes Bennonis Trepaldi, ab alio

Ildebrandus de Presbitero, a tertio Gerardinus Petri Uberti, a quarto latere * *. Quantum infra hec latera designata iacet cum introitu et exitu suo et cum omnibus sibi pertinentibus concedimus et largimur vobis ad habendum, tenendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis supradictis ad renovandum; ita ut inferatis pensionem nobis nostrisque confratribus et successoribus cum vestris filiis et heredibus omni mense marcii aut infra indictionem duos denarios monete luccensis, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia accepimus a vobis mercedis nomine pro supradicta re denariorum monete luccensis libras tres et quindecim solidos. Promittimus nos preterea predictam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare et hoc pactum firmum tenere vobis vestrisque filiis et heredibus cum nostris confratribus et successoribus. Si quis vero nostrarum ambarum partium contra fecerit et omnia supradicta non observaverit, det pars parti fidem servanti penam dupli, quod datur nomine mercedis, et post solutam penam, hoc pactum maneat firmum. Quod scripsi ego Pizolus Immolensis notarius. Testis et manus investitor fuit Savarisius Ragonis; Lafius, Gerardinus Petri Uberti, Rodulfinus Urse, Petrus Mazolani, Iohannes Ildebrandini, Rambertinus Ugonis Petri Bulgari, Rainucinus Portonarius rogati fuerunt testes.

II, 46. - Orig., mm. 385×150.

[1] *Desumitur ab indictione XIV.*

629.

[Imolae], 29 maii 1167.

Marcabrunus donat ecclesiae S. Mariae in Regula omnia bona sua quae tenet in curte et in castro Tauxignani.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius MCLXVII, temporibus * * pape et Federici inperatoris, die III exeunte mense maii, in claustro monasterii S. Marie in Regula, indictione XV. Ego quidem in Dei nomine Marcabrunus in primis do me Deo et S. Marie in Regula, in subsequenti vero omnes meas possessiones mobiles et inmobiles quas teneo et michi pertinet in curte Tausignani et in castro et ubicumque est, tibi presenti dompno Dominico abbati acceptori pro predicta ecclesia et pro tuis confratribus et successoribus ibi permanentibus in

perpetuum, do et dono tibi pro predicta ecclesia ad habendum, tenendum, possidendum et more salario in predicta ecclesia in perpetuum permanendum pro remissione peccatorum meorum et pro eterna inluminatione anime mee meorumque parentum. Et ab hinc in antea non liceat michi donatori neque meis heredibus de supradicta donatione facere questionem, repetitionem, causationem aut litem movere, neque contra te, neque contra tuos successores, neque per aliquam personam a me submissam vel submittendam, nec in placito nec extra placitum, neque quolibet modo. Promitto me preterea supradictam donationem auctoriare et defensare et hanc donationem firmam tenere vobis vestrisque successoribus cum meis heredibus sub pena c solidorum. Testis et manus investitor fuit presbiter Ildebrandus de Rivo salsu, presbiter Iohannes de S. Agatha, Andreas clericus et presbiter Iohannes de S. Petro in Lacuna et Dominicus de Taibano rogati fuerunt testes.

Que omnia supradicta scripsi ego Traccus Immolensis notarius.

II, 47. - Orig., mm. 335×155.

630.

Imolae, 3 februarii 1168.

Consules Imolae canonicis S. Laurentii cedunt fundos et ripas fossatorum burgi Imolae.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius MCLXVIII, temporibus Pascalis pape et Federici imperatoris, die tercio intrante mense februarii, Imole, indictione prima, in claustro canonice S. Laurentii. Nos quidem in Dei nomine consules Imole, videlicet et Rambertinus Ugonis Petri Bulgari, Marcolus Binelli pro communi et pro mea parte casamenti, et ego Loiterius similiter pro communi et pro cognata mea Gisla et filio suo Iohanne, et nos Strufolus et Cariolus, Benagolus, Ugo Rozone, Alkirolus, Guillelminus presbiteri Uberti ; nos omnes cunsules insimul damus tibi presbitero Petro Clusurie accipienti pro ecclesia S. Laurentii et pro confratribus et successoribus tuis in eadem ecclesia servientibus et in perpetuum commorantibus ; idest fundos et ripas fossatorum burgi Imole, ubi fuerunt casamenta predicti Marcoli et Boncii de Martignanis et Gualdrathe et filii sui, filius Horebone, ex infe-

riori latere strade, et ex superiori latere strade ubi fuit casamentum Gisle relicte quondam Peregrini de Laurentiis et filii sui Iohannis, ut prenominata eccclesia S. Laurentii sibique servientes atque inibi commorantes in perpetuum habeant et teneant, sive ita manserint, sive explanati fuerint. Pro eo quia ego Marcolus et Bonzo et prefata Gualdratha accepimus a communi pro predictis casamentis subtus stradam septem libras luccenses, et prenominata Gisla et filius suus acceperunt pro suo casamento similiter septem libras luccenses. Et quia hec predicta casamenta de communi sunt, ideo nos consules pro communi et cum communi consilio damus prefata casamenta supraseripte ecclesie S. Laurentii sibique servientibus et in perpetuum commorantibus. Et nos consules pro toto communi Imole omni tempore predictam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare et hunc contractum firmum tenere promittimus tibi presbitero Petro stipulatori pro predicta ecclesia et pro tuis confratribus et successoribus in eadem ecclesia in perpetuum commorantibus, sub pena dupli quod res valet, et pena soluta, hic contractus maneat firmus. Quem scripsi ego Pizolus Immolensis notarius iussu predictorum consulum. Et ego Cariolus consul pro toto communi et iussione aliorum consulum mittam vos in possessionem.

Ego Iohannes filius predicte Gisle pro parte prefate matris mee, et ego Loiterius Iohannis Laurentii promittimus predictam partem auctoriare et defensare et firmam tenere et firmam facere tenere ab omni contradicente persona sub predicta pena dupli quod res valet. Testes ad hec fuerunt Marcolus Binelli, Alkirolus Gandulfi, Strufolus, et ego Pizolus notarius hoc scripsi.

II, 48. - Orig., mm. 395×196. In versu, eadem manu Cartula.... de fossatis et ripis.

631.

Imolae, 25 martii 1168.

Canonici S. Laurentii Vitali de Gerardino Annule dant in emphytheusim arvi petiam in loco qui Castellum novum dicitur.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius MCLVIII, temporibus * * pape et Federici imperatoris, die VII exeunte mense marcii, Imole, in ecclesia S. Laurentii, indictione prima. Ego quidem in Dei nomine presbiter Ram-

bertus cum consensu canonicorum S. Laurencii confratrum meorum nomine pacti concedimus et largimur tibi Vitali de Gerardino Annule acceptori pro te et Imelda uxore tua vestrisque filiis et heredibus usque ad annos advenientes sexaginta et novem ad renovandum; idest unam peciam terre laboratorie computatam duas turnaturias, et si plus est, in eodem contractu permaneat, que est posita in loco qui vocatur Castellum novum: ab uno latere tenes tu conductor, ab alio Ugittus, a tercio rivus, a quarto latere medietas flumenis Santerni. Quantum infra hec latera designata iacet cum introitu et exitu suo et cum omnibus sibi pertinentibus concedimus et largimur tibi ad habendum, tenendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis advenientibus supradictis ad renovandum. Ita ut inferatis pensionem nobis nostrisque confratribus et successoribus cum vestris filiis et heredibus omni mense marcii aut infra [indic]tionem duos denarios monete Venetie, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia accepimus a te mercedis nomine pro supradicta re denariorum monete luccensis solidos viginti et unum. Et ego iamdictus locator cum meis confratribus et successoribus supradictam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare et hoc pactum firmum tenere promitto vobis vestrisque filiis et heredibus. Si quis vero nostrarum ambarum partium contra fecerit et omnia supradicta non observaverit, det pars parti fidem servanti penam dupli, et post solutam penam, hoc pactum maneat firmum. Quod scripsi ego Pizolus Immolensis notarius. Testis et manus investitor fuit Hostiriccus; Ugolinus de la Donna, Fabianus Ebboli, Petrus Bastardus de Fontanella, Albertinellus de Berardino, Peppolus Ugonis Avole, Agrestolus Gandulfi rogati fuerunt testes.

II, 49. - Orig., mm. 275×155. In versu, eadem manu Apare Vitalis Girardinis da Castro novo.

632.

Imolae, 13 aprilis 1168.

Canonici S. Laurentii Dominico fabro eiusque uxori Misbinae concedunt in emphytheusim casamentum in civitate Imola positum.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius MCLXVIII, temporibus * * pape et Federici imperatoris, die XIII mensis aprilis, Imole, in claustro canonice S. Laurentii, indi-

ctione prima. Ego quidem in Dei nomine presbiter Rambertus cum consensu canonicorum S. Laurentii confratrum nostrorum nomine pacti concedimus et largimur tibi Dominico fabro acceptori pro te et pro Misbina uxore tua vestrisque filiis et heredibus usque ad annos advenientes sexaginta et novem ad renovandum; idest unum casamentum quod est positum in civitate Imola: ab uno latere tenemus nos ordinatores, ab alio heredes Rigoli Romani, a. tertio heredes Bretonis, a quarto latere est via. Quod predictum unum casamentum infra hec latera designata cum introitu et exitu suo et cum omnibus sibi pertinentibus concedimus et largimur vobis ad habendum, tenendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis advenientibus supradictis ad renovandum; ita ut inferatis pensionem nobis nostrisque confratribus et successoribus cum vestris filiis et heredibus omni mense marcii aut infra indictionem tres denarios monete Venetie, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia accepimus a vobis mercedis nomine pro supradicta re denariorum monete luccensis solidos duodecim. Promittimus nos preterea supradictam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare et hoc pactum firmum tenere vobis vestrisque filiis et heredibus cum nostris confratribus et successoribus. Eo videlicet tenore ut non liceat vobis neque vestris heredibus supradictam rem vendere, neque aliquem contractum facere nisi in nobis vel in nostris successoribus si tollere voluerimus pro XII denariis luccensibus minus quam ab aliis habere poteritis, sin autem, liceat vobis supradictam rem dare aliis quibus volueritis, salva vero nostra ratione. Si quis vero nostrarum ambarum partium contra fecerit et omnia supradicta non observaverit, det pars parti fidem servanti penam dupli, et post solutam penam, hoc pactum maneat firmum. Quod scripsi ego Pizolus Immolensis notarius. Manus investitor fuit Macerada levita eiusdem ecclesie.

II, 50. - Orig., mm. 274×175.

633.

Imola, die ... aprilis [1168].

Albertus abbas S. Mariae in Regula Rodulpho Capello et Rendivaccae dat in emphytheusim terrae petiam de loco Trestrio.

... exeunte mense aprilis, Imole, in claustro monasterii S. Marie in Regula, indictione prima.[1] Ego quidem in Dei no-

mine Albertus abbas predicti monasterii cum consensu monachorum eiusdem monasterii iure enphyteotyco concedo [et lar]gior tibi presenti Rodulfo Capello accipienti pro te et pro fratre tuo Rendiva[cca et] pro vestris filiis et nepotibus ad renovandum ; idest x turnaturias(s) terre et tres partes unius turnaturie, que sunt posite in loco qui dicitur Trestrius, territorio Bononiensis et plebe S. Marie in Monte Cellari : ab uno tenet Ribilatius, ab alio Ugo de Albrico, a tercio via, a quarto strada publica. Quantum est infra hec latera designata cum introitu et exitu suo et cum omnibus supra se et infra se et sibi pertinentibus concedo et largior vobis vestrisque filiis et nepotibus ad habendum, tenendum, posidendum, defensandum et in omnibus meliorandum. Ita sane ut inferatis michi meisque successoribus cum vestris filiis et nepotibus omni mense marcii aut infra indictionem vi denarios monete luccensis nomine pensionis, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia accepi a vobis mercedis nomine pro supradicta re denariorum monete luccensis octo libras et media. Et ego iamdictus ordinator cum meis confratribus et successoribus supradictam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare et hunc contractum firmum tenere promittimus vobis vestrisque filiis et nepotibus sub pena dupli, et post solutam penam, hic contractus enphyteosis maneat firmus. Quem scripsi ego Traccus Imolensis notarius. Testis et manus investitor fuit Peregrinus Petri Guarini, Guithottus de Urso Garisenda, Ubaldus Alberti Albrici, Farulfus de Mascarone, Ugolinus de Ubertino, Petrus Siccus, Guidolottus de Duza rogati fuerunt testes.

II, 89. - Orig., mm. 228×135. Charta, aliquantum lacera, caret margine superiore. In versu, eadem manu Appare Rodulfi Capelli et Rendivacca ger[mani] in burgo qui vocatur Trafacara (?).

[1] *Annus 1168 desumitur ex indictione I et ex eo quod Traccus notarius acta rogavit ab anno 1159 ad annum 1172.*

634.

Imolae, 8 iulii 1168.

Canonici S. Laurentii Ioanni et Hugolino Albertini de Guitha concedunt in emphytheusim casamentum in civitate Imola situm.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius MCLXVIII, temporibus * * pape et Federici imperatoris, die

octavo intrante mense iulii, Imole, in claustro S. Laurentii, indictione I. Ego quidem in Dei nomine presbiter Petrus Clusurie cum consensu canonicorum S. Laurentii confratrum meorum nomine pacti concedimus et largimur vobis Iohanni et Ugolino filiis quondam Albertini de Guitha acceptoribus pro vobis et pro vestris filiis et heredibus usque ad annos advenientes sexaginta et novem ad renovandum, et sit in usufructu Donne matris vestre omnibus diebus vite sue; idest unum casamentum quod est positum in civitate Imola, quod quondam fuit Iohannis Cassiani et Bone uxoris sue, reservatis [n]obis [et r]etentis tribus pedibus semissalibus de predicto casamento ad eundum et redeundum presbitero Santerno vel quibus voluerit ad suum casamentum omnibus diebus vite sue, et post suum obitum vel ante, si ipse voluerit, predicti tres pedes revertantur ad vos: ab uno latere predicti casamenti tenetis vos conductores et filii Viviani Gallicie, ab alio presbiter Santernus, a tertio Guido Gerardi, a quarto latere via publica. Quod predictum unum casamentum infra hec latera designatum cum introitu et exitu suo et cum omnibus sibi pertinentibus concedimus et largimur vobis ad habendum, tenendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis advenientibus supradictis ad renovandum. Ita ut inferatis pensionem nobis nostrisque confratribus et successoribus cum vestris filiis et heredibus omni mense marcii aut infra indicionem duos denarios monete luccensis, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia accepimus a vobis mercedis nomine pro supradicta re denariorum monete luccensis libras decem. Promittimus nos preterea supradictam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare et hoc pactum firmum tenere vobis vestrisque filiis et heredibus cum nostris confratribus et successoribus. Eo videlicet tenore ut non liceat vobis neque vestris heredibus supradictam rem vendere, neque aliquem contractum facere nisi in nobis vel in nostris successoribus, si tollere voluerimus, pro duobus solidis luccensibus minus quam ab aliis habere poteritis, sin autem, liceat vobis dare aliis quibus volueritis, salva nostra ratione. Si quis vero nostrarum ambarum partium contra fecerit, et omnia supradicta non observaverit, det pars parti fidem servanti penam dupli, et post solutam penam, hoc pactum maneat firmum. Quod scripsi ego Pizolus Immolensis notarius. Manus investitor fuit Tignosus Gerardi.

II, 51. - Orig., mm. 320×135.

635.

Imolae, 23 martii 1169.

Ioannes Bonardus Guidolino concedit in emphytheusim vineae petiam sitam in loco qui vocatur Pozale.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius MCLX nono, temporibus * * pape et Federici imperatoris, die VIIII exeunte mense marcii, Imole, indictione secunda. Ego quidem in Dei nomine Iohannes Bonardus pro me et Ittola uxore mea, que hoc michi precepit in presentia Volinterii et Ugolini de la Taudisca et Timidei, nomine pacti concedimus et largimur tibi Guidolino accipienti pro te et Iulitta uxore tua vestrisque filiis et heredibus usque ad annos advenientes sexaginta et septem ad renovandum; idest unam peciam terre vineate que est posita in fundo et loco qui vocatur Pozale: ab uno latere tenet Perolus, ab alio filii Avile, ab aliis duobus lateribus sunt vie. Quantum infra hec latera designata iacet cum introitu et exitu suo et cum omnibus sibi pertinentibus concedimus et largimur tibi ad habendum, tenendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis advenientibus supradictis ad renovandum. Ita ut inferas pensionem nobis nostrisque filiis et heredibus cum tuis filiis et heredibus omni mense marcii aut infra indictionem tres denarios monete Venetie, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia accepimus a te mercedis nomine pro supradicta re denariorum monete luccensis libras tres et III solidos. Promittimus nos preterea supradictam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare et hoc pactum firmum tenere tibi tuisque filiis et heredibus cum nostris filiis et heredibus. Et si contra fecerimus vel nos vel nostri heredes aut per aliquam personam a nobis submissam vel submittendam, tunc promittimus nos nostrosque filios et heredes daturos penam dupli tibi tuisque filiis et heredibus, et post solutam penam, hoc pactum maneat firmum. Quod scripsi ego Pizolus Immolensis notarius. Testis et manus investitor fuit supradictus Volinterius; et alii supradicti videlicet Ugolinus Taudisce et Timideus, et insuper Kinolus, Ugolinus de Morethano, Ugolinus Guidolini rogati fuerunt testes.

II, 52. - Orig., mm. 307×165. In versu ND.

636.

Imolae, 6 maii 1169.

Canonici S. Laurentii Alberto Martini Honorate concedunt in emphytheusim arvi petiam de fundo Squarzasaccum dicto.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius MCLX nono, temporibus * * pape et Federici imperatoris, die VI intrante mense maii, Imole, in claustro canònice S. Laurentii, indictione II. Ego quidem in Dei nomine presbiter Petrus Clusurie cum consensu canonicorum S. Laurentii confratrum meorum nomine pacti concedimus et largimur tibi Alberto filio Martini Honorathe acceptori pro te et Ratruda uxore tua vestrisque filiis et heredibus usque ad annos advenientes sexaginta et novem ad renovandum; idest unam peciam terre laboratorie computatam duas turnaturias que est posita in fundo qui vocatur Squarzasaccum: ab uno latere tenet Tignosus Gerardi et filius Rodulfini de Linare pro uxore sua, ab alio Iohannes Camanzare et tu conductor, a tertio heredes Baioli Petri de Runco, a quarto latere heredes Andree Iohannis de Martino. Quicquid infra hec latera designata iacet cum introitu et exitu suo et cum omnibus sibi pertinentibus concedimus et largimur tibi ad habendum, tenendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis advenientibus supradictis ad renovandum. Ita ut inferatis pensionem nobis nostrisque confratribus et successoribus cum vestris filiis et heredibus omni mense marcii aut infra indictionem tres denarios monete Venetie, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia accepimus a te mercedis nomine pro supradicta re denariorum monete luccensis solidos viginti et quinque; promittimus nos preterea supradictam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare et hoc pactum firmum tenere tibi tuisque filiis et heredibus cum nostris confratribus et successoribus. Si quis vero nostrarum ambarum partium contra fecerit et omnia supradicta non observaverit, det pars parti fidem servanti penam dupli, et soluta pena, hoc pactum maneat firmum. Quod scripsi ego Pizolus Immolensis notarius. Manus investitor fuit Iohannes Denarii.

II, 53. - Orig., mm. 300×150.

637.

Imolae, 5 iunii 1169.

Rodulphus Mariscotti eiusque frater Scottulinus ecclesiae S. Christinae donant duas terrae tornaturias et unum hortum.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius MCLX nono, temporibus * * pape et Federici imperatoris, die v intrante mense iunii, Imole, indictione secunda. Ego quidem in Dei nomine Rodulfus Mariscotti et Scottulinus frater eius damus et donamus tibi Ugoni de Lanzo accipienti pro ecclesia S. Cristine et pro ibi servientibus et commorantibus in perpetuum; idest duas turnaturias terre que sunt posite prope supradictam ecclesiam, et si plus est, in eodem contractu permaneat: a duobus lateribus sunt vie, a tertio Ugo Rodulfi, a quarto latere * *. Quicquid ibi habemus et tenemus et nobis pertinet cum introitu et exitu suo et cum puteo et cum omnibus supra se et infra se et sibi pertinentibus damus et donamus tibi ad habendum, tenendum cum tuis confratribus et successoribus et in predicta ecclesia in perpetuum permanendum. Atque insuper damus et donamus tibi similiter unum ortum positum ibi prope: ab uno latere est via, ab alio est braita episcopi, a tercio iura S. Sepulcri. Hec omnia cum introitu et exitu suo et cum omnibus sibi pertinentibus damus et donamus tibi, ut superius legitur. Hoc enim facimus pro anima patris nostri Mariscotti et fratrum nostrorum. Promittimus nos preterea supradictam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare et hanc donationem firmam tenere tibi tuisque confratribus et successoribus eiusdem ecclesie cum nostris filiis et heredibus; et si contra fecerimus vel nos vel nostri heredes aut per aliquam personam a nobis submissam vel submittendam, tunc promittimus nos nostrosque filios et heredes daturos penam dupli tibi tuisque confratribus et successoribus, et pena soluta, hic contractus donationis in perpetuum maneat firmus. Quem scripsi ego Pizolus Immolensis notarius. Testis et manus investitor fuit Ubertinus Alliducis, Savarisius Ragonis, Kinolus, Blancolus Gualdule, Iacobus Albertini Riccoli rogati fuerunt testes.

II, 54a. - Orig., mm. 525×245. In hac charta alia duo subsequentia instrumenta continentur; in versu respondentes ND.

638.

[Imolae], 5 iunii 1169.

Hugo de Lanzo Imildae Marescotti accipienti pro ecclesia S. Christinae donat duas arvi tornaturias.

Eodem die in presentia istorum testium.[1] Ego Ugo de Lanzo do et dono tibi presenti Imilde Mariscotti accipienti pro ecclesia S. Cristine et pro ibi servientibus et commorantibus in perpetuum, idest duas turnaturias terre laboratorie que sunt posite in fundo qui vocatur * *: ab uno latere tenent heredes Azittoli, ab alio Iulitta cognata mea, a tertio * *, a quarto latere * *. Quantum infra hec latera designata iacet cum introitu et exitu suo et cum omnibus sibi pertinentibus do et dono tibi ad habendum, tenendum cum tuis confratribus [et] successoribus et in predicta ecclesia in perpetuum permanendum pro anima mea et remissione peccatorum meorum. Promitto me preterea supradictam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare et hanc donationem firmam tenere tibi tuisque confratribus et successoribus supradicte ecclesie cum meis heredibus sub pena dupli, et post solutam penam, hic contractus donationis in perpetuum maneat firmus. Quem scripsi ego Pizolus Immolensis notarius. Testis et manus investitor fuit Rodulfus Mariscotti; Scottolinus frater eius et insuper alii supradicti, silicet Ubertinus Alliducis, Savarisius Ragonis, Kinolus, Blancolus Gualdule, Iacobus Albertini Riccoli rogati fuerunt testes.

II, 54b. - Cf. notam praecedentis instrumenti.

[1] *Memorantur in praecedenti instrumento.*

639.

[Imolae], 5 iunii 1169.

Rodulphus et Scottolinus frater eius Imeldae matri concedunt in usumfructum quinque arvi tornaturias et vineae medietatem.

Eodem die in presentia omnium supradictorum testium.[1] Nos Rodulfus et Scottolinus frater eius damus tibi Imelde matri nostre in usufructu omnibus diebus vite tue, et post tuum obi-

tum revertatur ad nos; idest quinque turnaturias terre laboratorie que sunt posite in fundo qui vocatur * *. Et insuper ego Scottolinus do tibi Imelde matri mee similiter in usufructu omnibus diebus vite tue, idest mediam vineam quam Rodulfus frater meus dedit michi in la Russa, et post tuum obitum revertatur ad me. Que omnia scripsi ego Pizolus Immolensis notarius.

II, 54c. - Cf. notas duorum praecedentium instrumentorum.

[1] *Scilicet testes sub nn. 637-8 memorati.*

640.

Imolae, 29 septembris 1169.

Canonici S. Laurentii hospitali S. Ioannis Baptistae concedunt in emphytheusim arvi petiam de fundo Casalarculi dicto.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius MCLX nono, temporibus * * pape et Federici imperatoris, die secundo exeunte mense septembris, Imole, indictione secunda. Ego quidem in Dei nomine presbiter Alexius cum consensu canonicorum S. Laurentii confratrum meorum nomine pacti concedo et largior tibi Viviano rectori mansionis Imole accipienti pro hospitali S. Iohannis Baptiste et pro ibi servientibus et in perpetuum commorantibus in perpetuum [1] et in eis obedientibus; idest unam petiam terre laboratorie computata tres turnaturias, et si plus est, in eodem contractu permaneat, que est posita in fundo qui vocatur Casalarculi: ab uno latere tenet Roffolus, ab alio Palmerius et frater eius, a tertio Bulgarellus, a quarto latere Scilice. Quicquid infra hec latera designata iacet cum introitu et exitu suo et cum omnibus supra se et infra se et sibi per⟨tinentibus⟩, constitutum territorio Corneliensi et plebe S. Apolenaris in Aquaviva, concedo et largior tibi ad habendum, tenendum in annis advenientibus sexaginta et novem ad renovandum. Ita ut inferas pensionem michi meisque confratribus et successoribus cum tuis confratribus et successoribus omni mense marcii aut infra indictionem unum denarium monete luccensis, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia accepimus a te mercedis nomine denariorum monete luccensis solidos viginti et octo. Et ego iamdictus ordinator cum meis confratribus et successoribus supradictam rem ab omni persona hominum auctoriare

et defensare et hoc pactum firmum tenere promitto tibi tuisque confratribus et successoribus. Ita tamen ut si aliquem contractum cum aliquo de supradicta re facere volueritis, in nobis facere debeatis pro duodecim denariis luccensibus minus quam ab aliis habere poteritis, si tollere voluerimus, et si tollere noluerimus, tunc liceat vobis dare aliis, salva tamen nostra ratione. Si quis vero nostrarum ambarum partium contra fecerit et omnia supradicta non observaverit, det pars parti fidem servanti penam dupli, quod datur nomine mercedis, et post solutam penam, hoc pactum maneat firmum. Quod scripsi ego Pizolus Immolensis notarius. Testis et manus investitor fuit Stephanus; Zilius de Scilice,[1] Guidolus, Martinus Mainelde, Benedictus et Pepolus nepotes eius, Ugolinus Iohannis Binie, Petrus de Saxo rogati fuerunt testes.

II, 55. - Orig., mm. 265×157.

[1] *Ita refert orig.*

641.

[Imolae], 20 octobris 1169.

Canonici S. Laurentii Gratiano concedunt in emphytheusim terrae petiam de fundo Secundi dicto.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius MCLX nono, temporibus * * pape et Federici imperatoris, die XII exeunte mense octubris, in cimiterio plebis S. Laurentii, indictione II. Ego quidem in Dei nomine Alexius presbiter et canonicus predicte ecclesię cum consensu fratrum meorum nomine pacti concedo et largior tibi Gratiano acceptori pro te et Maria uxore tua et pro vestris filiis et heredibus usque ad annos advenientes LX et novem ad renovandum; idest unam petiolam terre in fundo Secundi: ab uno latere vos receptores, ab alio Framisinus et frater eius et Ildebrandus de Bilinello, a tertio heredes Peregrini, a quarto * *. Quantum est infra hec latera designata cum introitu et exitu suo et cum omnibus sibi pertinentibus concedo et largior vobis ad habendum, tenendum, possidendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis iamdictis ad renovandum. Ita ut inferatis michi meisque successoribus cum vestris filiis et heredibus omni mense marcii aut infra indicionem II denarios monete Venetie, tantum pensio,

ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia accepi a vobis mercedis nomine pro supradicta re denariorum monete luccensis XVI solidos. Et ego iamdictus ordinator cum meis confratribus et successoribus supradictam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare et hoc pactum firmum tenere promittimus vobis vestrisque filiis et heredibus sub pena dupli, et post solutam penam, hoc pactum maneat firmum. Quod scripsi ego Traccus Imolensis notarius. Testis et manus investitor fuit Drutholus, Ugolinus de Taudisca et Ugo Muratore fuerunt testes.

II, 56. - Orig., mm. 193×205.

642.

Imolae, 23 octobris 1169.

Canonici S. Laurentii Isnardo Petri Riccoli concedunt in emphytheusim arvi petiam sitam in Granarolo.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius MCLX nono, temporibus * * pape et Federici imperatoris, die nono exeunte mense octobris, Imole, in claustro S. Laurentii, indictione II. Ego quidem in Dei nomine presbiter Allexius cum consensu canonicorum S. Laurentii confratrum meorum nomine pacti concedo et largior tibi Isnardo Petri Riccoli accipienti pro te tuisque filiis et heredibus usque ad annos advenientes sexaginta et novem ad renovandum; idest unam peciam terre laboratorie que est posita in Granarolo: a duobus lateribus sunt vie, a tercio heredes Aliducis Davizoli, a quarto latere tu Isnardus. Quantum infra hec latera designata iacet cum introitu et exitu suo et cum omnibus sibi pertinentibus concedo et largior tibi ad habendum, tenendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis advenientibus supradictis ad renovandum. Ita ut inferas pensionem michi meisque confratribus et successoribus eiusdem ecclesie cum tuis filiis et heredibus omni mense marcii aut infra indictionem duos denarios monete Venecie, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia accepimus a te mercedis nomine pro supradicta re denariorum monete luccensis solidos undecim. Et ego iamdictus locator cum meis confratribus et successoribus supradictam rem ab omni persona

hominum auctoriare et defensare et hoc pactum firmum tenere promitto tibi tuisque filiis et heredibus. Si quis vero nostrarum ambarum parcium contra fecerit et omnia supradicta non observaverit, det pars parti fidem servanti penam dupli, et soluta pena, hoc pactum maneat firmum. Quod scripsi ego Pizolus Immolensis notarius. Testis et manus investitor fuit Ugolinus Rozerii, Gerardinus Plumacius rogati fuerunt testes.

II, 57. - Orig., mm. 275×135.

643.

Imolae, 13 novembris 1169.

Canonici S. Laurentii Giberto Ansilie concedunt in emphytheusim arvi petiam sitam in fundo qui vocatur Centum.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius MCLXVIIII, temporibus * * pape et Federici imperatoris, die XIII mensis novembris, Imole, in claustro S. Laurencii, indictione secunda. Ego quidem in Dei nomine presbiter Rambertus cum consensu canonicorum S. Laurencii confratrum meorum nomine pacti concedimus et largimur tibi Giberto Ansilie acceptori pro te tuisque filiis et heredibus usque ad annos advenientes sexaginta et novem ad renovandum; idest unam peciam terre laboratorie computatam duas turnaturias que est posita in fundo qui vocatur Centum: a tribus lateribus tenet Mazolus Petri de Cantone, a quarto latere Ugolinus Albertoli. Quantum infra hec latera designata iacet cum introitu et exitu suo et cum omnibus sibi pertinentibus concedimus et largimur tibi ad habendum, tenendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis advenientibus supradictis ad renovandum. Ita ut inferas pensionem nobis nostrisque confratribus et successoribus cum tuis filiis et heredibus omni mense marcii aut infra indictionem quattuor denarios monete Venetie, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia accepimus a te mercedis nomine pro supradicta re denariorum monete luccensis solidos triginta et duos. Promittimus nos preterea supradictam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare et hoc pactum firmum tenere tibi tuisque filiis et heredibus com nostris con-

fratribus et successoribus. Si quis vero nostrarum ambarum partium contra fecerit et omnia supradicta non observaverit, det pars parti fidem servanti penam dupli, et soluta pena, hoc pactum maneat firmum. Quod scripsi ego Pizolus Immolensis notarius. Et tua auctoritate liceat tibi introire et habere et tenere et possidere.

II, 58. - Orig., 295×128.

644.

Imolae, 25 novembris 1169.

Canonici S. Laurentii Alfirolo concedunt in emphytheusim arvi petiam sitam in fundo qui Pinithi appellatur.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius MCLXVIIII, temporibus * * pape et Federici imperatoris, die VI exeunte mense novembris, Imole, indictione secunda. Ego quidem in Dei nomine presbiter Allexius cum consensu canonicorum S. Laurentii confratrum meorum nomine pacti concedimus et largimur tibi Alfirolo accipienti pro te et Berta uxore tua vestrisque filiis et heredibus usque ad annos advenientes sexaginta et novem ad renovandum; idest unam petiam terre laboratorie computatam duas turnaturias que est posita in fundo qui vocatur Pinithi: ab uno latere tenet Rambertinus Ugonis Petri Bulgari, ab alio via, a tertio semita, a quarto latere tu acceptor. Quantum infra hec latera designata iacet cum introitu et exitu suo et cum omnibus sibi pertinentibus concedimus et largimur tibi ad habendum, tenendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis advenientibus supradictis ad renovandum. Ita ut inferas pensionem nobis nostrisque confratribus et successoribus cum tuis filiis et heredibus omni mense marcii aut infra indictionem quattuor denarios monete Venetie, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia accepimus a te mercedis nomine pro supradicta re denariorum monete luccensis solidos quadraginta et octo. Promittimus nos preterea supradictam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare et hoc pactum firmum tenere tibi tuisque filiis et heredibus cum nostris confratribus et successoribus. Si quis vero nostrarum ambarum partium contra fecerit et omnia supradicta non observaverit, det pars parti fidem

servanti penam dupli, et soluta pena, hoc pactum maneat firmum. Quod scripsi ego Pizolus Immolensis notarius. Testis et manus investitor fuit Iohannes de Zanone; Tavianus Bastardini, Petricinus Albertini Zoccoli, Ugo de Imola rogati fuerunt testes.

II, 59. - Orig., mm. 238×175.

645.

Imolae, 8 aprilis 1170.

Canonici S. Laurentii Mattaro concedunt in emphytheusim arvi petiam sitam in fundo qui Cavizanum appellatur.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius MCLXX, temporibus * * pape et Federici imperatoris, die octavo intrante mense aprilis, Imole, indictione tercia. Ego quidem in Dei nomine presbiter Alexius cum consensu canonicorum S. Laurentii confratrum meorum nomine pacti concedimus et largimur tibi presenti Mattaro accipienti pro te et Maria uxore tua vestrisque filiis et heredibus usque ad annos advenientes sexaginta et novem ad renovandum; idest unam peciam terre laboratorie computatam duas turnaturias, tres pertice minus, in fundo qui vocatur Cavizanum: ab uno latere tenes tu Mattarus et Alfirolus, ab alio via Scilicis, a tercio Bellomeus, a quarto latere Rambaldus. Quantum infra hec latera designata iacet et iamdicte ecclesię nostre pertinet cum omnibus supra se et infra se et sibi pertinentibus, constitutum territorio Corneliensi et plebe S. Laurentii, concedimus et largimur vobis ad habendum, tenendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis advenientibus supradictis sexaginta et novem ad renovandum. Ita ut inferatis pensionem nobis nostrisque confratribus et successoribus cum vestris filiis et heredibus omni mense marcii aut infra indictionem tres denarios monete Venetie, tantum, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia accepimus a vobis mercedis nomine denariorum monete luccensis solidos XXXI, IIII denarios minus. Et nos iamdicti ordinatores cum nostris confratribus et successoribus supradictam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare promittimus vobis vestrisque filiis et heredibus. Si quis vero nostrarum ambarum partium contra fecerit et omnia

supradicta non observaverit, det pars parti fidem servanti penam dupli, et post solutam penam, hoc pactum maneat firmum. Quod scripsi ego Pizolus Immolensis notarius. Testis et manus investitor fuit Isnardus Petri Riccoli, Alfirolus, Bertramolus rogati fuerunt testes.

II, 61. - Orig., mm. 222×165.

646.

[Imolae], 1 maii 1170.

Canonici S. Laurentii Girardo et Hugolino dant in emphytheusim duas tornaturias terrae in fundo qui Vigozemi appellatur.

In nomine Domi[ni nostri Iesu Christi. A]nno ab incarnatione eius MCLXX, temp[oribus . . . pape] et Federici imperatoris, die primo mensis maii, I[mole, in canonica] S. Laurentii, indictione III. Ego qui[dem in Dei nomine . .]us presbiter et canonicus eiusdem ecclesie cum consensu [confratrum m]eorum nomine pacti concedo et largior tibi Girardo et Ugolino fratri tuo et vestris filiis et heredibus usque ad annos advenientes LX et novem ad renovandum; idest duas turnaturias terre in fundo Vigozemi: ab uno latere Ugo de Gasdia, ab alio Iohannes Bonovinus, a tertio Ungarellus de Briza, a quarto Mezale. Quantum infra hec latera designata cum introitu et exitu suo et cum omnibus sibi pertinentibus concedo et largior vobis ad habendum, tenendum, possidendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis iamdictis ad renovandum. Ita [ut] inferatis michi meisque successoribus omni mense marcii aut infra indictionem I denarium monete luccensis, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia accepi a vobis mercedis nomine pro supradicta re denariorum monete luccensis XXXX solidos. Et ego iamdictus donator cum meis confratribus et successoribus supradictam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare et hoc pactum firmum tenere promittimus vobis vestrisque heredibus sub pena dupli, et post solutam penam, hoc pactum maneat firmum. Quod scripsi ego Traccus Imolensis notarius. Testis et manus investitor fuit Dux de Martignone, Zambonus et Iohannes Brize fuerunt testes.

II, 60. - Orig., mm. 240×130. Charta arrosa est secundum marginem superiorem.

647.

[Imolae], 10 maii 1170.

Canonici S. Laurentii Ungarello Ioannis Bricie concedunt in emphytheusim arvi petiam in fundo qui Campum Sintali dicitur.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnacione eius MCLXX, temporibus * * pape et Federici imperatoris, die x intrante mense maii, in claustro S. Laurentii, indicione tèrcia. Ego quidem in Dei nomine presbiter Alexius cum consensu canonicorum S. Laurentii confratrum meorum nomine pacti concedo et largior tibi Ungarello Iohannis Bricie accipienti pro te et Martignone fratre tuo vestrisque filiis et heredibus usque ad annos advenientes sexaginta et novem ad renovandum; idest unam peciam terre laboratorie que est posita in fundo qui vocatur Campum Sintali: ab uno latere tenes tu Ungarello, ab alio latere Ugo Rodulfi, a tercio latere * *, a quarto * *. Quantum infra hec latera designata manet cum introitu et exitu suo et cum omnibus supra se et infra se et sibi pertinentibus concedo et largior vobis ad habendum, tenendum, possidendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis advenientibus supradictis ad renovandum. Ita ut inferatis michi meisque confratribus et successoribus cum vestris filiis et heredibus omni mense marcii aut infra indicionem nomine pensionis duos denarios monete Venecie, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia accepi a vobis mercedis nomine pro supradicta re denariorum monete luccensis solidos viginti et duos. Et ego iamdictus locator cum meis confratribus et successoribus supradictam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare et hoc pactum firmum tenere promitto vobis vestrisque filiis et heredibus cum meis confratribus et successoribus. Et si quis vero nostrarum ambarum parcium contra fecerit et omnia supradicta non observaverit, det pars parti fidem servanti penam dupli, et post solutam penam, hoc pactum maneat firmum. Quod scripsi ego Iohannes Immolensis notarius sicut vidi et legi in proptocollo quod Pizolus notarius fecit et scripsit, nec addidi, nec minui. Et vestra auctoritate introeatis predictam rem et possideatis.

II, 62. - Exemplar manu Ioannis Imolensis notarii, mm. 226 × 168.

648.

Imolae, 5 iunii 1170.

Presbyter Santernus Ioanni et Petrizano Viviani Galliciae nec non Bertramolo concedunt in emphytheusim terrae petiam sitam in civitate Imola.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius MCLXX, temporibus * * pape et Federici imperatoris, die quinto intrante mense iunii, Imole, indictione III. Ego quidem in Dei nomine presbiter Santernus nomine pacti concedo et largior vobis Iohanni et Petrizano filiis quondam Viviani Gallicie acceptoribus pro vobis in medietate dicende rei; in alia vero medietate acceptoribus pro Bertramolo, pro vobis quidem omnibus accipientibus et pro vestris filiis et heredibus usque ad annos advenientes sexaginta et octo ad renovandum; idest unam peciam terre que est posita in civitate Imola: ab uno latere tenent Guido Gerardi et Felicissimus et heredes Rodulfini Faite, ab alio Guido Gerardi et filius Petri Gualterii, a tercio vos receptores, a quarto latere heredes Albertini Guide. Quantum infra hec latera designata iacet cum introitu et exitu suo et cum omnibus supra se et infra se et sibi pertinentibus concedo et largior vobis ad habendum, tenendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis advenientibus supradictis ad renovandum. Ita ut inferatis pensionem michi meisque successoribus cum vestris filiis et heredibus omni mense marcii aut infra indictionem unum denarium monete luccensis, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia accepi a vobis mercedis nomine pro supradicta re denariorum monete luccensis libras tres et mediam. Et ego iamdictus locator cum meis successoribus supradictam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare et hoc pactum firmum tenere promitto vobis vestrisque filiis et heredibus. Si quis vero nostrarum ambarum partium contra fecerit et omnia supradicta non observaverit, det pars parti fidem servanti penam dupli, et post solutam penam, hoc pactum maneat firmum. Quod scripsi ego Pizolus Immolensis notarius. Testis et manus investitor fuit Ardicion filius

Gerardini Guidonis de Micco; presbiter Allexius, Fabianus Ebboli, Sulimanus Albrigoli, Iohannes Urlicii, Rambertinus nepos presbiteri Ramberti rogati fuerunt testes.

II, 63. - Orig., mm. 240×165.

649.

Imolae, 15 augusti 1170.

Ligarda canonicis S. Laurentii et monachis S. Mariae in Regula donat duas arvi tornaturias dimidiatim possidendas.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius MCLXX, temporibus * * pape et Federici imperatoris, die XII intrante mense augusti, Immole,[1] indictione tercia. Ego quidem in Dei nomine Ligarda pro anima filii mei Ugolini et per illius iussionem do et dono vobis presbitero Ramberto accipienti pro canonicis S. Laurentii de civitate Imola confratribus tuis vestrisque successoribus in medietate dicende rei; in alia vero medietate tibi presbitero Benno accipienti pro capellanis Imole et pro monasterio S. Marie in Regula et pro ponte secundum competentes et denominatas partes; idest medietatem de quattuor turnaturiis terre laboratorie in loco qui vocatur Mazolanum, sive in curte eius, ut habeatis, teneatis, et possideatis et quicquid vobis vestrisque successoribus placuerit ex eis faciatis. Et ego iamdicta donatrix cum meis heredibus supradictam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare et hanc donationem firmam tenere promitto vobis vestrisque confratribus et successoribus; et si contra fecero vel ego aut mei heredes aut per aliquam personam a me submissam vel submittendam, tunc promitto me meosque heredes daturam penam vobis vestrisque successoribus, penam quidem dupli, et pena soluta, hic contractus donationis causa mortis in perpetuum maneat firmus. Quem scripsi ego Pizolus Immolensis notarius. Testis et manus investitor fuit Gracianus Ildebrandi, Guido Petri, Benagolus, Ugo Baldize, Ubertinus Aglintine, Petrus Mazolani, Ugolinus clericus de Petrella rogati fuerunt testes.

II, 64. - Orig., mm. 275×170. In versu ND *et manu eiusdem notarii* Canonicorum S. Laurentii et capellanorum et S. Marie.

[1] *In* ND *sequitur* in claustro S. Laurentii

650.

Imolae, 16 novembris 1170.

Canonici S. Laurentii Arlotto concedunt in emphytheusim duas arvi tornaturias sitas in fundo qui Vigumzemmi appellatur.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius MCLXX, temporibus * * pape et Federici imperatoris, die XVI mensis novembris, Imole, indictione III. Ego quidem in Dei nomine presbiter Vivianus cum consensu canonicorum S. Laurentii confratrum meorum nomine pacti concedimus et largimur tibi Arlotto accipienti pro filia Blancoli nomine Blasia suisque filiis et heredibus usque ad annos advenientes sexaginta et novem ad renovandum; idest duas turnaturias terre laboratorie que sunt posite in fundo qui vocatur Viguzemmi: ab uno latere tenet Tignosus Gerardi, ab alio Ugolinus Gasdie, a tercio filia Boselli, a quarto latere Marinellus. Quantum infra hec latera designata iacet cum introitu et exitu suo et cum omnibus sibi pertinentibus concedimus et largimur tibi accipienti pro supradicta Blasia, ut superius legitur, ad habendum, tenendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis advenientibus supradictis ad renovandum. Ita ut inferat pensionem nobis nostrisque confratribus et successoribus cum suis filiis et heredibus omni mense marcii aut infra indictionem duos denarios monete Venetie, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia accepimus mercedis nomine pro supradicta re denariorum monete luccensis solidos decem. Promittimus nos preterea supradictam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare et hoc pactum firmum tenere tibi stipulatori pro supradicta Blasia suisque filiis et heredibus cum nostris successoribus. Si quis vero nostrarum ambarum partium contra fecerit et omnia supradicta non observaverit, det pars parti fidem servanti penam dupli, et pena soluta, hoc pactum maneat firmum. Quod scripsi ego Pizolus Immolensis notarius. Et sua auctoritate liceat sibi introire et tenere et possidere.

II, 65. - Orig., mm. 255×170.

651.

Imolae, 3 februarii 1171.

Santernus presbyter donat canonicis S. Laurentii arvi petiam sitam in fundo qui Braita de Querzola appellatur.

In nomine Domini [nostri Iesu Cristi. Anno ab] incarnacione eius MCLXXI, temporibus * * pape et Federici [imperatoris], die t]ercio intrante mense februarii, Imole, in confessione S. Laurentii, indictione quarta. Ego quidem in Dei nomine presbiter Santernus do et dono vobis presbitero Ramberto et presbitero Viviano acceptoribus pro vobis et pro vestris confratribus et successoribus in ecclesia S. Laurentii in perpetuum servientibus et commorantibus; idest unam petiam terre laboratorie quam habeo et teneo et michi pertinet que est posita in fundo qui vocatur Braita de Querzola: ab uno latere tenet Guilla de Zambono, ab alio Mattarus et Ugolinus Albertoli, a tertio Ungarellus, a quarto latere iura S. Marie in Zagunia. Ita tamen ut solvatis testamentum quod habeo pro matre mea, et si solvere non vultis, vendatis eam quibus volueritis et iamdictum testamentum solvatis. Atque insuper do et dono vobis, ut superius legitur, omnes alias meas possessiones quascumque habeo et teneo et michi pertinent, ubicumque sunt, et omnes actiones et redditus michi competentes, exceptis duabus turnaturiis terre que sunt posite in loco S. Prosperi. Ita tamen ut hec omnia que do et dono vobis, excepta illa de Braita de Querzola, sint in meo usufructu omnibus diebus vite mee, si rediero, et post meum obitum habeatis et teneatis, sicut superius dictum est, cum vestris confratribus et successoribus in perpetuum pro animabus patris et matris mee et remissione peccatorum meorum. Et mitto Aimaldonem in manibus vestris ut vos exinde investiat et in possessionem mittat ad habendum, tenendum, disponendum et ordinandum et more salario in predicta ecclesia in perpetuum permanendum. Que omnia scripsi ego Pizolus Immolensis notarius iussu supradicti presbiteri Santerni. Testis et manus investitor fuit iamdictus Aimaldone; Ugolinus Gerardini, Ugolinus faber de burgo, Ugolinus Guidolini, Bertramolus Medicine, Martinus Montis Meldole,

Guillelminus presbiteri Uberti, presbiter Albertus de S. Leonardo, presbiter Andreas rogati fuerunt testes.

II, 66. - Orig., mm. 340×157. Charta lacera est secundum marginem superiorem.

652.

Medicinae, 4 martii 1171.

Petricinus de Alberto vendit Aldrigo terrae petiam sitam in curte castri Triforciae.

[I]n nomine dominice incarnacionis MCLXXI, indicione IIII, regnante Frederico imperatore, plebe S. Marie que dicitur [Bu]ita, territorio Bononiensi, actum Medicine, IIII nonas martii, testis et investitor Alpisano. Et ideo ego quidem [in] Dei nomine Petricino de Alberto vendo, do, concedo tibi in Dei nomine Aldrigo et tuis filiis et heredibus [in perpetuum et per paginam mee vocis, professionis, cartulam proprietatis facio ego suprascripto venditori Petricino, idest unam partem in curte castri Triforcie, in loco qui dicitur Albarelli: de subto Iohannes Blanco et [a] meridie desuper Azo de Renzo, a sero Ratrude et fratri suo; inter hec designata latera res est si ibi alii affines sunt. Pro qua suprascripta terra recepi ego Petricino a te emptore Aldrigo pretium IIII^or denariorum luccensium et post et II denearios commemorato precio coram testibus. Suprascripta vero terra ego suprascriptus venditor a mea et meorum filiorum sive heredum potestate aufero, et in tua qui suprascripto emptori et tuis filiis et eredibus potestàte comitto iure proprietatis cum omni actione michi pertinente et ab omni homine contradicente auctorizare et defendere promitto; dampna litis sustinere. Si vero auctorizare et defendere noluero aut contra hanc cartulam vendicionis agere vel contra ire voluero vel mei heredes, dupla bone conditionis res quoque meliorata reddere debeo sicut pro tempore fuerit aut valuerit sub estimatione in consimili loco; et pena soluta, hec pagina venditionis maneat firma semper. Signum manus suprascripti venditoris Petricini qui hanc cartulam scribere iussi coram testibus.

Testes Albertinello iudice, Ursello, Corvolo, Iohannes Bione, Petrus de Liciardo.

Ego Clarissimus Medicine tabellius post roboracionem testium hanc cartulam subscripsi.

II, 67. - Orig., mm. 218×200. Charta lacera est secundum marginem sinistrum; in versu ND.

653.

Imolae, 29 septembris 1174.

Monachi S. Mariae in Regula Maiolo concedunt in emphytheusim arvi petias duobus in fundis sitas.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius MCLXXIIII, temporibus * * pape et Federici imperatoris, die penultimo mensis septembris, Imole, in claustro monasterii S. Marie in Regula, indictione VII. Ego quidem in Dei nomine dompnus Dominicus presbiter et monachus atque abbas supradicti monasterii cum consensu monachorum eiusdem ecclesie confratrum meorum nomine pacti concedo et largior tibi Maiolo accipienti pro te et Athalasia uxore tua vestrisque filiis et heredibus usque ad annos advenientes sexaginta et novem ad renovandum ; idest unam peciam terre laboratorie, posita in fundo qui vocatur Faldum, computatam tres turnaturias : a duobus lateribus sunt vie, a tercio heredes Iohannis de Lacuna, a quarto latere tenent filii Iohannis Guarini. Et unam peciam terre laboratorie que est posita in fundo qui vocatur Caselle, computatam quinque turnaturias: ab uno latere filia Ugonis Athamoli, ab alio tenet Guido de Abbate, a tercio et a quarto heredes Berte Iohannis Leonis. Quantum infra hec latera designata iacet cum omnibus sibi quoquo modo pertinentibus concedo et largior tibi, ut superius legitur, ad habendum, tenendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis advenientibus supradictis ad renovandum. Ita ut inferas pensionem michi meisque confratribus et successoribus cum tuis filiis et heredibus omni mense marcii aut infra indictionem duos denarios monete luccensis, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia accepi a te mercedis nomine pro supradicta re denariorum monete luccensis libras quattuor et mediam. Et ego iamdictus locator cum meis confratribus et successosibus supradictam rem ab omni persona [hominum] auctoriare et defensare et hoc pactum firmum

tenere promitto tibi tuisque filiis et heredibus. Eo tenore ut non habeatis licentiam supradictam rem vendere, neque aliquem contractum cum aliquo exinde facere nisi in me vel in meos successores eiusdem ecclesie pro quinque solidis luccensibus minus quam ab aliis habere poteritis, si tollere voluerimus, sin autem, liceat vobis eam dare quibuscumque volueritis, salva ratione supradicti nostri monasterii. Et si contra fecero et omnia supradicta, que superius leguntur, non observavero, vel ego vel mei confratres vel successores, tunc promitto me meosque confratres et successores daturos penam dupli vobis vestrisque filiis et heredibus, et post solutam penam, hoc pactum maneat firmum. Quod scripsi ego Ugo Imolensis notarius. Manus investitor fuit dompnus Geremias.

II, 68. - Orig., mm. 274×176. In versu, manu saec. XIII Apara Maioli de Imola de prado, quam detinent modo Grapelluzii.

654.

Imolae, 8 novembris 1175.

Ioannes Zoppus canonicis S. Laurentii refutat duas arvi tornaturias de fundo Presilla dicto.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius MCLXXV, temporibus * * pape et Federici imperatoris, die octavo intrante mense novembris, Imole, indictione octava. Ego Iohannes Zoppus refuto et diffinio vobis presbitero Ramberto et presbitero Alexio canonicis ecclesie S. Laurentii accipientibus pro vobis et pro vestris confratribus et successoribus in perpetuum; idest duas turnaturias terre laboratorie de quibus faciebam vobis litem, et quas Alidux frater meus dedit predicte ecclesie pro anima sua, que sunt posite in fundo qui vocatur Presilla, ut ab hac hora in antea habeatis eam et teneatis quiete et pacifice sine mea meorumque filiorum vel heredum contradictione, pro redemptione anime mee meorumque peccatorum remissione. Quod ab hinc in antea non liceat michi, neque meis filiis vel heredibus ullo unquam in tempore de supradicta re facere questionem, reppetitionem, causationem aut litem movere neque contra vos, neque contra vestros confratres vel successores, neque per aliquam personam a me submissam vel submit-

tendam, nec in placito neque extra placitum, neque quolibet modo. Promitto preterea hanc diffinitionem et refutationem firmam et ratam habere et tenere in perpetuum vobis vestrisque confratribus et successoribus cum meis filiis et heredibus. Et si contra fecero vel ego vel mei heredes, vel per aliquam personam a me submissam vel submittendam, tunc promitto me meosque filios et heredes daturos penam dupli, quod res valet, vobis vestrisque confratribus et successoribus, et post solutam penam, hec diffinitio et refutatio in perpetuum maneat firma. Quam scripsi ego Pizolus Immolensis notarius. Testes ad hec rogati interfuerunt Ugicion Bennoli de castello Imole, Albertinus Guaragnus, Guido magister, Rodulfinus Segnorelli.

II, 69. - Orig., mm. 290×165.

655.

Ferreriae, die 9 exeuntis mensis . . . 1175.

Instrumentum quo Immolensis suae ultimae voluntatis Gerardum nonnullosque alios sui fideicommissarios nominat.

✝ In Dei nomine. Anno Christi nativitatis millesimo centesimo LXXV, tempore Friderici imperatoris, die nono exeuntis mensis . . . , indiccione VIII, Ferrarie. Quia ego Immolensis intestatus decedere nolui, idcirco testamentum . . . . sionem facere ordinavi; atque ideo presbiterum Gerardum, Preite Ugonis de Laureto et D . . nec non Albertinum, ad solvenda fidei commissa fidei commissarios meos esse volo. Itaque eos rogo [et li]centiam eis tribuo quatinus de bonis meis libras tres imperiales accipiant, et pro anima mea . . . . [tri]buant. Volo ut ecclesia S. Andreę habeat XII imperiales, et presbiter Gerardus patrinus meus ha[beat imperiales] XII. Alii sint in arbitrio commissariorum meorum ad distribuendum pro anima mea ubi melius provi[deatur] missas canendas et sacerdotes Dei et pauperes Christi. Item volo ut ecclesia S. Georgii, ubi corpus meum iacere cupio, habeat libras tres imperiales pro anima mea. Et volo ut ecclesia S. Marię et ecclesia S. Laurentii habeant hoc totum quod habeo et michi pertinet in commitatu Immolę et dividitur inter se equo iure. Et volo ut Guidolinus habeat de bonis meis libras tres imperiales. Et Burga mater eius habeat porcum meum minorem. Item volo ut Iacobus quondam Subitelli filius habeat XX solidos

imperiales de illis tribus libris quas michi dare debet. Et volo ut Albertinus nepos meus sit michi heres et habeat omnia mea bona mobilia seu immobilia hereditario more, et solvat deinde imperiales libras tres ecclesię S. Georgii pro debito usurę quas de suis hab . . . . . . volo ut solvat omnia debita mea [omnibus] illis qui rationabiliter pecierunt et hoc in arbitrio commissariorum meorum quia sic est ultima mea voluntas. Et Guidocto rel[inquo] totum quod michi debet. Et mea quidem ultima voluntas est ut hoc meum testamenti iudiciu[m] firmum et stabile in perpetuum sub pena decem librarum imperialium, et post penę solucionem, firmum permaneat testamentum.

Ad hec fuerunt testes presentes rogati Brakiolus, Bastardus, Martinellus de Onesta, Aliottus, Segnorettus, Preite Ugonis de Laureto et Dominicus.

Et ego Natalis sacri palacii et Ferrariensis notarius presens et coram prefatis testibus, rogatus ut vidi, audivi et intellexi, scripsi atque complevi.

II, 70. - Orig., 390×280. Charta valde lacera est secundum marginem dexterum.

656.

Imolae, 20 martii 1176.

Canonici S. Laurentii Zangolino de Triforcia concedunt in emphytheusim hortum in Campo Sintali positum.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius MCLXXVI, temporibus * * pape et Federici imperatoris, die XII exeunte mense marcii, Imole, in claustro canonice S. Laurentii, indictione nona. Ego quidem in Dei nomine presbiter Rambertus cum consensu canonicorum S. Laurentii confratrum meorum nomine pacti concedimus et largimur tibi Zanzolino de Triforcia accipienti pro te et Anastasia uxore tua et pro filiis et heredibus vestris usque ad annos advenientes sexaginta et novem ad renovandum; idest unum ortum positum in Campo Sintali prope ecclesiam S. Iacobi de burgo Imole: ab uno latere tenet Urceus, ab alio heredes Iohannis Donici, a tercio Turnainparte et Ugolinus Gasdie, a quarto latere Balbus Ugonis Gisaltrude et filia Ungarelli et iura ecclesie S. Egidii; pro anima Marie quondam uxor Martignonis. Quicquid infra hec latera designata manet cum introitu et exitu suo et cum omnibus supra

se et infra se et sibi pertinentibus concedimus et largimur vobis ad habendum, tenendum, possidendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis advenientibus supradictis sexaginta et novem ad renovandum. Ita ut inferatis nobis nostrisque successoribus cum vestris filiis et heredibus omni mense marcii aut infra indictionem unum denarium monete luccensis, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia accepimus a vobis mercedis nomine pro supradicta re denariorum monete luccensis solidos quadraginta et octo. Et nos iamdicti ordinatores cum nostris confratribus et successoribus supradictam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensase et hoc pactum firmum tenere promittimus vobis vestrisque filiis et heredibus. Et si contractum aliquem de supradicta re facere volueritis aut vos aut vestri heredes, in nobis aut in nostris successoribus facere debeatis, si tollere voluerimus, pro duodecim denariis minus quam ab aliis habere poteritis, et si tollere noluerimus, liceat vobis dare cui volueritis, salva nostra ratione. Si quis vero nostrarum ambarum partium contra fecerit et omnia supradicta non observaverit, det pars parti fidem servanti penam dupli, et post solutam penam, hoc pactum maneat firmum. Quod scripsi ego Pizolus Immolensis notarius.

(Aa). Ego presbiter Rambertus in hoc pactu manu mea subscripsi. Ego presbiter Alexius manu mea subscripsi. Ego presbiter Vivianus manu mea subscripsi. Ego presbiter Santernus manu mea subscripsi. Ego presbiter Ugicio manu mea subscripsi.

II, 71. - Orig., mm. 275×210. In versu ND *et manu saec. XII* Martignone Poricani possidet.

657.

Imolae, 30 martii 1176.

Canonici S. Laurentii Benno filio Arlotti concedunt in emphytheusim terrae petiam in Montalibus sitam.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius MCLXXVI, temporibus * * pape et Federici imperatoris, die penultimo mensis marcii, Imole, indictione nona. Nos quidem in Dei nomine presbiter Rambertus et presbiter Allexius et presbiter Vivianus atque presbiter Ugicion canonici plebis S. Laurentii pro nobis et pro nostris confratribus et successo-

ribus eiusdem ecclesie nomine pacti concedimus et largimur tibi Benno filio Arlotti accipienti pro te et pro tuis filiis et heredibus usque ad annos advenientes sexaginta et novem ad renovandum ; idest unam peciolam terre quam habemus i⟨n⟩ Montalibus : ab uno latere tenent filii quondam Rodulfi Mariscotti, ab alio tu acceptor, a tercio est andruna, a quarto latere Loiterius de Laurentiis. Quantum infra hec latera designata iacet et iamdicte ecclesie nostre pertinet cum omnibus sibi pertinentibus concedimus et largimur tibi ad habendum, tenendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis advenientibus supradictis ad renovandum. Ita ut inferas pensionem nobis nostrisque confratribus et successoribus cum tuis filiis et heredibus omni mense marcii aut infra indictionem unum denarium monete luccensis, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia accepimus a te mercedis nomine pro supradicta re denariorum monete luccensis solidos quadraginta. Promittimus nos preterea supradictam rem ab omni persona hominum auctorizare et defensare et hoc pactum firmum tenere tibi tuisque filiis et heredibus cum nostris confratribus et successoribus. Si quis vero nostrarum ambarum partium contra fecerit et omnia supradicta non observaverit, det pars parti fidem servanti penam dupli, et post solutam penam, hoc pactum maneat firmum. Quod scripsi ego Ugo Imolensis notarius. Et tua auctoritate tuoque nomine liceat tibi introire et habere et tenere et possidere.

II, 72. - Orig., mm. 278×135. In versu, eadem manu Appare Bennonis de orto.

658.

Imolae, 1 octobris 1176.

Canonici S. Laurentii Martino Vagoni concedunt in emphytheusim terrae petiam in Campo Sintali positam.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius MCLXXVI, temporibus * * pape et Federici imperatoris, die primo mensis octobris, Imole, indictione nona. Ego quidem in Dei nomine presbiter Alexius cum consensu canonicorum S. Laurentii confratrum meorum nomine pacti concedimus et largimur tibi Martino Vagoni accipienti pro te et Liminosa uxore tua et pro tuis filiis et heredibus usque ad annos adve-

nientes sexaginta et novem ad renovandum; idest unam peciolam terre que est posita in fundo qui vocatur Campus Sintali: a duobus lateribus sunt andrune, a tercio latere tenent heredes Iohannis Donici, a quarto latere tenet Martinus Dothe. Quicquid infra hec latera designata manet cum introitu et exitu suo et cum omnibus sibi pertinentibus concedimus et largimur tibi ad habendum, tenendum, possidendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis iamdictis sexaginta et novem ad renovandum. Ita ut inferas nobis nostrisque successoribus cum tuis filiis et heredibus omni mense marcii aut infra indictionem nomine pensionis unum denarium monete luccensis, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia accepimus a te mercedis nomine denariorum monete luccensis et pisanorum libras tres. Et nos iamdicti ordinatores cum nostris confratribus et successoribus supradictam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare et hoc pactum firmum tenere promittimus tibi tuisque filiis et heredibus. Si quis vero nostrarum ambarum partium contra fecerit et omnia supradicta non observaverit, det pars parti fidem servanti penam dupli, et post solutam penam, hoc pactum maneat firmum. Quod scripsi ego Pizolus Immolensis notarius. Et tua auctoritate introeas et possideas et habeas et teneas et cum uxore tua Liminosa et cum vestris filiis et heredibus usque ad predictos sexaginta et novem annos ad renovandum. Testes ad hec rogati interfuerunt Pax Litoardi, Pax Aimaldonis, Albertinus Fantis, Martignone Iohannis de Dullolo.

II, 73. - Orig., mm. 295×170.

659.

Imolae, 2 iunii 1177.

Testamentum Bertae quae fuit Graciani de Lacuna uxor.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius MCLXXVII, temporibus Alexandri pape et Federici imperatoris, die secundo mensis iunii, Imole, indictione x. Ego quidem in Dei nomine Berta uxor Graciani de Lacuna quoniam ab intestato decedere nolui, idcirco testamentum sine scriptis facere destinavi. Quapropter volo et iudico ut sit datum pro anima mea centum solidos luccenses ad sensum Graciani viri

mei; de omnibus autem aliis meis rebus mobilibus et immobilibus michi per ullum modum vel titulum pertinentibus ubicumque sint, instituo Massariam neptam meam heredem michi: ita tamen ut Gracianus vir meus sit exinde dominus et usufructuarius omnibus diebus vite sue. Si vero contigerit ipsam Massariam neptam meam mori sine filiis, vel si filios habuerit et obierit sine filiis, tunc volo ut ecclesia S. Marie in Regula hab⟨e⟩at partem meam de casamento quod michi pertinet in burgo civitatis Imole; et partem meam que michi pertinet de terra quam habeo in Cavizani, et ecclesia S. Laurentii et S. Pauli habeant equali parte; quintam partem de una pecia terre quam habeo cum viro meo supradicto in Campo Sintali, ipso viro meo presente et precipiente, retento usufructu ex omnibus viro meo dum vixerit. Attamen si rectores supradicte ecclesie S. Marie supradictam rem vendere vel locare voluerint, si eam habuerint, Ildebrando Sedonie vel suis heredibus vendere debeant pro centum solidis luccensibus minus quod possint habere ab aliis, si tollere voluerit, sin autem, faciant exinde quicquid voluerint. Totum aliud in integrum de quocumquę predictam neptam meam heredem instituo, modis omnibus deveniat Ildebrando Sedonie vel suis heredibus ubicumque sit. Sic volo et sic iudico et sic est mea ultima voluntas, et si non iure taestamenti valet, iure tamen codicilli valeat. Si vero supradicta neptis mea vel sui heredes contra fecerit et hanc meam ultimam voluntatem non observaverit, solvat penam observantibus fidem decem libras luccensium, et pena soluta, hoc meum iudicium sive testamentum sine scriptis maneat firmum. Quod scripsi ego Ugo Imolensis notarius. Testes ad hec rogati interfuerunt Ildebrandus Bilinelli, Minaboves, Pizolus Guidonis Amigoli, Ugo Liccatus, Iohannes Bonellus, Guerrerius, Guidolinus Iulitte.

II, 74. - Orig., mm. 270×167.

660.

Imolae, 13 maii 1178.

Monachi S. Mariae in Regula Arduino dant in emphytheusim duas arvi tornaturias sitas in fundo qui Grimulinum vocatur.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius MCLXX octavo, temporibus Alex[andri] pape et Fede-

rici imperatoris, die XIII mensis maii, Imolo, in claustro monasterii [S. Marie in] Regula, indictione XI. Ego quidem in Dei nomine dompnus Iohannes presbiter et monachus atque a[bbas] supradicti monasterii cum consensu monachorum eiusdem monasterii iure emphiteotico concedo et largior tibi presenti Arduino pro te tuisque filiis et nepotibus; idest duas turnaturias terre laboratorie in fundo qui vocatur Grimulinum, territorio Bononiensi et plebe S. Marie in Monte Celari: ab uno latere tenet Ugo Alberici, ab alio Mariscottus, a tercio Rendui[nus], a quarto latere tenes tu Arduinus. Quicquid infra hec latera designata manet in curte Casalicli cum introitu et exitu suo et cum òmnibus supra se et infra se et sibi pertinentibus concedo et largior tibi ad habendum, tenendum cum tuis filiis et nepotibus. Ita ut inferas michi meisque successoribus in predicto monasterio cum tuis filiis et nepotibus omni mense marcii aut infra indictionem nomine p[ensi]onis unum denarium monete luccensis, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia fecisti michi refutationem de una turnaturia terre cum omni actioni et pertinentia que tibi pertinuerat, que est posita in loco qui vocatur Paulinum: ab uno latere tenet Bennolus Berardelli, ab alio heredes Gerardi da la Fontana, a tercio latere tenes tu Arduinus, a quarto latere * *. Et ego iamdictus abbas cum meis confratribus et successoribus supradictam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare et hunc contractum emphyteoseos firmum tenere promitto tibi tuisque filiis et nepotibus. Ita tamen ut post transitum tuum tuorumque filiorum et nepotum supradicta res culta, laborata et in omnibus meliorata revertatur ad ius et dominium supradicti monasterii nostri, cuius est ius et proprietas. Si quis vero nostrarum ambarum partium contra fecerit et omnia supradicta non observaverit, det pars parti fidem servanti penam dupli, et post solutam penam, hic contractus emphyteoseos maneat firmus. Quam scripri ego Pizolus Immolensis notarius. Et tua auctoritate introeas predictam rem et possideas. Testes ad hec rogati interfuerunt Gibertus de Ducia, presbiter Rainerius, Azo, Ubaldinus Rainucini, Oddo Basoli.

II, 75. - Orig., mm. 276×154. Charta lacera et arrosa est secundum marginem dexterum.

661.

Imolae, 9 augusti 1178.

Hugolinus filius quondam Porcelli donat canonicis S. Laurentii quinque arvi tornaturias de fundo qui Rovorita dicitur.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius MCLXX octavo, temporibus Alexandri pape et Federici imperatoris, die nono intrante mense augusti, Imole, indictione XI. Ego quidem in Dei nomine Ugolinus filius quondam Porcelli do et dono causa mortis vobis presbitero Ugicioni et presbitero Ugoni canonicis plebis S. Laurentii accipientibus pro supradicta ecclesia S. Laurentii et pro vestris confratribus et successoribus in predicta ecclesia servientibus et commorantibus in perpetuum; idest quinque turnaturias terre laboratorie que sunt posite in fundo qui vocatur Rovorita, quas Porcellus pater meus reliquit supradicte ecclesie ..... to si filii sui decessisent sine filiis: ab uno latere tenet Bonbirone pro uxore sua, ab alio * * * * * *. Quam predictam peciam terre infra hec latera designata quantacumque est, do et dono vobis, ut superius legitur, ad habendum, tenendum et in predicta ecclesia S. Laurentii in perpetuum ad iura propria permanendum pro anima mea et patris mei supradicti et fratrum meorum et pro eterna illuminatione animarum nostrarum nostrorumque parentum; cum introitu [et exitu suo] et cum omnibus supra se et infra se et sibi quoque modo pertinentibus. Quam [vero] donationem ab omni persona hominum auctoriare et defensare et firmam tenere promitto vobis vestrisque confratribus et successoribus cum meis heredibus et successoribus in perpetuum. Et si contra fecero et omnia supradicta non observavero vel [ego] vel mei heredes vel successores aut per aliquam personam a me vel ab illis submissam vel submittendam, [tunc promit]to me meosque heredes et successores daturos penam dupli, quod res valet, vobis vestrisque confratribus vel successoribus, et post solutam penam, hic contractus donationis in perpetuum maneat firmus. Quem scripsi ego Ugo Imolensis notarius. Et vestra auctoritate vestrorumque confratrum introeatis et possideatis.

Testes ad hec rogati interfuerunt presbiter Ildebrandus canonicus S. Cassiani, Stultus Bertolotti, Martignanus frater eius, Ugolinus Bocii, Ugolinus Iohannis Guittonis, Ferramuscam, Petrus Clarii, Rozirolus Lodoini.

II, 76. - Orig., mm. 290×180. Charta valde lacera est.

662.

[Imolae] ad S. Matthaeum, 5 octobris 1178.

Guido archipresbyter plebis S. Mariae de castro Imolae Gratiano diacono concedit in emphytheusim terrae petiam in Cignano.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno MCLXXVIII, indictione XI, temporibus Alexandro pape et Federici imperatoris, die V intrante mense octubris, in claustro S. Mathei. Ego Guido archipresbiter plebis S. Marie castri Imole tibi Graciano diacono receptori pro te et pro nepoti tuo et heredibus facio pactum in sexaginta et novem annos ad renovandum de una pecia terre que est in Cignano: a duobus lateribus via, a tercio Cimise, a quarto * *; sub nomine pensionis omni anno mense marcii vel infra indictionem denario uno lucense. Pro eo quia exinde accepi a te solidos lucenses sex, et in tempore renovacionis similiter. Hec omnia supradicta ab omni persona hominum auctorizare et defensare vobis promitto sub pena dupli, et soluta pena, hoc pactum maneat firmum.

Ubaldus, Albertinus, Mustus testes rogati.

Ego Iohannes castri Imole notarius scripsi omnia supradicta.

II, 77. - Orig. mm. 235×160. In versu, manu saec. XIII Quam possidet Guido Proguona iuxta duas vias, alio Albertinellus Zacarie.

663.

Imolae, 2 octobris 1180.

Ostolus Raymundino vendit vineae petiam de fundo Prato.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab eius incarnacione MC octuagesimo, temporibus Allesandri pape et Federici inperatoris, die secundo intrante mense octubris, Immole, indi-

cione XIII. Ego quidem in Dei nomine Osstolus do, vendo in perpetuum tibi Raimundino emtori pro te et pro tuis filiis et heredibus; idest duas turnaturias terre et vinee in clauda mea posita in loco qui vocatur Pratum, curte Podioli, plebe S. Cassiani, territorio Corneliensi: a primo latere filii Raimundini de Linare, a secundo rivus, a tercio via, a IIII * *. Infra hec latera designata do et vendo tibi duas turnaturias cum omni iure et omni accione que in ea habeo, et hanc do tibi ad habendum, tenendum, vendendum, donandum, et quicquid tibi exinde placuerit faciendum cum tuis filiis et heredibus in perpetuum: et licenciam do tibi innovandi ad iura unde est, pro eo vero quia accepi a te precium pro supradicta re denariorum monete luccensis solidos quadraginta. Et ab hinc in antea non liceat michi venditori neque meis filiis vel heredibus ullo unquam in tempore de supradicta re facere questionem, repeticionem, causacionem ullamque litem movere, neque contra te, neque contra tuos filios vel heredes, neque per aliquam personam a me submissam vel submittendam, neque in placito, neque extra placitum, neque quolibet modo. Promitto me preterea supradictam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare et hunc contractum firmum tenere tibi tuisque filiis et heredibus cum meis filiis et heredibus sub pena dupli quod res valet, et pena soluta, hic contractus maneat firmus. Quem scripsi ego Ganducius Immolensis notarius. Tua auctoritate liceat tibi introire in possesione.

Testes ad hoc rogati fuerunt Guido Rampus, Petrus, Ubaldinus Dienze.

Notario signo scribit Ganducius isto [ST].

II, 79. - Orig., mm. 235×113.

664.

Imolae, 13 octobris 1180.

Conventio facta inter episcopum et canonicos S. Cassiani, canonicos S. Laurentii et abbatem S. Mariae in Regula ex una parte et priorem hospitalis S. Ioannis ex alia.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius MC octuagesimo, temporibus Alexandri pape et Federici imperatoris, die XIII mensis octubris, Imole in monasterio S. Marie

in Regula, indictione xiii. Noticia recordacionis de convencione que facta est inter dominum Henricum ecclesie S. Casiani episcopum et canonicos eiusdem ecclesie, et canonicos S. Laurenzii et domnum Iohannem abbatem monasterii S. Marie in Regula ex una parte et domnum Arcimbaldum priorem domus Venezie pro ospitali S. Iohannis ex alia parte, videlicet si sacerdos ospitalis iverit ad domum cuiuslibet infirmi ad visitandum, non det ei penitenciam, nec perungat oleo, sed sacerdos, de cuius parochia est, det penitenciam, et sacerdos, de cuius sepultura erat, perungat oleo. Aliter autem sacerdos ospitalis penitenciam non det nisi necessitas repentine mortis immineat. E[t si vero] quis de parochianis voluerit se dare ospitali in infirmitate, itaque sit... [ospi]talis vel ut ibi sepelliatur, sacerdos ospitalis debet suadere infirmum mittere pro sacerdote de cuius parochia est, et ipse infirmus debet mittere et accipere penitenciam hab eo; si vero sacerdos noluerit venire, sacerdos ospitalis det ei penitenciam primo ei satisfacto cui tenetur obnoxius de demnis, de usuriis, de rapinis, de possessionibus ecclesiasticis, de scomunicacionibus et tunc libere accedat absque contradictione ad ospitale. Si vero in sanitate ospitali se dare voluerit, eodem modo satisfaciat, ut superius dictum est, et postea cum Dei benedictione libere ad ospitale accedat; de testamento autem illo quod factum erit ad ospitale ab is qui eligunt sepulturam ospitali, ospitale habeat tres partes, et illi de quorum sepultura erat, habeat quartam partem, et illi de ospitali non debeant recipere populum alicuius ecclesie vel aufferre assidue. Si quis vero de iamdictis partibus contra supradicta venerit et requisitus infra xl dies non emendaverit, solvat penam fidem servantibus xx libras denariorum monete luccensis, et post penam solutam, hec convencio in perpetuum maneat fir[ma]. Et sic omnis contraversia de sepultura que tunc inter eos vertebatur, similiter eciam de iniuriis in perpetuum maneat sopita et deliberata. Que vero omnia scripsi ego Pizolus Imolensis notarius ex mandato domini Henrici episcopi et canonicorum suorum et S. Laurentii et donni Iohannis abbatis monasterii S. Marie in Regula et ex mandato donni Arcinbaldi prioris mansionis Venezie de ospitali S. Iohannis. Ad hec interfuerunt presbiter Ildebrandus canonicus ecclesie S. Cassiani, presbiter Alexius, presbiter Ugo canonici S. Laurenzii, donnus Rambertus prior monasterii S. Marie in Regula, presbiter Fulcus de ospitali S. Iohannis, frater Isnardus, frater Framisinus, frater Ingil-

bortus, Iohannes Rambertini. Hec quidem omnia supradicta facta sunt conscilio Galingi sacri palacii iudicis qui cognitor erat predictarum causarum et lic[encia et] delegacione Gerardi bone memorie Ravennatis archiepiscopi. Exemplum ex autentico sumtum, quod quidem exemplum, ex alio autentico sumtum, ego Guido Imolensis notarius exe(m)plavi ut vidi et legi in autentico instrumento et nec addidi nec minui.

II, 78. - Exemplar, mm. 253×180. Charta valde lacera est et passim vix legi potest. — Zaccaria, I, 178.

665.

Imolae, 11 martii 1181.

Stillicia eiusque filius Hugolinus canonicis S. Laurentii donant duas arvi tornaturias sitas in fundo qui Crux ferrea vocatur.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius MC octuagesimo primo, temporibus Alexandri pape et Federici imperatoris, die XI intrante mense marcii,[1] Immole, indictione XIIII. Ego quidem in Dei nomine Stillicia relicta quondam Guidonis Petri et Ugulinus filius eius damus et donamus vobis presbitero Santerno et presbitero Ugicioni accipientibus pro vobis et pro confratribus vestris et successoribus in ecclesia S. Laurentii servientibus et commorantibus proprie ad mensam canonicorum predicte ecclesie pro anima filii mei Petri et pro remissione peccatorum suorum; idest duas turnaturias terre laboratorie quas habemus in fundo qui vocatur Crux ferrea: ab uno latere tenent filii Azonis medici et Beldatus, ab alio Bonbarone, a tercio filii Iohannis Rocie et Bretamus Galicie, a quarto latere Via de Medio. Quas predictas duas turnaturias terre infra hec latera designatas cum introitu et exitu suo et cum omnibus supra se et infra se et sibi pertinentibus damus et donamus vobis ad habendum, tenendum cum vestris confratribus et successoribus proprie ad mensam canonicorum in perpetuum permanendum. Et nos iamdicti donatores cum nostris filiis et heredibus supradictam rem ab omni persona hominum auctorizare et defensare et hanc donationem firmam tenere promittimus vobis vestrisque confratribus et successoribus. Et si contra fecerimus vel nos aut nostri heredes aut per aliquam personam a nobis submissam vel

submittendam, sive in placito vel extra placitum aut quolibet modo, tunc promittimus nos cum nostris filiis et heredibus daturos penam dupli, quod res valet, vobis vestrisque confratribus et successoribus, et post solutam penam, hic contractus donationis in perpetuum maneat firmus. Quem scripsi ego Pizolus Immolensis notarius. Et vestra auctoritate introeatis predictam rem et possideatis. Testes ad hec rogati interfuerunt Albertinus Petri Gisaltrude, Ugo Arsus, Aldinus, Beneincasa Fuscoli, Dominicus Zanfone.

II, 80. - Orig., mm. 250×117.

[1] *In calce* Die tercio intrante mense marcii.

666.

Imolae, 31 martii 1181

Canonici S. Laurentii Santerno Petri Guillae concedunt in emphytheusim arvi petiam de fundo qui Mercurium dicitur.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius MC octuagesimo primo, temporibus Alexandri pape et Federici imperatoris, die ultimo mensis marcii, Imole, indictione XIIII. Nos quidem in Dei nomine presbiter Santernus et presbiter Ugicio cum consensu confratrum nostrorum canonicorum S. Laurentii nomine pacti in sexaginta et novem annos ad renovandum concedimus et largimur tibi presenti Santerno Petri Guille accipienti pro te et pro tuis filiis et heredibus usque ad annos advenientes sexaginta et novem ad renovandum; idest unam peciam terre laboratorie conputatam quattuor turnaturias, que sunt posite in fundo qui vocatur Mercurium: ab uno latere tenes tu conductor, ab alio latere heredes Iohannis Guitonis, a tercio Grethulla, a quarto latere Iohannes Guarinus. Quas predictas quattuor turnaturias cum introitu et exitu suo et cum omnibus supra se et infra se et sibi pertinentibus concedimus et largimur tibi tuisque filiis et heredibus ad habendum, tenendum, possidendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis advenientibus supradictis sexaginta et novem ad renovandum. Ita ut inferas pensionem nobis nostrisque confratribus et successoribus cum tuis filiis et heredibus omni mense marcii aut

infra indictionem nomine pensionis unum denarium monete luccensis, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia accepimus a te mercedis nomine denariorium monete luccensis libras quinque et mediam. Et nos iamdicti ordinatores cum nostris confratribus et successoribus supradictam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare et hoc pactum firmum tenere promittimus tibi tuisque filiis et heredibus. Si quis vero nostrarum ambarum partium contra fecerit et omnia supradicta non observaverit, det pars parti fidem servanti penam dupli, et post penam solutam, hoc pactum maneat firmum. Quod scripsi ego Pizolus Immolensis notarius. Et tua auctoritate introeas predictam rem et possideas.

II, 81. - Orig., mm. 262×153.

667.

Imolae, 27 iulii 1181.

Benagolus et Imilla uxor eius canonicis S. Cassiani et S. Laurentii dant terrae et vineae petiam de fundo qui vocatur Casale.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnacione eius MC octuagesimo primo, temporibus Alexandri pape et Federici imperatoris, die v ^{to} exeunte mense iulii, Imole, in claustro canonice S. Laurencii, indictione XIIII. Nos quidem in Dei nomine Benagolus et Imilla uxor eius damus iure venditionis vobis presbitero Ildebrando canonico ecclesie S. Cassiani et tibi presbitero Alexio canonico ecclesie S. Laurentii accipientibus pro vobis vestrisque confratribus et successoribus predictarum ecclesiarum; idest unam peciam terre et vinee quam habemus in fundo qui vocatur Casale in plebe S. Prosperi: a duobus lateribus tenet Albertinus Zanzulini, a tercio limes, a quarto latere flumen. Quantum habemus et nobis pertinet infra hec latera cum omni actione et omni pertinentia quecumque nobis inde pertinet, damus vobis ad habendum, tenendum et in predictis ecclesiis semper permanendum secundum anticum usum et anticum morem; et licentiam innovandi habeatis a iure unde est, ad dandam sibi pensionem unum denarium monete Verone. Hanc enim predictam terram damus vobis pro cellis quas ego Benagolus facere

debebam, redemptis decem libras luccenses. Et nos huius rei datores cum nostris filiis et heredibus supradictam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare et hunc contractum firmum tenere promittimus vobis vestrisque confratribus et successoribus, et si contra fecerimus vel nos aut nostri heredes aut per aliquam personam a nobis submissam vel submittendam, tunc promittimus nos cum nostris filiis et heredibus daturos penam dupli vobis vestrisque confratribus ac successoribus, et post solutam penam, hic contractus maneat firmus. Quem scripsi ego Pizolus Immolensis notarius. Et vestra auctoritate introeatis predictam rem et possideatis. Testes ad hec rogati interfuerunt Gualengus et Stultus legis periti, Nicholaus et Angelus frater eius, Pax Litoardi, Mazone, Bonzanellus.

Noticia recordationis. Si nos aut nostri heredes, uno anno tran⟨s⟩acto post factam pacem guerre in qua nunc sumus, vel ante persolverimus vobis aut vestris confratribus vel successoribus decem libras luccenses et distribuatis eas secundum solitum usum et anticum morem, supradicta res revertatur ad nos; sin autem, supradictus contractus sit ratus et firmus.

II, 82. - Orig., mm. 327×125.

668.

Imolae, 30 octobris 1181.

Guido Tartangnus et alii testantur Zanzolinum de Triforcia per codicillum, servato usufructu in favorem uxoris suae, reliquisse ecclesiis S. Iacobi et S. Laurentii omnia sua bona.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab eius incarnacione MCLXXXI, temporibus pape cuius nomen nondum certum habemus et Federici inperatoris, die penultimo exeunte mense octubris, Immole, indicione XIIII. Nos quidem in Dei nomine Guido Tartangnus et Poretinus filius eius et Bencarus et Ugolinus Gualfinarius et Redulfinus pro futuro testimonio reddendo dicimus quia ibi fuimus testes rogati ubi Zanzolinus de Treforcia in sua ultima voluntate, postquam nullum condidit testamentum vel codicillum, reliquit omnes suas res et possesiones mobiles et immobiles ecclesie S. Iacobi et ecclesie S. Laurencii in manu

sacerdotis Ugonis acceptori pro ipsis ecclesiis et pro suis confratribus et successoribus in eisdem ecclesiis in perpetuum commorantibus, resarcitis omnibus debitis et omnibus expensis et refactis; ita quod uxor sua sit usufructuaria inde in vita sua. Omnes suas res et possessiones reliquit supradictis ecclesiis ubicumque sint per quemcumque modum vel titulum ei pertinebant vel pertinere poterant. Et sic voluit et sic iudicavit et talis eius ultima voluntas fuit. Dixit: Si quis contra hanc suam ultimam voluntatem ire, vel agere, vel infringere et non observare temptaverit, solvat penam centum solidorum luccensium eius hereditatem habentibus, et pena soluta, hec sua ultima voluntas maneret firma, quia si iure testamenti non valet, iure tamen codicilli vel ultime voluntatis valeat. Que omnia scripsi ego Ganducius Immolensis notarius ut audivi a supradictis testibus coram me affirmantibus et asserrentibus iure iurando supra sancta Dei evangelia ab his omnibus corporaliter prestito.

Notario signo scribit Ganducius isto [ST].

II, 83. - Orig., mm. 242×190.

669.

Imolae, 24 ianuarii 1182.

Monachi S. Mariae in Regula Guirardino concedunt in emphytheusim arvi petiam sitam in fundo qui Faifanum vocatur.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius MC octuagesimo secundo, temporibus Lucii pape et Federici imperatoris, die octavo exeunte mense ianuarii, Imole, in claustro S. Marie, indictione XV. Ego quidem in Dei nomine dompnus Iohannes presbiter et monachus atque abbas monasterii S. Marie cum consensu monachorum eiusdem monasterii nomine pacti concedo et largior tibi Guirardino accipienti pro te et pro tuis filiis et heredibus usque ad annos advenientes sexaginta et novem ad renovandum; idest unam peciam terre laboratorie posita in fundo qui vocatur Faifanum: ab uno latere via, ab alio latere riu(s), a tercio latere Albertinus, a quarto latere tu receptor. Quantum infra hec latera permanet cum introitu et exitu suo et cum omnibus supra se et infra se et

sibi pertinentibus constitutum territorio Corneliensi et plebem S. Moncilari, concedo et largior tibi ad habendum, tenendum, possidendum, defensandum et in omnibus meliorandum cum tuis filiis et heredibus. Ita ut inferas pensionem michi meisque confratribus et successoribus cum tuis filiis et heredibus omni mense marcii aut infra indictionem unum denarium monete luccensis, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia accepi a te mercedis nomine pro supradicta re denariorum monete luccensis libras quattuor. Et ego iamdictus abbas cum meis confratribus et successoribus supradictam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare et hoc pactum firmum tenere promitto tibi tuisque filiis et heredibus cum meis confratribus et successoribus, et non liceat tibi supradictam rem vendere, nec donare, neque aliquem contractum cum aliquo facere nisi in monasterium nostrum, si tollere voluerimus, pro quinque solidis minus quam ab aliis habere poteris, [et] si tollere noluero, liceat tibi dare cui volueris salva rationem monasterii et decimum dare nobis. Si quis vero nostrarum ambarum parcium contra fecerit et omnia supradicta non observaverit, det pars parti (fidem) servanti penam dupli quod datur nomine mercedis, et post solutam panam, hoc pactum maneat firmum. Quod scripsi ego Alexandrinus Imolensis notarius. Manus investitor fuit Guirardus.

II, 84. - Orig., mm. 282×103.

670.

Imolae, 29 maii 1182.

Canonici S. Laurentii Alexio Petri Mercati concedunt in emphytheusim dimidiam arvi petiam de fundo Crux ferrea dicto.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius MC octuagesimo secundo, temporibus Lucii pape et Federici imperatoris, die tercio exeunte mense maii, Imole, indictione XV. Ego quidem in Dei nomine presbiter Ugo cum consensu canonicorum S. Laurentii confratrum meorum nomine pacti in sexaginta et novem annos ad renovandum concedimus et largimur tibi Alexio Petri Mercati accipienti pro te et pro tuis

filiis et heredibus usque ad annos advenientes sexaginta et novem ad renovandum; idest medietatem de una pecia terre laboratoria posita in fundo qui vocatur Crux ferrea: ab uno latere totius predicte pecie terre tenet Iohannes Rambertini, ab alio heredes Gerardini de Marchisello, a duobus lateribus tenes tu Alexius. Quam predictam medietatem iamdicte pecie terre infra hec latera designatam cum introitu et exitu suo et cum omnibus supra se et infra se et sibi pertinentibus concedimus et largimur tibi ad habendum, tenendum, possidendum, defensandnm et in omnibus meliorandum in annis advenientibus supradictis sexaginta et novem ad renovandum. Ita ut inferas pensionem nobis nostrisque confratribus et successoribus cum tuis filiis et heredibus omni mense marcii aut infra indicionem unum denarium monete luccensis, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia accepimus a te mercedis nomine denariorum monete luccensis libras tres et mediam. Et nos iamdicti ordinatores cum nostris confratribus et successoribus supradictam rem ab omni persona hominum auctorizare et defensare et hoc pactum firmum tenere promittimus tibi tuisque filiis et heredibus. Si quis vero nostrarum ambarum parcium contra fecerit et omnia supradicta non observaverit, det pars parti fidem servanti penam dupli, quod datur nomine mercedis, et post solutam penam, hoc pactum maneat firmum. Quod scripsi ego Pizolus Immolensis notarius. Et tua auctoritate introeas predictam rem et possideas. Testes ad hec rogati interfuerunt Araldinus, Albertinus Ildebrandi de Bilinello, Petricinus Guidolini, Iohannes Zanonis.

II, 85. - Orig., mm. 270×115.

671.

Imolae, 13 augusti 1182.

Canonici S. Laurentii Aginulfo et Albertino dant in emphytheusim terrae petiam in loco qui Russanum appellatur.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius MC octuagesimo secundo, temporibus Lucii pape et Federici imperatoris, die XIII mensis augusti, Imole, indictione XV.

Nos quidem in Dei nomine presbiter Alexius et presbiter Ugicion canonici plebis S. Laurentii de civitate Imola cum consensu canonicorum eiusdem ecclesie confratrum nostrorum nomine pacti concedimus et largimur vobis presentibus Aginulfo et Albertino conductoribus pro vobis et pro uxoribus vestris Albula et Completa et pro filiis et heredibus vestris usque ad annos advenientes sexaginta et novem ad renovandum per equales partes; idest duas turnaturias terre quas habemus et ecclesie nostre pertinet in loco qui vocatur Russanum, territorio Corneliensi et in curte Montis Medule, quas habemus pro anima iuxta montem: ab uno latere tenet Guilelmus, ab alio tenetis vos conductores, a tercio Alidux, a quarto latere via; et si non sunt due turnaturie, adimplere promittimus vobis ibi prope de illa que fuit de iuxta monte. Quas predictas duas turnaturias terre cum introitu et exitu suo et cum omnibus supra se et infra se et sibi pertinentibus concedimus et largimur vobis ad habendum, tenendum, possidendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis advenientibus supradictis sexaginta et novem ad renovandum. Ita tamen ut inferatis pensionem nobis nostrisque confratribus et successoribus cum vestris filiis et heredibus omni mense marcii aut infra indictionem unum denarium monete luccensis, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia accepimus a vobis mercedis nomine denariorum monete luccensis solidos viginti. Et nos iamdicti ordinatores cum nostris confratribus et successoribus supradictam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare et hunc contractum firmum tenere promittimus vobis vestrisque filiis et heredibus. Si quis vero nostrarum ambarum partium contra fecerit et omnia supradicta non observaverit, det pars parti fidem servanti penam dupli, quod datur nomine mercedis, et post solutam penam, hoc pactum maneat firmum. Quod scripsi ego Pizolus Immolensis notarius. Et vestra auctoritate introeatis predictam rem et possideatis. Testes ad hec rogati interfuerunt Ugolinus Iohannis Guitonis, Ugolinus Morzone, Ugone, Ildebrandus Iohannis Potesta.

(Aa). Ego presbiter Alexius subscripsi. Ego presbiter Santernus manu mea subscripsi. Ego presbiter Ugytion manu mea subscripsi. Ego presbiter Ugo manu mea subscripsi. Ego presbiter Gualfredus manu mea subscripsi. Ego Ismeus subscripsi.

II, 86 a. - Orig., mm. 245×150. = II, 86 b. - Aliud orig., mm. 248×148, cui desunt subscriptiones autographae.

672.

Imolae, 4 octobris 1182.

Hugolinus Macoli pro anima fratris sui Savarisii donat ecclesiae S. Laurentii arvi petiam de fundo Vulparola.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius MCLXXXII, [temporibus] Alexandri pape et Federici imperatoris, die IIII intrante mense octobris, Imole, indictione XV. Ego quidem in Dei nomine Ugolinus Macoli pro anima Savarisii fratris mei et remissione peccatorum suorum et pro male ablatis et pro una cella quam ipse debebat facere per eius voluntatem, et sic se commisit in presbiterum Gerardum de S. Michaele, do et cartulam donationis causa mortis facio vobis presbitero Alexio et presbitero Ugicioni accipientibus pro ecclesia S. Laurentii et pro vestris confratribus et successoribus in predicta ecclesia permanentibus et commorantibus; idest tres turnaturias terre laboratorie quas predict[us Sa]varisius frater meus habebat et tenebat in fundo qui vocatur Vulparola, territorio Corneliensi et ple[be S. Ca]ssiani: ab uno latere tenent heredes Ugonis de S. Vitale et Petrus Zanzullus, ab alio Orlandinus de Maia, a tercio via, a quarto * *. Quicquid infra hec latera designata manet cum introitu et exitu suo et cum omnibus supra se et infra se et sibi pertinentibus et cum omni actioni et omni pertinentia quecumque sibi pertinebat, do et dono vobis, sicut superius legitur, ad habendum, tenendum et in predicta ecclesia in perpetuum permanendum, et licentia innovandi habeatis ad iura unde est, videlicet ab ecclesia S. Cassiani. Et ab hinc in antea non liceat heredibus iamdicti fratris mei de supradicta re facere questionem, reppetitionem, causationem aut litem movere neque contra vos neque contra vestros confratres vel successores neque per aliquam personam ab illis submissam vel submittendam, nec in placito neque extra placitum, neque quolibet modo. Promitto preterea supradictam rem ab omni persona hominum auctorizare et defensare et hanc donationem firmam tenere, et firmam facere tenere vobis vestrisque confratribus et successoribus cum meis filiis et heredibus. Et si contra fecero et omnia supradicta

non observavero, tunc promitto me cum meis filiis et heredibus daturum penam dupli vobis vestrisque confratribus et successoribus, et post solutam penam, hic contractus donationis maneat firmus. Quem scripsi ego Pizolus Immolensis notarius. Et vestra auctoritate introeatis predictam rem et possideatis. Testes ad hec rogati interfuerunt presbiter Gerardus de S. Michaele, Guastone, Balurdus, Guido filius Ugolini de Mazaincollo, Framisinus filius quondam Ugolini Brunitti.

II, *87*. - *Orig.*, *mm. 240×185.*

673.

Imolae, 16 novembris 1182.

Gerardinus Petri Uberti canonicis S. Laurentii donat vineae petiam sitam in fundo qui Felegarium appellatur.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius MCLXXXII, temporibus Lucii pape et Federici imperatoris, die XVI mensis novembris, Imole, indictione XV. Ego quidem in Dei nomine Gerardinus Petri Uberti pro anima mea et remissione peccatorum meorum do tibi presbitero Alexio accipienti pro ecclesia S. Laurentii et pro labore predicte ecclesie omne ius et omnes actiones et omnes pertinentias quecumque michi pertinent de una pecia terre vineate que est posita in fundo qui vocatur Felegarium : ab uno latere tenet Tuscus Bretonis, ab alio heredes Mattari, a tercio heredes Petri Ducie, a quarto latere tenet Guido Avile. Quicquid iuris vel actionis michi pertinet de supradicta re infra hec latera designata, do tibi ad habendum, tenendum et ad laborem predicte ecclesie in perpetuum permanendum pro anima mea et remissione peccatorum meorum. Et ab hinc in antea non liceat michi Gerardino, neque meis heredibus ullo unquam in tempore de supradicta re facere questionem, reppetitionem, causationem aut litem movere, neque contra predictam ecclesiam, neque contra ibi servientes et commorantes, neque per aliquam personam a me submissam vel submittendam, nec in placito neque extra placitum, neque quolibet modo. Promitto preterea supradictam rem ab omni persona hominum auctorizare et defensare et hanc donationem firmam tenere tibi tuisque confratribus et successoribus in pre-

dicta ecclesia cum meis heredibus et successoribus. Et si contra fecero vel ego aut mei heredes vel successores, tunc promitto me cum meis heredibus et successoribus daturum penam dupli tibi tuisque confratribus et successoribus, et post solutam penam, hic contractus donationis in perpetuum maneat firmus. Quem scripsi ego Pizolus Immolensis notarius. Testes ad hec rogati interfuerunt Milundus, Santernus Petri Guille, Guido filius Orlandini, Nivaldus frater eius, Peregrinus filius Ildebrandi Sedonie.

II, 88. - Orig., mm. 235×145.

674.

Imolae, 4 iulii 1183.

Testamentum Gandulfi quondam Ubaldini Gandulfi Petri Gerardi.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius MC octuagesimo III, temporibus Lucii pape et Federici imperatoris, die IIII intrante mense iulii, Imole, indictione prima. Ego quidem in Dei nomine Gandulfus filius quondam Ubaldini Gandulfi Petri Gerardi do ecclesie S. Laurentii et S. Marie in Regula et S. Prosperi XXI turnaturias terre per equales partes pro XL libris luccensibus pro malis ablatis. Et volo ut sit datum pro anima mea XV libre luccenses. Et mater mea Sanguinea habeat campum meum ubi stabat Tuscanellus, et solvat predictas XV libras. Preterea do et relinquo predictis ecclesiis et ecclesie S. Anastasii XXXIII turnaturias terre pro anima mea et remissione peccatorum meorum. Et ecclesie S. Christine unam peciolam terre quam comparavi ab Avulthrune in Morethano. Et volo ut uxor mea Imilla sit usufructuaria in domo mea et meorum bonorum donec voluerit se continere; et quod suum fuit, si minus est vel deterioratum, sit ei restitutum, et habeat retentionem donationis propter nubptias quam sibi feci; et insuper habeat quattuor turnaturias terre quas habeo in loco qui vocatur Grethulla. Et instituo fratrem meum Rainerium et Virdianam sororem meam heredes michi de XL turnaturiis terre equali parte a limite Casalbornorum in Surium; et si Virdiana obierit sine liberis, restituat suam partem sorori mee Remengarde; et si Rainerius obierit sine filiis, faciat similiter, sine

omni lite. Ita tamen ut sit in usufructu Sanguinee matris mee dum vixerit. Et volo ut soror mea Richilda habeat unum casamentum, supra quod stetit Abandonatus, in usufructu dum vixerit, et post obitum suum revertatur ad Remengardam sororem meam. Et volo quod Rozirolus Rodulfini habeat unam peciam de mea terra quam habe(o) in fundo qui vocatur * *. Omnia autem alia mea quantacumque habeo et teneo et michi pertinet relinquo Remengarde sorori mee, et instituo eam heredem michi, ita tamen ut mater mea sit u(s)ufructuaria de medietate omnibus diebus vite sue. Sic volo et sic iudico et sic est mea ultima voluntas. Et si quis de meis heredibus contra hanc meam ultimam voluntatem ire vel agere et non observare presumpserit, condempno eum ut solvat penam, meam ultimam voluntatem observantibus, unam libram auri, et post solutam penam, hic contractus et ultima mea voluntas in perpetuum maneat firma. Quam scripsi ego Pizolus Immolensis notarius. Testes fuerunt Bonzo, Ugo filius eius, Ubaldinus Iohannis Orsi, Ugolinus Macoli, Arpinellus, Stultus Bertolotti, Martinus Strufoli, Martignanus frater eius, Prudentius Ugonis Rodulfi, Rozerius frater eius, Ugolinus Donne.

II, 90. - Orig., mm. 295×152.

675.

Imolae, 7 septembris 1184.

Orlandus Rambertini canonicis S. Laurentii donat terrae petiam de fundo qui vocatur Clusura.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius MCLXXXIIII, temporibus Lucii pape et Federici imperatoris, die VII intrante mense septembris, Imole, indictione secunda. Ego quidem in Dei nomine Orlandus Rambertini pro anima mea et remissione peccatorum meorum et matris mee et patris mei do et dono tibi presbitero Santerno accipienti pro ecclesia S. Marie de Clusura et pro tuis confratribus et successoribus in ecclesia S. Laurentii commorantibus et servientibus; idest unam peciolam terre in fundo qui vocatur Clusura: ab uno latere iura predicte ecclesie, ab alio tenet Bulgarus, a tercio Ugolinus Guidonis Petri, a quarto est via. Quantum habeo et

teneo et michi pertinet infra hec latera designata cum introitu et exitu suo et cum omnibus sibi pertinentibus do et dono tibi pro predicta ecclesia et pro vobis vestrisque confratribus et successoribus ad habendum, tenendum et in predicta ecclesia ad iura propria in perpetuum permanendum, pro eterna illuminatione anime mee meorumque parentum. Et ego iamdictus Orlandus donator cum meis filiis et heredibus et successoribus supradictam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare et hanc donationem firmam tenere promitto vobis vestrisque confratribus et successoribus. Et si contra fecero et omnia supradicta non observavero vel ego vel mei heredes vel successores aut per aliquam personam a me submissa vel submittendam, tunc promitto me cum meis filiis et heredibus et successoribus daturum penam dupli, quod res valet, vobis vestrisque confratribus et successoribus, et post solutam penam, hic contractus donationis in perpetuum maneat firmus. Quam scripsi ego Pizolus Immolensis notarius. Et vestra auctoritate introeatis predictam rem et possideatis. Testes ad hec rogati fuerunt presbiter Rodulfus prepositus canonice S. Cassiani, Arduinus levita eiusdem ecclesie, presbiter Guido de S. Leonardo, Arardus Giberti, Marcolus Binelli, Bonpirolis, Feraldus, Ugolinus Basoli, Isacattus et alii quamplures.

II, 91. - Orig., mm. 244×160. In versu ND *legi nequit.*

676.

Imolae, 2 decembris 1184.

Trentinus canonicis S. Laurentii donat casamentum in civitate Imola positum.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius MC octuagesimo IIII, temporibus Lucii pape et Federici imperatoris, die secundo intrante mense decembris, Immole, in claustro canonice S. Laurentii, indictione secunda. Ego quidem in Dei nomine Trentinus dono et do tibi presbitero Alexio canonico plebis S. Laurentii accipienti pro predicta ecclesia et pro tuis confratribus et successoribus in predicta ecclesia in perpetuum commorantibus et servientibus; idest casamentum meum quod est positum in civitate Imola cum omni superficie

que supra illud est et apposita erit: ab uno latere predicti casamenti tenet Iohannes Altrude et Petrus de Miso, ab alio heredes Roziroli, a tercio andruna, a quarto platea civitatis. Quicquid infra hec latera designata manet cum omnibus supra se et infra se et sibi pertinentibus, do et dono vobis pro supradicta ecclesia S. Laurentii ad habendum, tenendum et in predicta ecclesia in perpetuum permanendum. Et ab hinc in antea non liceat michi donatori neque meis heredibus ullo unquam in tempore de supradicta re facere questionem, reppetitionem, causationem aut litem movere neque contra vos neque contra vestros confratres et successores neque per aliquam personam a me submissam vel submittendam, nec in placito nec extra placitum, neque quolibet modo. Promitto preterea supradictam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare et hanc donationem firmam tenere vobis vestrisque confratribus et successoribus cum meis filiis et heredibus. Et si contra fecero vel ego vel mei heredes vel successores, tunc promitto me cum meis heredibus et successoribus daturum penam centum solidos luccenses vobis vestrisque confratribus et successoribus, et post solutam penam, hic contractus donationis in perpetuum maneat firmus. Quem scripsi ego Pizolus Immolensis notarius. Et vestra auctoritate introeatis predictam rem et possideatis. Testes fuerunt Drutholus hostiarius, Expectatus legis doctus, Guido Tartagnus, Rodulfinus Clarii, Guidolinus Toranelli.

II, 93. - Orig., mm. 275×132.

677.

Imolae, 2 decembris 1184.

Canonici S. Laurentii Trentino concedunt in emphytheusim casamentum in civitate Imola positum.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius MC octuagesimo quarto, temporibus Lucii pape et Federici imperatoris, die secundo intrante mense decembris, Imole, indictione secunda, in claustro canonice S. Laurentii. Ego quidem in Dei nomine presbiter Alexius cum consensu canonicorum ecclesie S. Laurentii confratrum meorum nomine pacti in centum annos ad renovandum concedimus et largimur

tibi presenti Trentino conductori pro te et pro tuis filiis et heredibus usque ad annos advenientes predictos centum ad renovandum; idest unum casamentum positum in civitate Imola cum omni superficie que supra illud est et opponenda est: ab uno latere tenet Iohannes Altrude et Petrus de Miso, ab alio heredes Roziroli, a tercio andruna, a quarto latere platea civitatis. Quicquid infra hec latera designata manet et iamdicto casamento pertinet, concedimus et largimur tibi tuisque filiis et heredibus ad habendum, tenendum, possidendum, defensandum et in omnibus meliorandum. Ita ut inferas nobis nostrisque confratribus et successoribus cum tuis filiis et heredibus omni mense marcii aut infra indictionem nomine pensionis unum denarium monete luccensis, tantum, ut dictum est, persolvatur. Hoc enim facimus pro amore quem in te habemus: et nos iamdicti ordinatores, cum nostris confratribus et successoribus supradictam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare et hoc pactum firmum tenere promittimus tibi tuisque filiis et heredibus. Si quis vero nostrarum ambarum partium contra fecerit et omnia supradicta non observaverit, det pars parti fidem servanti penam centum solidos denariorum monete luccensis, et post solutam penam, hoc pactum maneat firmum. Quod scripsi ego Pizolus Immolensis notarius. Testes ad hec rogati interfuerunt Expectatus legis doctus, Guido Tartangnus, Rodulfinus Clarii, Drutholus hostiarius, Guidolinus Toranelli.

II, 92. - Orig., mm. 266×160.

678.

[Imolae], 7 februarii 1185.

Canonici S. Laurentii Ricobono dimidiam terrae petiam in Campo Sintali positam, aliam vero partem Alberto Bonceto, Garatone et Florentio in emphytheusim concedunt.

† In nomine Domini. Anni Domini MCLXXXV, temporibus Lucii pape et Federici imperatoris, die septimo intrante mense februarii, indictione tercia. Ego quidem in Dei nomine presbiter Alexius S. Laurentii cum consensu fratrum predicte ecclesie concedo et largior vobis Ricobono in una medietate in posteriori parte, in alia vero medietate Alberto Bonceto, Garatone et Flo-

rentio acceptoribus pro vobis vestrisque filiis et heredibus nomine pacti usque ad annos advenientes LX et quattuor ad renovandum; idest unam petiam terre que est posita in Campo Sintali, in plebe S. Laurentii: primo latere Isacatus et Bonci, secundo latere Alberius, tercio latere iura S. Leonardi, quarto latere via. Quantum infra hec latera designata iacet cum introitu et exitu suo et cum omnibus supra se et infra se sibi pertinentibus concedo et largior vobis ad habendum, tenendum et defensandum et in omnibus meliorandum in annis advenientibus supradictis ad renovandum. Ita tamen quod inferatis michi pensionem meisque successoribus omni mense marcii aut infra indictionem cum vestris filiis et heredibus denariorum monete luccensis II denarios,[1] tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo vero quia accepi a vobis pro supradicta re mercedis nomine denariorum monete luccensis VIII libras. Et ego iamdictus locator promitto me preterea supradictam rem ab omni persona hominum auctorizare et defensare et hoc pactum firmum tenere vobis vestrisque filiis et heredibus cum meis successoribus. Et si quis ambarum nostrarum parcium contra hec fecerit et omnia supradicta non observaverit, det pars parti fidem servanti penam dupli, quod datur nomine mercedis, et post penam solutam, hoc pactum maneat firmum. Supradictus presbiter Alexius cum suis confratribus michi scribere iusserunt, Imole.

Ego Henricns sacri palacii notarius scripsi et interfui.

II, 94. - Orig., mm. 265×120. In versu, manu saec. XII Ricobonus pater Gratiani Florentine, possidet Landus et Guido Montanelli.

[1] *Ita refert orig.; recte* libras

679.

Imolae, 2 augusti 1185.

Monachi S. Mariae in Regula canonicis S. Laurentii concedunt in emphytheusim terrae tornaturiam.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius MCLXXXV, temporibus [Lucii] pape et Federici imperatoris, die secundo intrante mense augusti, Imole, in claustro monasterii S. Marie in Regula, indictione tercia. Ego quidem in Dei nomine dompnus Iohannes presbiter et monachus atque abbas predicti monasterii cum consensu monachorum eiusdem

monasterii titulo pacti concedo et largior tibi presenti presbitero Santerno accipienti pro ecclesia S. Laurentii et pro tuis confratribus et successoribus in predi[cta ecclesia S. Laurentii servientibus et commorantibus, usque ad annos] advenientes sexaginta et novem [ad renovandum . . . .] tionem fa . . . . nem vobis conce . . . . unam turnaturiam, et si plus . . . . . [Iohannes] Cignani pro uxore sua, ab alio Gerardus Spottus, a tercio heredes Ildebra[ndi], [a quar]to latere via. Quicquid infra hec latera designata manet cum introitu et exi[tu suo et cum omnibus] supra se et infra se et sibi pertinentibus, concedo et largior vobis, et annus iam transit quo[d vobis] concessi ad habendum, tenendum, possidendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis iamdictis ad renovandum. Ita ut inferatis michi meisque successoribus cum vestris confratribus et successoribus omni mense marcii aut infra indictionem nomine pensionis unum denarium monete luccensis, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia accepi a vobis mercedis nomine viginti solidos denariorum monete luccensis solidos viginti.[1] Et ego iamdictus abbas cum [consensu monachorum meorum] . . . . et hoc pactum firmum [tenere promitto . . . . et omnia], que superius leguntur, non observavero vel ego aut mei confratres et successores . . . . [vestr]is confratribus et successoribus daturum penam dupli de eo quod datur nomine mercedis vobis v[estrisque confratribus et suc]cessoribus, et post solutam penam, hoc pactum maneat firmum. Quod scripsi ego Pizolus Immolensis notarius mandato iamdicti dompni abbatis et prioris Ramberti eiusdem monasterii cum consensu confratrum prefati monasterii. Et vestra auctoritate possideatis.

II, 95. - Orig., fragmentum, mm. 200×178. Charta duobus in locis valde lacera et corrosa est.

[1] *Orig. ita refert.*

680.

Imolae, 20 octobris 1185.

Canonici S. Laurentii Biliemmo concedunt in emphytheusim vineae petiam de fundo qui Casalinum vocatur.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnacione eius MCLXXXV, temporibus Lucii pape et Federici impera-

toris, die xx mensis octobris, Imole, in claustro canonice S. Laurentii, indictione III. Ego quidem in Dei nomine presbiter Alexius cum consensu canonicorum ecclesie S. Laurentii confratrum meorum titulo pacti concedimus et largimur tibi Biliemmo conductori pro te et Sidiana uxore tua et pro filiis et heredibus vestris usque ad annos advenientes sexaginta et novem ad renovandum; idest unam peciam terre vineate computatam unam turnaturiam et si plus est in eodem contractu permaneat, que est posita in fundo qui vocatur Casalinum: ab uno latere tenent heredes Ildebrandi de Bilinello, ab alio Gerardus Spottus, a tercio Iohannes Cignani pro uxore sua, a quarto latere via. Quicquid infra hec latera designata manet cum introitu et exitu suo et cum omnibus supra se et infra se et sibi pertinentibus concedimus et largimur vobis ad habendum, tenendum, possidendum, defensandum et in omnibus meliorandum cum vestris filiis et heredibus usque ⟨ad⟩ predictos sexaginta et novem annos ad renovandum. Ita ut inferatis nobis nostrisque successoribus cum vestris filiis et heredibus omni mense marcii aut ⟨infra⟩ indicionem nomine pensionis unum denarium monete luccensis et unum denarium monete Venecie. Pro eo quia accepimus a vobis mercedis nomine denariorum monete luccensis solidos quadraginta. Et nos iamdicti locatores et ordinatores cum nostris confratribus et successoribus supradictam rem ab omni persona hominum auctorizare et defensare et hoc pactum firmum promittimus tenere vobis vestrisque filiis et heredibus. Si quis vero nostrarum ambarum partium contra fecerit et omnia supradicta non observaverit, det pars parti fidem servanti penam dupli de eo quod datur nomine mercedis, et post solutam penam, hoc pactum maneat firmum. Quod scripsi ego Pizolus Imolensis notarius. Et vestra auctoritate introeatis predictam rem et possideatis.

II, 96. - Orig., mm. 235×153.

681.

[Imolae], 22 iulii 1186.

Canonici S. Laurentii Folli eiusque uxori cuncedunt in emphytheusim casamentum in civitate Imola situm.

† In nomine Domini. Anni Domini MCLXXXVI, temporibus Urbani pape et Federici imperatoris, die decimo exeunte mense

iulii, indictione IIII. Ego quidem in Dei nomine presbiter Alexius Dei gratia ecclesie S. Laurentii canonicus cum consensu fratrum predicte ecclesie concedo et largior tibi Folli accipienti pro te et tua uxore Adelasa vestrisque filiis et heredibus libellario nomine usque ad annos advenientes XX et VIIII ad renovandum; idest unum casamentum cum medietate unius case que est iuxta predictum casamentum, quod est positum in civitate Imole: primo latere Zandelbrunis, II Nigrolus, III Iulianus, IIII via. Quantum infra hec latera designata manet cum introitu et exitu suo et cum omnibus supra se et infra se, sibi pertinentibus concedo et largior tibi ad habendum, tenendum et defensandum et in omnibus meliorandum in annis avenientibus supradictis ad renovandum. Ita tamen quod inferatis michi meisque successoribus omni anno in Nativitate Domini unum os et duas focacias cum tuis filiis et heredibus; pro eo vero quia accepi a te pro supradicta re XII solidos luccenses. Et ego iamdictus locator promitto me preterea supradictam rem ab omni persona hominum auctorizare et defensare et hunc libellum firmum tenere tibi tuisque filiis et heredibus cum meis successoribus. Et si quis ambarum nostrarum parcium contra hec fecerit et omnia supradicta non observaverit, det pars parti fidem servanti penam dupli, et post penam solutam, hic contractus libelli maneat firmus. Supradictus presbiter Alexius michi scribere iussit Imole. Aspectatus iudex et presbiter Guido S. Leonardi testes.

Ego Henricus sacri palacii notarius scripsi.

II, 97. - Orig., mm. 275×120.

682.

[Imolae], 1 decembris 1186.

Canonici S. Laurentii Martino Gislae tres terrae partes de una petia in Basigllago sita, quartam vero Martino Gasdie in emphytheusim concedunt.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnacione eius millesimo CLXXX sexto, tempore Urbani pape et Federici imperatoris, die primo mense decembris, indictione quarta, in claustro S. Laurentii. Nos quidem in Dei nomine Alexius et

Santernus et Ugizone et per Gualfredus et Ugo presbiteri et rectores ecclesie S. Laurencii, nomine pacti concedimus et largimur tibi Martino Gisle accipienti pro te et pro Guidone fratre tuo vestrisque filiis et heredibus in tribus partibus de una pecia terre, et in quarta parte tibi Martino Gasdie accipienti pro te et pro coniuge tua Benenata vestrisque filiis et heredibus usque ad annos advenientes sexaginta et novem ad renovandum, que est posita in Basigllago, ex(t)imatam duas tornaturias, aut plus aut minus, in eodem contractu permaneat, territorio Cornelliensi, plebe S. Prosperi: primo latere heredes Petri masarii, secundo latere et heredes Casiani, tercio ipse Martinus Gasdie, ab aliis sunt vie. Quantum infra hec latera designata iacet cum introitu et exitu suo [et cum] omnibus sibi pertinentibus concedimus et largimur vobis ad habendum, tenendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis supradictis sexaginta et novem ad renovandum. Ita ut inferatis pensionem nobis nostrisque confratribus et successoribus cum vestris filiis et heredibus omni anno mense marcio, aut infra indicione, unum denarium luccensem, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia accepimus a vobis mercedis nomine pro supradicta re denariorum monete luccensis solidos xxx. Et si quo tempore volueritis rexire, nobis dare debeatis antequam aliis, si voluerimus accipere, sin autem, liceat vobis dare cui volueritis. Et nos iamdicti locatores cum nostris confratribus et successoribus predicte ecclesie S. Laurencii suprascriptam rem ab omni hominum persona auctorizare et defensare et hunc pactum firmum tenere promittimus vobis vestrisque filiis et heredibus; et si contra fecerimus et omnia, que superius leguntur, non observaverimus, vel nos vel nostri successores aut per aliquam personam a nobis submissam vel submittendam, tunc promittimus nos cum nostris successoribus daturos penam dupli, quod datur nomine mercedis, vobis vestrisque filiis et heredibus, et post penam solutam, hoc pactum maneat firmum. Quod scripsi ego Martinus Immolensis notarius. Et licenciam habeatis intrandi in possessione vestra autoritate.

Testes rogati fuerunt Iacobus et Ragone et Iohannes Zacharie et Albertus et Homo S. Iacobi.

II, 298. - Orig., mm. 256×155.

683.

Imolae, 21 martii 1187.

Iacobus Scazatroiam de mandato Rainerii canonicis S. Laurentii concedit in emphytheusim quinque arvi tornaturias.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius MCLXXXVII, temporibus Urbani pape et Federici imperatoris, die XI exeunte mense marcii, Imole, in claustro canonice S. Laurentii, indictione v. Ego quidem in Dei nomine Iacobus Scazatroiam per mandatum domini mei Rainerii qui michi de suis negociis agendis potestatem dedit, in presentia et testimonio Gaustonis et Gerardini Petri Uberti et Bellomei et Alberti Boncitti atque Albertini de Cosso et Iacobi Guidonis Asivi et Oddonis Basoli titulo pacti in centum annos ad renovandum concedo et largior vobis presbitero Alexio accipienti pro vobis et pro confratribus vestris canonicis ecclesie S. Laurentii vestrisque successoribus in predicta canonica servientibus et commorantibus usque ad centum annos advenientes ad renovandum; idest quinque turnaturias terre laboratorie: due turnaturie sunt in fundo qui vocatur Felegarium: ab uno latere tenent heredes de Erro, ab alio heredes Scufonis, a tercio tenet Rastellus, a quarto latere est via. Tres turnaturie sunt in fundo qui vocatur Macerada prope Crucem que dicitur de Balduinis: ab uno latere tenet Biguncellus, ab alio heredes Petri Bionis, a tercio iura S. Petri in Pitolo, a quarto latere est via. Quantum infra hec latera designata manet cum introitu et exitu suo et cum omnibus supra se et infra se et sibi pertinentibus concedo et largior vobis vestrisque successoribus ad habendum, tenendum, possidendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis iamdictis centum ad renovandum. Ita ut inferatis michi pro domino meo Rainerio suisque heredibus omni anno in mense marcii aut infra indictionem nomine pensionis unum denarium monete luccensis, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia accepi a vobis pro renovatione v solidos luccenses et recepistis me et filios meos in vestris orationibus. Et ego iamdictus Iacobus pro me et iamdicto domino meo Rainerio et

pro nostris filiis et heredibus predictam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare et hoc pactum firmum tenere promitto vobis vestrisque confratribus et successoribus. Et si contra fecero vel ego aut dominus meus Rainerius aut nostri heredes, aut per aliquam personam a nobis submissam vel submittendam, sive in placito vel extra placitum aut quolibet modo, tunc promitto me et pro domino meo Rainerio et pro nostris filiis et heredibus daturos penam quadraginta solidos vobis vestrisque confratribus et successoribus et post solutam penam, hoc pactum maneat firmum. Quod scripsi ego Pizolus Immolensis notarius. Testes ad hec rogati fuerunt Angelus Trepaldus, Adtenderegem filius eius, Nigrolus Lavandare, Gerardinus Agrestoli, Aldichinus.

II, 99. - Orig., mm. 285×160.

684.

[Imolae], 26 aprilis 1187.

Canonici S. Laurentii Aldichino fruendam concedunt vineae petiam sitam in fundo qui Russa vocatur.

Anno MCLXXXVII, die V exeunte mense aprilis, indictione V. Nos presbiter Santernus et presbiter Gualfredus cum consensu confratrum nostrorum canonicorum ecclesie S. Laurentii concedimus tibi Aldichino unam peciam terre vineate in fundo qui vocatur Russa: a duobus lateribus est canale; ut habeas fructus ex ea quoscumque habere poteris non computato neque in sortem, neque in usuris donec nos vel alii pro nobis cum nostro sensu persolverimus tibi quinquaginta solidos denariorum monete luccensis.

Et ego Pizolus Immolensis notarius hoc vidi et audivi et hoc scripsi.

(Aa). Ego presbiter Alexius manu mea subscripsi. Ego presbiter Santernus manu mea subscripsi. Ego presbiter Ugizio manu mea firmavi. Ego Ymerius manu mea subscripsi. Ego presbiter Gualfredus subscripsi.

II, 100. - Orig., mm. 155×112.

685.

Imolae, 27 aprilis 1187.

Iulianus monachis S. Mariae in Regula donat terrae petiam sitam in loco qui Fasianum vocatur.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius millesimo CLXXXVII, tempore Urbani pape et Federici imperatoris, die IIII exeunte mense aprilis, indictione V, Imole in claustro monasterii S. Marie in Regula. Ego quidem in Dei nomine presbiter Iulianus nullo me cogente neque vim inferente set mea spontanea voluntate do et dono tibi presenti in Christi nomine dompno Ramberto et monacho atque priori supradicti monasterii accipienti pro supradicto monasterio nec non pro te et pro tuis confratribus et successoribus et pro toto collegio ibi commoranti et Deo servienti ad iura propria in perpetuum; idest unam petiam terre existimate unam tornaturiam, et si plus est, in isto contractu permaneat, posita in loco qui vocatur Fasianum, territorio Bononiensi, plebe S. Marie Montis Celeri: a primo latere est via, a secundo est ius S. Thome apostoli, a tercio detinetur iure Guilelmini, a quarto iure Comites. Quicquid infra hec latera designata manet cum introitu et exitu suo et cum omnibus supra se et infra se et sibi pertinentibus do et dono tibi, sicut superius legitur, ad habendum, tenendum, vendendum, donandum, commutuandum et quicquid tibi tuisque confratribus et successoribus ad utilitatem monasterii placuerit faciendum in perpetuum pro eterna illuminatione anime mee et pro remissione peccatorum meorum. Promitto preterea supradictam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare et hanc donationem firmam tenere cum [meis] filiis et heredibus tibi tuisque confratribus et successoribus in perpetuum. Et ab odierno die in antea non liceat michi donatori neque meis filiis et heredibus ullo unquam in tempore de supradicta re facere questionem, repetitionem, causationem aut litem movere neque contra te, neque contra tuos confratres et successores, neque per aliquam personam a me submissam vel submittendam, neque in placito neque extra placitum, neque quolibet modo.

Et si contra fecero et omnia supradicta, sicut superius legitur, non observavero ego vel mei heredes; tunc promitto me meosque heredes daturos tibi tuisque confratribus et successoribus penam centum solidos denerariorum monete luccensis, et post paene solucionem, hic contractus donationis in perpetuum maneat firmus. Quem scripsi ego Ildebrandus notarius et medicus. Et tua auctoritate in supradictam rem introeas, teneas et posideas.

Testes ad hec rogati interfuerunt Ugolinus Ubertini, Matheus, Nicola Alexii, Paulus Laffii, Iacobos Aliende, Mascarone, Verardus.

II, 101. - Orig., mm. 247×145.

686.

Imolae, 15 septembris 1187.

Immila Benagoli vendit Pelegrino petiam terrae de fundo Stafulo.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnacione eius millesimo CLXXXVII, tempore Urbani pape et Federici imperatoris, die XV mense septembris, indiccione V, Immole. Ego quidem in Dei nomine Immila quondam Benagoli uxor do et vendo tibi domino Pelegrino emptori pro nepote tuo Rodulfo suisque filiis et heredibus ad iura propria in perpetuum; idest tres pedes podismales et tres digitos quantum cararia tua trait, et mea terra que est posita in fundo qui vocatur Stafulum: primo latere via, II latere ego ipsa venditrice et ab aliis tu et nepos tuus. Quicquid infra hec latera designata iacet cum introitu et exitu suo et cum omnibus supra se et infra se et sibi pertinentibus, do et vendo tibi pro eo ad habendum, tenendum, vendendum, donandum et quicquid sibi placuerit faciendum cum suis filiis et heredibus in perpetuum et ad iura propria, pro eo quia accepi a te precium pro supradicta re denariorum monete luccensis soldos decem. Et ab hinc in antea non liceat michi venditrici neque meis filiis vel heredibus ullo unquam in tempore de supradicta re facere questionem, repeticionem, causacionem aut litem movere neque contra predictum tuum nepotem neque contra suos filios vel heredes, neque per aliquam personam a me submissam vel submittendam, nec in pla-

cito vel extra placitum aut quolibet modo. Promitto me preterea supradictam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare et hanc vendicionem firmam tenere sibi suisque filiis et heredibus in perpetuum. Et si contra fecero et omnia, que superius leguntur, non observavero vel ego vel mei heredes, tunc promitto me cum meis filiis et heredibus daturam penam dupli sibi suisque filiis et heredibus, et post penam solutam, hic contractus vendicionis et proprietatis in perpetuum maneat firmus. Quem scripsi ego Martinus Immolensis notarius. Et licenciam intrandi in possessione habeat sua auctoritate.

Testes fuerunt rogati Issvardus et Petrus Eleachim et Morandolus.

II, 102. - Orig., mm. 174×154. Charta aliquantulum lacera est.

687.

Imolae, 2 decembris 1189.

Monachi S. Mariae in Regula et canonici S. Laurentii Rustico Campiano dant in emphytheusim tres tornaturias in Arcella sitas.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnacione eius MCLXXXVIIII, temporibus Clementis pape et Federici imperatoris, die II intrante mense decembris, Imole, in claustro ecclesie S. Laurencii, indicione VII. Quapropter ego quidem in Dei nomine donnus Rambertus monachus et presbiter atque prior monasterii S. Marie in Regula cum consensu meorum confratrum eiusdem monasterii, et nos presbiter Alexius et presbiter Santernus calonici supradicte ecclesie cum consensu nostrorum confratrum eiusdem ecclesie nomine pacti concedimus et largimur tibi Rustico Campiano receptori pro te et pro uxore tua Roza et pro vestris filiis et herebibus usque ad annos advenientes LXVIIII ad renovandum ; idest tres tornaturius terre que sunt posite in Arcella: a primo latere tenet Scotus, a secundo limes Francisscus, a tercio via, a quarto * *. Quantum infra hec latera designata manet cum introitu et exitu suo et cum omnibus supra se et infra se et sibi pertinentibus, territorio Corneliensi, plebe S. Casiani, concedimus et largimur vobis ad habendum, tenendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis advenientibus supradictis

ad renovandum. Ita ut inferatis pensionem nobis nostrisque confratribus et successoribus cum vestris filiis et heredibus omni mense marcii aut infra indicionem unum denarium monete luccensis, uno anno supradicto monasterio, altero vero supradicte ecclesie, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia accepimus a vobis mercedis nomine pro supradicta re denariorum monete luccensis XXIIII solidos. Et nos iamdicti locatores cum nostris confratribus et successoribus supradictam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare et hoc pactum firmum tenere promittimus vobis vestrisque filiis et heredibus. Et si contra fecerimus et omnia supradicta, que superius leguntur, non observaverimus vel nos vel nostri confratres et successores aut per aliquam personam a nobis submissam vel submitendam, sive in placito vel extra placitum, aut quolibet modo, tunc promittimus nos nostrosque confratres et successores daturos penam dupli, quod datur nomine mercedis, vobis vestrisque filiis et heredibus, et post solutam penam, hoc pactum maneat firmum.

Quod scripsi ego Guido Immolensis notarius. Et vestra auctoritate introeatis in predictam rem et possideatis.

II, 103. - Orig., mm. 235×257. In versu, manu saec. XIII Albertinus Mercante possidet.

688.

Imolae, 14 martii 1190.

Imelda Frandinae filia donat canonicis S. Laurentii dimidiam arvi petiam de fundo qui Vigo de Rosa vocatur.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius MCLXXXX, temporibus Clementis pape et Federici imperatoris, die XIIII intrante mense marcii, Imole, indicione VIII. Quapropter ego quidem in Dei nomine Imelda filia Frandine do et dono vobis in Christi nomine presbitero Ugicioni et presbitero Santerno conductoribus pro ecclesia S. Laurencii et pro vobis vestrisque confratribus et successoribus ad iura propria in perpetuum; idest medietatem unius pecie terre laboratorie que est posita in fundo qui vocatur Vigo de Rosa: a primo latere tenet Guirardinellus Panfillus, a secundo Iohannes de Brunella, a tercio Nordillus cum suis consortibus, a quarto limes. Quantum infra

hec latera designata manet cum introitu et exitu suo et cum omnibus supra se et infra se et sibi pertinentibus, territorio Corneliensi, plebe S. Prosperi, do et dono vobis conductoribus medietatem pro supradicta ecclesia, ut superius legitur, ad habendum, tenendum cum vestris confratribus et successoribus eiusdem ecclesie et in predicta ecclesia ad iura propria in perpetuum more salario permanendum, pro remissione peccatorum et pro eterna illuminacione anime supradicte matris mee atque meorum parentum. Et ab hinc in antea non liceat michi donatrici neque meis filiis vel heredibus ullo unquam in tempore de supradicta re facere questionem, repeticionem, causacionem aut litem movere neque contra vos neque contra vestros confratres vel successores, neque per aliquam personam a me submissam vel submitendam, nec in placito nec extra placitum, neque quolibet modo. Promitto me preterea supradictam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare et hanc donacionem firmam tenere promitto vobis vestrisque confratribus et successoribus cum meis filiis et heredibus in perpetuum. Et si contra fecero et omnia supradicta, que superius leguntur, non observavero vel ego vel filii mei vel heredes; tunc promitto me meosque filios vel heredes daturos penam dupli, quod res valet, vobis vestrisque confratribus et successoribus eiusdem ecclesie, et post solutam penam, hic contractus donacionis in perpetuum maneat firmus. Quem scripsi ego Guido Immolensis notarius per mandatum supradicte Imelde filie Frandine que hoc michi precepit presente et consenciente viro suo Aspetado. Testes fuerut ad hec rogati Nicholaus Alesii, Mariscottus Mutillane, Ugolinus Aratinus, Ustoricus, Guirardinus. Et vestra auctoritate introeatis in predictam rem et possideatis.

II, 104. - Orig., mm. 252×138.

689.

[Territorio Bononiensi], 13 martii [1155-1190].

Albertus abbas Hugoni de Guitotto de Casaliclo concedit in emphytheusim nonnullas arvi petias.

[In nomine Domini nostri Iesu] Christi. Anno incarnacionis eius millesimo centesimo...... [Feder]ici inperatoris, die XIII

mensis marcii . . . . [Ego] quidem in Dei nomine Alberto abbati Sancti . . . . it iure enphyteotico rem iuris nostre [ecclesie . . . . concedimus tibi Ugoni de Gu]itotto de Casaliclo tuisque filiis [et heredibus] . . . . hoc quod tu habebas et tenebas ab e . . . . . . [cum] licencia eundi et redeun[di] . . . . positam in plebe S. Marie Montis Celler[is] et in loco qui vocatur Albaretha et in aliis locis . . . . [supra] se et infra se in integrum, scilicet in lo[co] . . . . a racione facta tornaturie sex et due pertice de . . . . in Blancarda peciam unam terre aratorie . . . . Ferrettus (?) et pertice XL novem, alio latere possi[det . . . . per]tice XL novem, ab uno latere via currente et per . . . . et pertice III et pedes VII et in bur[go] . . . . . iuxta te quatuor quaternis terre que . . . . [perti]ce XXX vel si qui alii adfines sunt. Et e . . . . [pre]sente et consenciente donni Vithi et . . . . pro nobis et pro nostris fratribus et servienti[bus] . . . . ut superius legitur, tibi Ugoni de Guitotto . . . . quod convenit inter nos, scilicet * * et pensione . . . . S. Marie mensis marcii et decimis singulis an[nis . . . . con]cedimus rem supradictam ad abendum, ten[endum] . . . . ato iure domnico usque in expletum ter[minum] . . . . secundum anteriorem formam renovetur: eo vi[delicet tenore] . . . . . . s licenciam tu predictus petitor de predic[tis] . . . . eam personam nec vendere nec donare nisi requirendo nos . . . . sinus iustum precium dare noluerimus licead tibi pe[titori] . . . . qui in predicta plebe abitent heredibus comiti Albertis . . . . salva iusticia domnica quam rem ab omni homine deff[ensare] . . . . promissa pacta[1] fecero vel litem infere[ntem] . . . . res nomine pene dupla tibi dari promitto; instru[mento] . . . . . . robore duraturo. Actum in canonica de Sar . . . . nomina abbas pro se et suis fratribus rogavit scribere . . . . rettus et Pritellus Vorg . . et Pizolus Claceula et Marci . . . . solus et Bonatesta et Ubertus causidicus et Guido notarius . . . . notarius Federici inperatoris hanc cartulam manu mea scripsi.

II, 129. - Orig., fragmentum, mm. 390×125. Charta est abscissa ad sinistram. Ex mentione Friderici imperatoris deducimus hanc chartam exaratam fuisse inter annos 1155-1190; post n. 596 ponenda erat.

[1] *Verbum in textu repetitum.*

690.

Imolae, 6 augusti 1191.

Guastone et Vivianus Hugonis Aldichino concedunt in emphytheusim vineae petiam sitam in loco qui vocatur Clusuria.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius MCLXXXXI, temporibus Celestini pape et Henrici imperatoris, die sexto intrante mense augusti, Imole, indictione VIIII. Et ideo nos quidem in Dei nomine Guastone et Vivianus Ugonis Imole nomine pacti concedimus et largimur tibi in Christi nomine Aldichino conductori pro te tuisque filiis et heredibus usque ad annos advenientes C ad renovandum, idest unam peciam terre vinea[te quam] habemus et tenemus et nobis pertinet que est posita in loco qui vocatur Clusuria ..... a primo latere et a tercio heredes Albrigi Manfrethi, a secundo heredes ... ab .. li .... vie. Quantum infra hec latera designata manet cum introitu et exitu suo et cum omnibus supra se et infra se et sibi pertinentibus territorio Corneliensi, plebe S. Laurenzii, concedimus et largimur tibi ad habendum, tenendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis advenientibus supradictis ad renovandum. Ita ut inferas pensionem nobis nostrisque filiis et heredibus cum tuis filiis et heredibus omni mense marcii aut infra indictionem duos albulos Venezie, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo vero quia accepimus a te mercedis nomine pro supradicta re denariorum monete luccensis VII libras. [Et n]os iamdicti locatores cum nostris filiis et heredibus supradictam rem ab omni persona ho[minum] auctorizare et defensare et hoc pactum firmum tenere promittimus tibi tuisque filiis et heredibus. Si quis vero nostrarum ambarum parcium contra fecerit et omnia supradicta, que superius leguntur, non observaverit sive in placito vel extra placitum aut quollibet modo vel ingenio, det pars parti fidem servanti penam dupli per stipulacionem ad invicem ab utraque parte promissa, quod datur nomine mercedis, et post solutam penam, hoc pactum maneat firmum. Quod scripsi ego Guido Imolensis notarius. Testes ad hec rogati interfuerunt Millanise, Guirone, Damianus Ugonis Stangonis, Albertinellus Mar-

kiselle, Brocardus Mario Bergulli. Et tua auctoritate et nomine introeas in predictam rem et possideas atque teneas.

II, 105. - Orig., mm. 285×170. Charta lacera est secundum margines.

691.

Imolae, 24 decembris 1191.

Instrumentum venditionis et permutationis peractae inter Guidonem Andree et canonicos S. Laurentii.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnacione eius MCLXXXXI, temporibus Clementis[1] pape et Henrici regis, die VIII exeunte mense decembris, Imole, in claustro ecclesie S. Laurenzii, indicione VIIII. Quapropter ego quidem in Dei nomine Guido Andre(e) una cum filiis meis, videlicet Albertino et Berta, damus et vendimus atque permutamus vobis in Christi nomine presbitero Alexio et presbitero Ugicioni emptoribus pro ecclesia S. Laurenzii et pro vobis vestrisque confratribus et successoribus ad iura propria in perpetuum; idest unam preciam terre laboratorie computata V turnaturias et mediam et IIII pedes, et si est plus vel minus, in eodem contractu permaneat, que est posita in fundo qui vocatur Campi Sintali: a primo latere tenent heredes Iohannis Bonvini, a secundo Gambellaria, ab aliis duobus iura iamdicte ecclesie. Quantum infra hec latera designata manet cum introitu et exitu suo et cum omnibus supra se et infra se et sibi pertinentibus, territorio Corneliensi, plebe S. Laurenzii, damus et vendimus atque permutamus vobis ad habendum, tenendum cum vestris confratribus et successoribus ad iura propria in perpetuum; pro eo vero quia accepimus a vobis precium pro supradicta re denariorum monete luccensis X libras. Et insuper nomine pacti conceditis et largimini atque permutatis nobis conductoribus pro nobis nostrisque filiis et heredibus usque ad annos advenientes C ad renovandum; idest unam peciam terre laboratorie computata V tornaturias et mediam et IIII[or] pedes, et si est plus vel minus, in eodem contractu permaneat, que est posita in fundo qui vocatur Casalini: a primo latere tenent heredes Iohannis Arsi, a secundo Andrea Isacati, a tercio * *, a quarto * *. Quantum infra hec latera designata manet cum introitu et exitu suo et cum omnibus supra se et infra se et sibi pertinentibus,

territorio Corneliensi, plebe S. Laurenzii, conceditis et largimini atque permutatis nobis ad habendum, tenendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis advenientibus supradictis ad renovandum. Ita ut inferamus pensionem vobis vestrisque confratribus et successoribus cum nostris filiis et heredibus omni mense marcii aut infra indicionem unum denarium monete Verone, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Et ab hinc in antea non liceat nobis venditoribus neque nostris filiis vel heredibus ullo unquam in tempore de supradicta re facere questionem, repeticionem, causacionem aut litem movere neque contra vos, neque contra vestros confratres et successores, neque per aliquam personam a nobis submissam vel submittendam, nec in placito nec extra placitum, neque collibet modo vel ingenio. Et ego iamdictus Albertinus una cum sorore mea Berta iuramus hanc vendicionem firmam tenere vobis vestrisque confratribus et successoribus cum nostris filiis et heredibus in perpetuum omni occasione minoris etatis remota. Et insuper ego iamdicta Berta renuncio in hac vendicione senatus consulto vel eiano et omni auxilio legum sibi competenti vel competituro. Promittimus nos preterea supradictam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare et hanc vendicionem atque permutacionem firmam tenere vobis vestrisque confratribus et successoribus cum nostris filiis et heredibus in perpetuum. Et si aliqua lis vel briga in aliquo tempore vobis aparuerit de iamdicta vendicione quoquo modo vel ingenio eam deliberare et quietare nostris dispendiis nostrisque honeribus in placito et extra placitum vobis promittimus. Et si contra fecerimus et omnia supradicta, que superius leguntur, non observaverimus aut nos aut nostri filii vel heredes, tunc promittimus nos nostrosque filios vel heredes daturos penam dupli, quod res valet, vobis vestrisque confratribus et successoribus, et post solutam penam, hic contractus vendicionis et proprietatis atque permutacionis in perpetuum maneat firmus.

Quem scripsi ego Guido Immolensis notarius. Testes ad hec rogati interfuerunt Boncius de Martignanis, Lafius, Uspinellus, Milanise, Biniellus, Saverisius Ragonis, Guido medicus, Ustoriccus, Petrus Bosii. Et vestra auctoritate introeatis in predictam rem et possideatis.

II, 106. - Orig., mm. 286×203. In versu, manu saec. XIII Dominus Feraldus possidet.

[1] *Pro* Celestini

692.

Imolae, 5 ianuarii 1192.

Canonici S. Laurentii casamenti in civitate Imola positi medietatem Zannello, aliam vero medietatem Bernardino in emphytheusim concedunt.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnacione eius MCLXXXXII, temporibus Celestini pape et Henrici imperatoris, die v intrante mense ianuarii, Imole, in claustro plebis S. Laurenzii, indicione x. Quapropter [nos quidem in] Dei nomine presbiter Santernus et presbiter Ugo cum consensu nostrorum confratrum eiusdem plebis nomine pacti concedimus et largimur tibi in Christi nomine Zannello conductori pro te et pro uxore tua Remengarda in medietate inferius dicende rei; et tibi Bernardino conductori pro te in alia vero medietate et pro vestris filiis et heredibus usque ad annos advenientes LXVIIII ad renovandum; idest unum casamentum quod est positum in civitate Imola, in hora S. Donati: a primo latere tenent heredes Tignosi Girardi, a secundo Acarisius Gattus, a tercio foss[at]um, a quarto heredes Albrigi Pelliparii. Quantum infra hec latera descignata manet cum introitu et exitu suo et cum omnibus supra se et infra se et sibi pertinentibus, territorio Corneliensi, plebe S. Laurenzii, concedimus et largimur vobis per equales partes ad habendum, tenendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis advenientibus supradictis ad renovandum. Ita ut inferatis pensionem nobis nostrisque confratribus et successoribus cum vestris filiis et heredibus omni mense marcii aut infra indicionem unum denarium monete luccensis, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo vero quia accepimus a vobis mercedis nomine pro supradicta re denariorum monete luccensis XX solidos. Et nos iamdicti locatores cum nostris confratribus et successoribus supradictam rem ab omni persona hominum auctorizare et defensare et hoc pactum firmum tenere promittimus vobis vestrisque filiis et heredibus. Et si contra fecerimus et omnia supradicta, que superius leguntur, non observaverimus vel nos vel nostri confratres vel successores vel aliqua persona a nobis

submissam vel submitendam, sive in placito vel extra placitum aut collibet modo vel ingenio, tunc promittimus nos nostrosque confratres et successores daturos penam dupli, quod datur nomine mercedis, vobis vestrisque filiis et heredibus, et post solutam penam, hoc pactum maneat firmum.

Quod scripsi ego Guido Imolensis notarius. Testes ad hec rogati interfuerunt Ubertinus Marie, Ubertinus Corvarie, Guido medicus, Biliemmus. Et vestra auctoritate introeatis in predictam rem et possideatis atque teneatis.

II, 107. - Orig., mm. 265×205. In calce, manu saec. XIII Filii domini Iacobi Enfangati.

693.

Imolae, 17 maii 1192.

Andreas presbyter ecclesiae S. Christinae Zurdano in emphytheusim concedit casamentum in Montale positum.

In nomine Domini nostri Iesu Christi, amen. Anni Domini millesimo centesimo nonagesimo II, temporibus Celestini pape et Henrici imperatoris, die XV exeunte mense madii, indictione X, actum Imole. Ego quidem in Dei nomine presbiter Andrea de ecclesia S. Cristine uná cum consensu et voluntate converse mee Brune nomine pacti concedo et largior tibi Zurdano et uxori tue Ermeze vestrisque filiis et heredibus usque ad annos advenientes sexaginta et VIIII ad renovandum; idest casamentum unum cum domo et cum suis pertinentiis positum in Montale in hora Saragoze: a primo latere Pepolus Bone, a secundo Martinus, a tercio fossatum civitatis, a quarto via. Quantum infra hec latera designata iacet cum introitu et exitu suo et cum omnibus supra se et infra se et sibi pertinentibus concedo et largior vobis ad habendum, tenendum, possidendum cum tuis filiis et heredibus in annis iamdictis advenientibus ad renovandum. Ita sane ut inferatis pensionem michi meisque succesoribus cum vestris filiis et heredibus omni anno in mense martii aud infra indictionem veronensem unum, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia accepi a vobis pretium pro iamdicta re denariorum monete luccensis solidos XX. Et ego iamdictus locator cum meis succesoribus iamdictam rem ab

omni persona hominum auctorizare et defensare et hoc pactum firmum tenere vobis vestrisque filiis et heredibus promitto. Et si contra fecero ego vel mei succesores aud per aliquam personam a me submissam vel submittendam in placito aud extra placitum aud quolibet modo, tunc promitto me meosque successores daturos penam dupli vobis vestrisque filiis et heredibus, et pena soluta, hoc pactum maneat firmum. Vestra auctoritate introeatis in iamdictam rem.

Iamdictus presbiter Andrea cum conversa sua Bruna hoc instrumentum scribere iusserunt. Testes Tonsus de Palaco, Guido Orlandus, Alunerius, Marcolus, Calvinellus, Aurelotus, Petrus Vianelli rogati fuerunt.

† Ego Albertus Dei gratia notarius sacri palatii et ecclesie S. Cassiani scripsi omnia iamdicta manu mea.

II, 108. - Orig., mm. 228×156. In versu, manu saec XIII: a) Cartula Ardizonis; *b)* Hanc possidet Rezevutus et est renovata.

694.

Imolae, 12 septembris 1192.

Frigerius Ubertini de Matrariis et Guido eius frater Cassiano de Rubris, sibi fratribus et patri acquirenti, vendunt vineae et arvi petiam de fundo qui Casalburnoro dicitur.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius MCLXXXXII, temporibus Celestini pape et Henrici imperatoris, die XII intrante mense septembris, Imole, indictione X. Et ideo nos quidem in Dei nomine Fruzerius Ubertini de Matrariis et Guido fratres una cum nostra matre Viaria nec non cum uxoribus nostris Damiana et Zullita damus et vendimus tibi in Christi nomine Cassano de Rubeis emptori pro te et fratribus tuis Arimundo et Zanzulo in duabus partibus inferius dicende rei, et pro fratre tuo Guidholino in tercia vero parte vestrisque filiis et heredibus ad iura propria in perpetuum; idest unam peciam terre vineate et laboratorie que est posita in fundo qui vocatur Casalburnoro: a primo latere tenent Micullelli, a secundo Maizuni et Tuscus de Matrariis, a tercio Maizuni, a quarto via. Quicquid infra hec latĕra designata manet cum introitu et exitu suo et cum omnibus supra se et infra se

et sibi pertinentibus, territorio Corneliensi, plebe S. Prosperi, damus et vendimus vobis ad habendum, tenendum, vendendum, donandum, commutuandum et quicquid vobis vestrisque filiis et heredibus in perpetuum placuerit inde faciendum. Pro eo vero quia accepimus a vobis precium pro supradicta re denariorum monete luccensis XIII libras. Et ab hinc in antea non liceat nobis venditoribus neque nostris filiis vel heredibus ullo unquam in tempore de supradicta re facere questionem, repeticionem, causacionem aut litem movere, neque contra vos neque contra vestros filios vel heredes, neque per aliquam personam a nobis submissam vel subimittenda, nec in placito nec extra placitum, neque collibet modo vel ingenio. Promittimus nos preterea supradictam rem ab omni persona hominum auctorizare et defensare et hanc vendicionem firmam tenere vobis vestrisque filiis et heredibus cum nostris filiis et heredibus in perpetuum. Et si contra fecerimus et omnia supradicta, que superius leguntur, non observaverimus, vel nos vel nostri filii vel heredes, tunc promittimus nos nostrosque filios vel heredes daturos penam dupli, quod res valet, vobis vestrisque filiis et heredibus, et post solutam penam, hic contractus vendicionis et proprietatis in perpetuum maneat firmus. Et insuper nos Viaria et Damiana et Zullita renunciamus in hac vendicione senatus consultus vel aiani et omni auxilio legum nobis competenti vel competituro.

Quem scripsi ego Guido Imolensis notarius. Testes ad hec rogati interfuerunt Alticlerius, Rigale, Petrus Abbatisse, Ubaldinus Ubertoli, Ubaldinus Petri, Iohannes Pillanus, Gandulfinus Cipalluni. Et vestra auctoritate et nomine introeatis in predictam rem et possideatis atque teneatis.

II, 109. - Orig., mm. 255×210.

695.

Imolae, 4 novembris 1192.

Canonici S. Laurentii Bonae viduae Garatonis concedunt in emphytheusim arvi petiam in Campo Sintali sitam.

In nomine sancte et individue Trinitatis, amen. Anni Domini MCLXXXXII, tempore Celestini pape et Henrici imperatoris, II nonas novembris, Imole, indictione X. Ego quidem in Dei no-

mine Ugo presbiter de ecclesia S. Laurentii in Imola, consentientibus fratribus meis in eadem ecclesia existentibus, concedo et largior tibi Bone uxori quondam Garatonis acceptrici pro te tuisque filiis et heredibus nomine pacti de hinc ad LX et novem annos ad renovandum; idest unam petiam terre laboratorie positam in Campo Sintali: ab uno latere Guido de Iohanne Balisterio, ab alio Ugizio Alberti de Bonzetto, a III heredes Ricoboni, a quarto via, territorio Imolensi, plebe S. Laurentii. Quicquid infra hec latera designata iacet cum introitu et exitu suo et cum omnibus sibi pertinentibus concedo et largior tibi ad habendum, tenendum, possidendum et in omnibus meliorandum in annis advenientibus suprascriptis ad renovandum; ita sane ut inferas pensionem michi meisque fratribus atque successoribus omni mense martii aut infra indictionem I denarium luccensem, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo vero quia accepi a te mercedis nomine pro iamdicta re XIIII solidos luccenses. Et ego iamdictus locator supradictam rem ab omni persona hominum auctorizare et defensare firmamque tenere promitto tibi tuisque filiis et heredibus cum meis fratribus atque successoribus. Si quis vero nostrarum ambarum partium contra fecerit et supradicta omnia non observaverit, det pars parti fidem servanti penam dupli, quod datur nomine mercedis, et soluta pena, hoc pactum maneat firmum. Tuo nomine tuaque auctoritate possideas predictam rem.

† Ego Michael sacri palatii notarius interfui et scripsi.

II, 110. - Orig., mm. 236×148. In versu, manu saec. XIII Picolbonus.

696.

Imolae, 8 ianuarii 1193.

Orlandus Rambertini Aldichino vendit arvi petiam de fundo Clusuriae.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnacione eius MCLXXXXIII, temporibus Celestini pape et Henrici imperatoris, die VIII intrante mense ianuarii, Imole, indicione XI. Et ideo ego quidem in Dei nomine Orlandus Rambertini do, cedo et vendo tibi in Christi nomine Aldichino emptori pro te tuisque filiis et heredibus ad iura propria in perpetuum; idest

unam peciam terre laboratorie que est posita in fundo Clusurie: a primo latere tenes tu idem, a secundo heredes Petri Furni et Zanzolini, a tercio Iohannes Bruniti et Martinus eius frater, a quarto via. Quicquid infra hec latera designata manet cum introitu et exitu suo et cum omnibus supra se et infra se et sibi pertinentibus, territorio Corneliensi, plebe S. Laurenzii, do et vendo tibi ad habendum, tenendum, vendendum, donandum, commutuandum et quicquid tibi tuisque filiis et heredibus in perpetuum placuerit inde faciendum. Pro eo vero quia accepi a te precium pro supradicta re denariorum monete luccensis VI libras, II solidos minus. Et ab hinc in antea non liceat michi venditori neque meis filiis vel heredibus ullo unquam in tempore de supradicta re facere questionem, repeticionem, causacionem aut litem movere neque contra te neque contra tuos filios vel heredes, neque per aliquam personam a me submissam vel submittendam, nec in placito nec extra placitum, neque quollibet modo vel ingenio. Promitto me preterea supradictam rem ab omni persona hominum auctorizare et defensare et hanc vendicionem firmam tenere tibi tuisque filiis et heredibus cum meis filiis et heredibus in perpetuum. Et si contra fecero et omnia supradicta, que superius leguntur, non observavero vel ego vel filii mei vel heredes, tunc promitto me meosque filios vel heredes daturos penam dupli, quod res valet, tibi tuisque filiis et heredibus, et post solutam penam hic contractus vendicionis et proprietatis in perpetuum maneat firmus.

Quem scripsi ego Guido Imolensis notarius. Testes ad hec rogati interfuerunt presbiter Ugo, presbiter Girardus, Rodolfinus Iohannis Roze, Ugolinus Raimundini, Zincignone, Guirone, Ugolinus Barcelle. Filius Petri Fallibe huius rei manus investitor.

II, 111. - Orig., mm. 254×165.

697.

Imolae, 18 ianuarii 1193.

Canonici S. Laurentii Berthae Martini Rainerii concedunt in emphytheusim medietatem casamenti in civitate Imola.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnacione eius MCLXXXIII, temporibus Celestini pape et Henrici im-

peratoris, die XIIII exeunte mense ianuarii, Imole, in claustro plebis S. Laurenzii, indicione XI. Et ideo nos quidem in Dei nomine presbiter Santernus et presbiter Scimon et Imelius levita canonici eiusdem plebis cum consensu nostrorum confratrum eiusdem plebis nomine pacti concedimus et largimur tibi in Christi nomine Berte Martini Rainerii conductrici pro te tuisque filiis et heredibus usque ad annos advenientes LXVIII ad renovandum ; idest medietatem unius casamenti quod fuit Carioli, quod est positum in civitate Imole, in Ursuline: a primo latere tenent heredes Petri Blanci, a secundo via, ab aliis duobus iura supradicte plebis. Quantum infra hec latera designata manet cum introitu et exitu suo et cum omnibus supra se et infra se et sibi pertinentibus, territorio Corneliensi, plebe S. Laurenzii, concedimus et largimur tibi medietatem ad habendum, tenendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis advenientibus supradictis ad renovandum. Ita ut inferas pensionem nobis nostrisque confratribus et successoribus cum tuis filiis et heredibus omni mense marcii aut infra indicionem unum denarium monete lucensis, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo vero quia accepimus a te mercedis nomine pro supradicta re denarium monete lucensis XII solidos. Eo videlicet tenore ut non liceat tibi supradictam rem vendere, nec aliquem contractum inde facere nisi nobis nostrisque successoribus pro XII denariis lucensibus minus quam hab aliis habere valeas, si tollere voluerimus, et si tollere noluerimus, liceat tibi dare cui volueris, salva nostra racione. Et nos iamdicti locatores cum nostris confratribus et successoribus supradictam rem ab omni persona hominum auctorizare et defensare et hoc pactum firmum tenere promittimus tibi tuisque filiis et heredibus. Si quis vero nostrarum ambarum parcium contra fecerit et omnia supradicta, que superius leguntur, non observaverit sive in placito vel extra placitum, aut quolibet modo vel ingenio, det pars parti fidem servanti penam dupli per stipulacionem ad invicem ab utraque parte promissa, quod datur nomine mercedis, et post solutam penam, hoc pactum maneat firmum.

Quod scripsi ego Guido Imolensis notarius. Testes ad hec rogati interfuerunt Aspectatus iudex, Kinolus, Nigrolus Lavandarius, Ugo Rainerius, Vitalis, Alticlinus Clarii. Aliotus Ungarelli huius rei manus investitor.

II, 112. - Orig., mm. 280×160.

698.

Imolae, 29 ianuarii 1193.

Canonici S. Laurentii Hugolino Gasdiae accipienti pro Guidone Pepoli dant in emphytheusim medietatem unius casamenti.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnacione eius MCLXXXXIII, temporibus Celestini pape et Henrici imperatoris, die III exeunte mense ianuarii, Imole, in claustro plebis S. Laurenzii, indicione XI. Et ideo ego quidem in Dei nomine presbiter Santernus canonicus eiusdem plebis cum consensu meorum confratrum eiusdem plebis nomine pacti concedo et largior tibi in Christi nomine Ugolino Gasdie conductori pro Guidone Pepoli Scardavarii suisque filiis et heredibus usque ad annos advenientes LXVIII ad renovandum, et si Guido obierit sine filiis, deveniat tibi tuisque filiis; idest medietatem unius casamenti quod est positum in civitate Imole, in hora Ursuline: a primo latere tenent heredes Petri Blanci, a secundo Berta Martini Rainerii, a tercio Fistinellus et Raimundus, a quarto via. Quan⟨tum⟩ infra hec latera designata manet cum introitu et exitu suo et cum omnibus supra se et infra se et sibi pertinentibus, territorio Corneliensi, plebe S. Laurenzii, concedo et largior sibi supradicto Guidoni ad habendum, tenendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis advenientibus supradictis ad renovandum. Ita ut inferat pensionem michi meisque confratribus et successoribus cum suis filiis et heredibus omni mense marcii aut infra indicionem unum denarium monete luccensis, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo vero quia accepi a te mercedis nomine pro supradicta re denariorum monete lucensis XII solidos, quod debet tibi reddere Guido. Eo videlicet tenore ut non liceat sibi supradictam rem vendere, nec aliquem contractum inde facere nisi in me meisqe successoribus pro XII denariis lucensibus minus quam hab aliis habere valeat, si tollere voluero, et si tollere noluero, liceat sibi dare cui voluerit, salva racione mea. Et ego iamdictus locator cum meis confratribus et successoribus supradictam rem ab omni persona hominum auctorizare et defensare et hoc pactum firmum tenere

sibi suisque filiis et heredibus promitto. Si quis vero nostrarum ambarum parcium contra fecerit et omnia supradicta, que superius leguntur, non observaverit, sive in placito vel extra placitum, aut quollibet modo vel ingenio, det pars parti fidem servanti penam dupli per stipulacionem ad invicem ab utraque parte promissa, quod datur nomine mercedis, et post solutam penam, hoc pactum maneat firmum.

Quod scripsi ego Guido Imolensis notarius. Testes ad hec rogati interfuerunt Bulgarellus Albertini Rodulfi, Albertinellus Markiselle, Ramfretholus Orlandoli, Guirardinus Pastini, Pepolus Isabelle, Martinuzus, presbiter Guido S. Leonardi manus huius rei investitor.

II, 113. - Orig., mm. 214×184. In versu, manu saec. XIII Guido Stephani possidet.

699.

[Imolae], 8 maii 1193.

Monachi S. Marie in Regula Martino Dominici Comitissae dant in emphytheusim aquam piscatoriam de loco Abbathia dicto.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnacione eius MCLXXXXIII, temporibus Celestini pape et Henrici imperatoris, die VIII intrante mense madii, indicione XI, in claustro monasterii S. Marie in Regula. Et ideo ego quidem in Dei nomine domnus Placitus monachus et presbiter atque abbas iamdicti monasterii cum consensu meorum confratrum eiusdem monasterii concedimus et largimur tibi in Christi nomine Martino Dominici Comitisse conductori pro te et pro cognato tuo Augustino Luiterii vestrisque filiis et heredibus usque ad annos XII advenientes; idest omnem aquam piscatoriam que est posita in loco qui vocatur Abbathia cum confinibus suis: a primo latere tenent Lillamari de Campo Alloni Ugonis Furigonis et ipse Ugo Furigonis, a secundo la valle frontis et Pepolus Guidonis Mantelli, a tercio Berbeze et Gaudia soror Girardi Bergunze, a quarto fossa Castagnise et Iohannes Lupus. Quantum infra hec latera designata manet cum introitu et exitu suo et cum omnibus supre se et infra se et sibi pertinentibus, territorio Corneliensi, plebe S. Patrizii de Capite Silicis, concedimus

et largimur vobis vestrisque filiis et heredibus ad habendum, tenendum, piscandum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis advenientibus supradictis. Ita ut inferatis pensionem nobis nostrisque confratribus et successoribus cum vestris filiis et heredibus omni mense marcii aut intra indicionem xx solidos lucenses, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo vero quia accepimus a vobis mercedis nomine pro supradicta re denariorum monete imperialium vii libras. Et nos iamdicti locatores cum nostris fratribus et successoribus supradictam rem ab omni persona hominum auctorizare et defensare et hunc contractum firmum tenere promittimus vobis vestrisque filiis et heredibus usque ad prefinitum supradictum tempus. Si quis vero nostrarum ambarum parcium contra fecerit et omnia supradicta, que superius leguntur, non observaverit, sive in placito vel extra placitum aut quollibet modo vel ingenio, det pars parti fidem servanti penam dupli per stipulacionem ad invicem ab utraque parte promissa, quod datur nomine mercedis, et post solutam penam, hic contractus maneat firmus usque ad prefinitum supradictum tempus.

Quem scripsi ego Guido Imolensis notarius. Testes ad hec rogati interfuerunt Petrus Gaudencie, Petrinus filius Mesi Pellizonis, Iohannes Azonis, Donatus Pizoli, Vivianus Filipoli, Ugolinus Persindine, Albertus Carrarus Trecenti, Albertus Linde, Billumeus, Artillus, Ubertinus Isnardoli, Albertus Bulgarelli huius rei manus investitor. Et expletis iamdictis xii annis predicta aqua sine omni litigio et briga revertatur ad ius et dominium predicti monasterii cuius est proprietas.

II, 114. - Orig., mm. 283×160. In versu, manu saec. XII Apera Martini Comitipse de Cavallis et de Argenta de aqua piscatoria Abathye infra plebatu Caput Scylicis.

700.

Imolae, 9 martii 1194.

Canonici S. Laurentii Viviano Hugonis Imolae dant in emphytheusim arvi petiam de fundo Stafolo dicto.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnacione eius mc nonagesimo iiii, temporibus Celestini pape et Henrici imperatoris, die viiii intrante mense marcii, Imole, in claustro

plebis S. Laurenzii, indicione XII. Et ideo nos quidem in Dei nomine presbiter Santernus et presbiter Ugo canonici eiusdem plebis cum consensu nostrorum confratrum eiusdem plebis nomine pacti concedimus et largimur tibi presenti in Christi nomine Viviano Ugonis Imole conductori pro te et pro uxore tua Bricia vestrisque filiis et heredibus et successoribus usque ad annos advenientes LXVIIII ad renovandum: idest unam peciam terre laboratorie computatam IIII turnaturie que est posita in fundo qui vocatur Stafoli: ab uno latere tenent Massarolus et Petrus Serre et Nivaldus, a secundo vos, a tercio Petrus Serre, a quarto Albertinellus Markiselle. Quantum infra hec latera designata manet cum introitu et exitu suo et cum omnibus supra se et infra se et sibi pertinentibus, territorio Corneliensi, plebe S. Laurenzii, concedimus et largimur vobis ad habendum, tenendum, possidendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis advenientibus supradictis ad renovandum. Ita ut inferatis pensionem nobis nostrisque confratribus et successoribus cum vestris filiis et heredibus omni anno in mense marcii, aut infra indicionem, unum denarium monete lucensis, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo vero quia accepimus a vobis mercedis nomine pro supradicta re denariorum monete lucensis x libras. Et nos iamdicti locatores cum nostris confratribus et sucessoribus supradictam rem ab omni persona hominum auctorizare et defensare et hoc pactum firmum tenere promittimus vobis vestrisque filiis et heredibus. Si quis vero nostrarum ambarum parcium contra fecerit et omnia supradicta, que superius leguntur, non observaverit, sive in placito vel extra placitum aut quollibet modo vel ingenio, det pars parti fidem servanti penam dupli, quod datur nomine mercedis per stipulacionem ad invicem inter nos ab utraque parte promissa, et post solutam penam, hoc pactum maneat firmum.

Et vestra auctoritate et nomine introeatis in predictam rem et possideatis et teneatis. Testes ad hec rogati interfuerunt Albertus Ferrus, Faber Albasie, Petrus Mercathus, Damianus.

Quod scripsi ego Guido Imolensis notarius iussu predictorum locatorum et conductoris.

II, 115. - Orig., 255×144. In versu, eadem manu Apera Viviani Ugonis Imole; *manu saec XIII: a)* Do[m]inicus faber possidet unam petia(m) terre ad vineacum ... mo; *b)* Nunc possidet heredes Arsili; *c)* ...ia domini Iohannis Alb ... uxor Pelegrini filii ..... Pizoli ....

701.

Ferrariae, 20 aprilis 1194.

Sententia ab Hugitione Ferrariae episcopo ex delegatione Caelestini III prolata ad dirimendam controversiam exortam inter canonicos S. Laurentii de Imola et abbatem S. Donati.

✝ In Dei eterni nomine. Anno eiusdem nativitatis MC nonagesimo IIII, tempore Celestini pape et Henrici imperatoris, die XI exeunte mense aprilis, indiccione XII, Ferrarie, in lobia palacii domini episcopi. Ego Ugicio Ferrariensis episcopus ex delegatione domini pape Celestini cognitor litis que per appellationem ad dominum papam, sicut in litteris commissionis dicitur delata, inter canonicos S. Laurentii de Imola et abbatem S. Donati vertitur super eo quod prefatus abbas ad ecclesiam S. Pauli prope ecclesiam S. Laurentii sitam se et suos monachos nomine monasterii volunt transferre. Dicunt namque prefati canonici quod predictus abbas in eorum parochia eis invitis hoc facere non debet presertim cum hoc sine dampno sue ecclesie fieri non possit, et quia iam a longissimo tempore prefata ecclesia S. Pauli sit habita et detenta pro capella et non pro monasterio, et quia sine auctoritate episcopi traslatio monasterii de uno loco ad alium fieri non debet. E contra dictus abbas sibi licere dicit tum propter arbitrium Cornubli Ravennatensis Ecclesie cardinalis de auctoritate et consensu domini Guillielmi archiepiscopi Ravennatensis prolatum et confirmatum, tum quia prefatam ecclesiam S. Pauli dicitur ab antiquo fuisse monasterium et de hoc multa exibent instrumenta. Visis et auditis rationibus et allegationibus utriusque partis et cognito per multa instrumenta quod dicta ecclesia S. Pauli olim fuit monasterium, et quod necessitas multiplicis persecucionis prefatum abbatem compellit suam et suorum monachorum habitationem infra civitatem Imole transferre, habito et deliberato conscilio, se predictum abbatem suam et suorum monachorum habitationem ad dictam ecclesiam S. Pauli nomine monasterii posse transferre, Guidone de Mazaincollo prefatorum canonicorum procuratore presente, diffinitive pronuncio, et sepe dictos canonicos ne predictum abatem super hoc amplius inquietent vel inpediant condempno,

salvo tamen iure vel consuetudine si quod vel si quam prefata ecclesia S. Laurentii habet vel habere solita est in dicta ecclesia S. Pauli vel in eius parochianis vel in aliis.

Ad cuius autem sententie prolationem interfuerunt testes presentes: dompnus Placitus abbas S. Marie in Regula, dompnus Bonandus, Bartholomeus, dominus Albertus Aldigerii imperialis aule iudex, Petrus eius filius, Guido Vicedomini, magister Expectatus, Ugolinus Freducii, Marzotus, Albertinus Petrisaine, Rodulfinus, Nicholaus.

Et in supradicta indiccione, die et loco in presentia prefati domini Ugicionis episcopi et suprascriptorum testium prelibatus Guido de Mazaincollo procurator supradictorum canoni[co]rum ante prolationem predicte sententie et post prolationem pro ipsis canonicis a sententia suprascripta appellavit.

Et [1] ego Niger Dei gratia sacri palatii et tunc communis Ferrarie notarius et quondam Andree notarii filius ut audivi et intellexi et rogatus scribere scripsi.

II, 116. - Orig., mm. 392×172. — Zaccaria, I, 210; Kehr, V, 167, n. 3, et 170, n. 1.

[1] *Orig. refert* Et et

702.

Imolae, 28 augusti 1194.

Blancalbanae testamentum.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnacione eius MC nonagesimo IIII, temporibus Celestini pape et Henrici imperatoris, die IIII exeunte mense augusti, Imole, indicione XII. Et ideo ego quidem in Dei nomine domina Blancalbana quia ab intestatu decedere nolui, idcirco testamentum sine scriptis facere destinavi. Quapropter volo et iudico ut sit datum pro anima mea plebi S. Laurenzii unam meam curtinam, et monasterio S. Marie in Regula unum meum mantille, et ecclesie S. Casiani unum mantile, et monasterio S. Petri in Muscitha unam camisiam filii mei, de omnibus autem aliis meis rebus mobilibus et immobilibus ubicumque sint, instituo michi heredem filium meum Maseratham, et si filius meus obierit sine liberis vel liberi eius sine liberis, volo ut ecclesia S. Laurenzii habeat casamenta mea cum stazonis que sunt posita in civitate Imole, in hora Taupathe: ab uno latere tenet cimiterium eiusdem

plebis S. Laurenzii. Et volo ut monasterium S. Petri iu Muscitha habeat x tornaturias terre quas habeo et teneo in fundo qui vocatur Garnaroli : ab uno latere tenet Andreas Isacati, a secundo iura eiusdem monasterii, a tercio limes, a quarto via. Sic volo, sic rogo, sic iubeo, sic iudico, sic est mea ultima voluntas. Si quis vero heredum meorum contra hoc meum iudicium sive testamentum, quod iudicavi, ire vel agere vel infringere et non observare temptaverit, solvat penam meam ultimam voluntatem observantibus x libras lucenses, et post solutam penam, hoc meum iudicium sive testamentum sine scriptis maneat firmum : et si non iure testamenti valet, iure tamen codicilli vel ultime voluntatis valeat.

Testes ad hec rogati interfuerunt presbiter Santernus, presbiter Ugicio, Rodulfus domini Peregrini, Girardinus Iohannis Gati, Ubertinus Corvarie, Tethaldus massarius, Matheus Follis, Abandonatus. Quod scripsi ego Guido Imolensis notarius iussu predicte Blancalbane, et huic testamento interfui et subscripsi.

II, 117 a. - Orig., mm. 265 × 155.

703.

Imolae, 11 septembris 1194.

Monachi S. Mariae in Regula Zanello Bosii dant in emphytheusim unum casamentum et dimidium in fundo qui vocatur Filzi.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnacione eius [MC nonagesimo IIII],[1] temporibus Celestini pape et Henrici imperatoris, die XI intrante mense setembris, Imole, indicione XII, in claustro monasterii S. Marie in Regula. Et ideo ego quidem in Dei nomine do(m)nus Placitus monachus et presbiter atque abbas iamdicti monasterii cum consensu meorum monachorum et confratrum eiusdem monasterii [nomine] pacti concedo et largior tibi in Christi nomine Zanello Bosii conductori pro te et pro mat[re tu]a Gualdratha vestrisque filiis et heredibus usque ad annos advenientes LXVIIII a[d re]novandum ; idest unum casamentum et mez(um) habentes in eorum longitudine LX p[edes], in latitudine XXII pedes et mezum, quod est positum in fundo qui vocatur Filzi : a primo latere tenet Albertus magister, a secundo via, ab aliis duobus iura monasterii. Quantum infra hec latera designata manet cum introitu et exitu

suo et cum omnibus supra se et infra se et sibi pertinentibus, territorio Corneliensi, plebe S. Laurentii, concedo et largior vobis ad habendum, tenendum, possidendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis advenientibus supradictis ad renovandum. Ita ut inferatis pensionem michi meisque confratribus et successoribus cum vestris filiis et heredibus omni anno in mense marcii aut infra indicionem VI denarios monete lucensis, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo vero quia accepi a vobis mercedis nomine pro supradicta re denariorum monete lucensis XXVII solidos. Eo videlicet tenore ut non liceat vobis supradictam rem vendere nec donare, nec aliquem contractum inde facere, et quamdiu ibi habitabitis, monasterium debeat habere vestram sepulturam et visitaciones et oblaciones vestrorum vestrorumque filiorum et heredum; et quamdiu nolueritis ibi habitare, liceat vobis tollere casam vestram et totum illud quod in iamdicto casamento et mezo habebitis de vestro, et supradictum casamentum et mezum deliberatum remaneat monasterio. Et ego iamdictus locator cum meis confratribus et successoribus supradictam rem ab omni persona hominum auctorizare et defensare et hoc pactum firmum tenere promitto vobis vestrisque filiis et heredibus. Si quis vero nostrarum ambarum parcium contra fecerit et omnia supradicta, que superius leguntur, non observaverit sive in placito vel extra placitum aut quollibet modo vel ingenio, det pars parti fidem servanti penam dupli, quod datur nomine mercedis per stipulacionem ad invicem inter nos ab utraque parte promissa, et post solutam penam, hoc pactum maneat firmum. Quod scripsi ego Guido Imolensis notarius. Ugolinus Peslatronis huius rei manus investitor.

II, 117b. - Orig., mm. 244×170. Charta lacera est secundum margines superiorem et dexterum.

[1] *Annus 1194 desumitur ab indictione XII et ab annis pontificatus Caelestini III.*

704.

Imolae, 2 decembris 1194.

Monachi S. Mariae in Regula Ioanni Urselli dant in emphytheusim vineae petiam sitam in loco qui vocatur Costa de Gasscis.

In nomine Domine nostri Iesu Christi. Anno ab incarnacione eius MC nonagesimo IIII, temporibus Celestini pape et

Henrici imperatoris, die II intrante mense decembris, Imole, in claustro monasterii S. Marie in Regula, indicione XII. Et ideo ego quidem in Dei nomine domnus Placitus monachus et presbiter atque abbas iamdicti monasterii cum consensu presbiteri Arpini et aliorum meorum confratrum eiusdem monasterii iure emphytheotico concedo et largior tibi presenti in Christi nomine Iohanni Urselli conductori pro te tuisque filiis et nepotibus; idest unam peciam terre vineate positam in loco qui vocatur Costa de Gasscis: ab uno latere tenet Ildebrandus Ermiline, a secundo tu idem, a tercio Albertinus Parenze, a quarto heredes Rainucini. Quantum infra hec latera designata manet cum introitu et exitu suo et cum omnibus supra se et infra se et sibi pertinentibus, territorio Bononiensi, plebe S. Marie Montis Cellaris, concedo et largior tibi ad habendum, tenendum, possidendum, defensandum et in omnibus meliorandum cum tuis filiis et nepotibus. Ita ut inferas pensionem ecclesie S. Thome in Fasano cum tuis filiis et nepotibus omni anno in mense marcii aut infra indicionem unum bolligninum, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo vero quia accepi a te mercedis nomine pro supradicta re XII solidos de bolligninis. Et ego iamdictus locator cum meis confratribus et successoribus supradictam rem ab omni persona hominum auctorizare et defensare et hunc contractum emphyteosis firmum tenere promitto tibi tuisque filiis et nepotibus, et expleto munimine tuo tuorumque filiorum et nepotum, supradicta res culta et laborata et in omnibus meliorata revertatur ad ius et dominium predicti monasterii, cuius est ius et proprietas. Si quis vero nostrarum ambarum parcium contra fecerit et omnia supradicta, que superius leguntur, non observaverit sive in placito vel extra placitum aut quollibet modo vel ingenio, det pars parti fidem servanti penam dupli, quod datur nomine mercedis per stipulacionem ad invicem inter nos ab utraque parte promissa, et post solutam penam, hic contractus emphyteosis maneat firmus.

Quem scripsi ego Guido Imolensis notarius. Testes ad hec rogati interfuerunt Ubertinus Seraphyn, Bene, Ugolinus Peslatronis. Presbiter Arpinus huius rei manus investitor.

II, 118. - Orig., mm. 240×167.

705.

Imolae, 14 februarii 1195.

Canonici S. Laurentii Baldulo, Malpeae, Dominico et Guidoni concedunt in emphytheusim casamentum situm in civitate Imola.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius MC nonagesimo V, temporibus Celestini pape et Henrici imperatoris, die XIIII intrante mense februarii, Imole, in claustro plebis S. Laurenzii, indicione XIII. Et ideo nos quidem in Dei nomine presbiter Santernus et presbiter Ugicio et presbiter Ugo et presbiter Scimon canonici eiusdem plebis cum consensu nostrorum confratrum eiusdem plebis nomine pacti concedimus et largimur tibi in Christi nomine Baldulo conductori pro te tuisque filiis et heredibus in quarta parte inferius dicende rei, et tibi Malpee conductori pro te et pro filiis tuis et heredibus excepto Baldulo in medietate inferius dicende rei de illo quod remanet ab ista quarta parte, et tibi Dominico conductori pro te et pro fratre tuo Guidone vestrisque filiis et heredibus in alia vero medietate usque ad annos advenientes LXVIIII ad renovandum : idest unum casamentum quod est positum in civitate Imole, in hora S. Donati : ab uno latere tenet Acarisius Gatus, a secundo via, a tercio heredes Tignosi, a quarto Imilda. Quantum infra hec latera designata manet cum introitu et exitu suo et cum omnibus supra se et infra se et sibi pertinentibus, territorio Corneliensi, plebe S. Laurenzii, concedimus et largimur vobis ad habendum, tenendum, possidendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis advenientibus supradictis ad renovandum. Ita ut inferatis pensionem nobis nostrisque confratribus et successoribus cum vestris filiis et heredibus omni anno in mense marcii aut infra indicionem unum denarium monete lucensis, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo vero quia accepimus a vobis mercedis nomine pro supradicta re denariorum monete lucensis XX solidos. Et nos iamdicti locatores cum nostris confratribus et successoribus supradictam rem ab omni persona hominum auctorizare et defensare et hoc pactum firmum tenere promittimus vobis vestrisque filiis et heredibus. Si quis vero nostrarum ambarum parcium contra fecerit et omnia

supradicta, que superius leguntur, non observaverit, sive in placito vel extra placitum aut quollibet modo vel ingenio, det pars parti fidem servanti penam dupli quod datur nomine mercedis per stipulacionem ad invicem inter nos ab utraque parte promissa, et post solutam penam, hoc pactum maneat firmum.

Quod scripsi ego Guido Imolensis notarius iussu predictorum. Testes ad hec rogati interfuerunt Ugolinus Asprandi, Guascone, Petricinus Alberti Ferri, Bartolus, Alidux Guidonis Lithuisii. Et vestra auctoritate et nomine introeatis in predictam rem et possideatis et teneatis.

II, 119. - Orig., mm. 245×166. In versu, manu saec XIII Possidet dominus Iacobus Zuradeis (?) et frater.

706.

Imolae, 13 iunii 1196.

Instrumentum quo canonici S. Laurentii concedunt in emphytheusim duas vineae tornaturias de fundo Casalini.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen. Anno dominice incarnacionis millesimo c nonagesimo vi, temporibus Celestini pape et Henrici imperatoris, die xiii intrante mense iunii, Imole, indictione xiiii. Ego quidem in Dei nomine donnus Ugo presbiter et canonicus ecclesie S. [Laurentii uná cum con]sensu et voluntate presbiteri Ugitionis, presbiteri Santerni et presbiteri [Simonis et confratrum] meorum in predicta ecclesia existentium nomine pacti do et concedo tibi pres[enti in Christi nomine] . . . . . d . . . g . . e conductori pro te tuisque filiis et heredibus usque ad sexgin[ta et novem annos ad renovandum; idest] duas turnaturias terre vineate positas in fundo Casalini, territorio [Imolensi, plebe S. Laur]entii: ab uno latere possidet Bulgarellus, ab alio Roza, a tercio A[. . , a quarto] est via, et si qui alii confines sunt. Quantum infra hec latera designata [manet cum in]troitu et exitu suo et cum omnibus supra se et infra se et sibi pertinentibus [do et concedo tibi conductori ad habendum, tenendum, possidendum, defensandum [et in omnibus meliorandum] in annis advenientibus supradictis ad renovandum, et tua auctoritate in pos[sessionem intran]dum. Ita sane ut inferas pensionis nomine michi meisque fratribus et successoribus cum vestris filiis et heredibus omni mense marcii aut infra in-

dicionem unum denarium [bononiensis] monete, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo vero quia accepi a te mercedis [nomine] pro suprascripta re x solidos bononienses. Ab omni quoque homine predictam rem semper legitime auctorizare et defensare et hoc pactum firmum tenere promitto tibi tuisque filiis et heredibus cum meis fratribus et successoribus. Si quis vero nostrarum ambarum partium contra fecerit et supradicta omnia non observaverit, det pars parti fidem servanti pene nomine duplum quod datur nomine mercedis stipulatione ad invicem inter nos promisse, et soluta pena, hoc pactum maneat firmum. Predicti contraentes hoc pactum, ut superius legitur, scribere rogaverunt. Testes ...... Gandulfus iudex, Spanius, Ugo Planus, Marchisellus ...

† Ego quidem Michael sacri palatii notarius interfui et rogatus, [ut superius] legitur, scripsi.

II, 120. - Orig., mm. 220×201. Charta est valde lacera et corrosa.

707.

Imolae, 29 octobris 1196.

Canonici S. Laurentii Guidoni concedunt in emphytheusim petiam vineae quae iacet in Paulano.

In nomine Domini nostri Iesu Christi, amen. Anno ab eius incarnacione MC n[ona]gesimo VI, tempore Celestini pape et Henrici imperatoris, IIII kalendas novembris, Imole, indictione XIIII. Ego quidem in Dei nomine Petrus ecclesie S. Iacobi presbiter cum consensu et voluntate omnium canonicorum plebis S. Laurentii nomine pacti concedo et largior tibi Guidoni conductori pro te et pro Acunzata uxore tua et pro vestris filiis et heredibus usque ad sexaginta et octo annos ad renovandum; idest unam petiam terre vineate que iacet in Paulano, territorio Ymolensi, plebe S. Laurentii: ab uno latere canale, ab alio Girardus Bifanie, a tercio Iacobus Dominici, a quarto heredes Gandutii, vel si qui alii affines sunt. Quantum infra hec latera designata iacet cum introitu et exitu suo et cum omnibus sibi quoque modo pertinentibus concedo et largior vobis ad habendum, tenendum, possidendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis advenientibus suprascriptis ad renovandum. Ita sane ut inferas pensionem michi meisque successoribus cum vestris

filiis et heredibus omni mense marcii aut infra indicionem I denarium bononiensem, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo vero quia accepi a te mercedis nomine pro iamdicta re IIII libras bononienses; et pro amore et dilectione quam in te habeo et pro servitio et dispendio quod fecisti Eustatio. Promitto me preterea supradictam rem ab omni persona hominum semper legitime auctorizare et defensare et hoc pactum firmum tenere vobis vestrisque filiis et heredibus cum meis successoribus. Ita vero ut non liceat vobis vendere vel aliquem contractum facere de predicta re cum aliquo sine inquisitione nostri, et si tollere voluerimus, pro II solidis minus quam ab aliis habere possis, nobis dare debeas, et si tollere noluerimus, liceat vobis dare cui volueritis qui nobis eam obediat. Et si vos vel [aliquis] ex vobis descendentes obieritis sine filiis, predictam r[em re]vertatur ad ius et dominium prefate ecclesie. Si quis vero nostrarum ambar[um] partium contra fecerit et supradicta omnia non observaverit, det [pars] parti fidem servanti penam dupli quod datur nomine mercedis, et soluta pena, hoc pactum maneat firmum. Et tua auctoritate liceat tibi ingredi predictam rem et habere et tenere et possidere.

Testes rogati interfuere Albertinus Feraldus, Ugo Planus, Ugolinus Asprandi, Gandulfus iudex, Guido Matari.

[†] Ego quidem Michael sacri palatii notarius interfui et rogatus scripsi.

II, 121. - Orig., mm. 280×152. Charta aliquantulum lacera est.

708.

[Romae], 18 decembris 1197.

Caelectinus III sententiae iam prolatae circa controversiam inter canonicos S. Laurentii de Imola et abbatem S. Mariae in Regula parendum esse decerit.

Celestinus episcopus servus servorum Dei venerabili fratri (Bernardo) Faventino episcopo et dilecto filio M.. priori de Camunno salutem et apostolicam benedictionem. Ex tenore litterarum dilectorum filiorum canonicorum S. Laurentii de Imula nobis innotuit quod causa, que inter abbatem S. Marie in Regula ex una parte et predictos canonicos ex alia super ecclesia S. L[eo]nardi agitari dinoscitur, a dilecto filio nostro P(etro)

S. Marie in Via lata diacono cardinali apostolice Sedis legato vobis fuit olim terminanda commissa. Cumque partes in vestra essent presentia constitute, instrumentis diligenter inspectis, testibus etiam debita maturitate receptis hinc inde, ad prolationem diffinitive sententie procedere neglexistis. Volentes igitur, ut causa ipsa per industriam vestram debitum sortiatur effectum, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus omni contradictione et appellatione remota ad ipsius decisionem iusticia mediante procedere nullatenus retardetis, cogentes partes per censuram ecclesiasticam et presentiam vestram adire et iudicium, quod tuleritis, firmiter observare. Quod si ambo hiis exequendis nequiveritis interesse, tu frater episcope, ea nichilominus exequaris. Datum Laterani xv kalendas ianuarii, pontificatus nostri anno septimo.

II, 122a. - Orig., mm. 156×178. Charta lacera est. Sigilli plumbei deperditi superest tantum funiculus lineus. — Zaccaria, I, 179; LI., 17599 ad dec. 14-31; Kehr, V, 168, n. 6 et 169, n. 4, 5.

709.

Imolae, 20 decembris 1197.

Canonici S. Laurentii Rosolinae concedunt in emphytheusim terrae petiam sitam in Dominisillo.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnacione eius millesimo c nonagesimo vii, tempore Celestini pape et Henrico imperatore in Sicilia defuncto, die xii exeunte mense decembris, indiccione xv, Imole, in claustro S. Laurencii. Nos quidem in Dei nomine presbiter Santernus et presbiter Ugicio et presbiter Ugo cum sacerdotes ecclesie S. Laurencii plebis cum consensu fratrum nostrorum eiusdem plebis nomine pacti concedimus et largimur tibi Rosoline conductrici pro te et pro viro tuo Martino Anne vestrisque filiis et heredibus usque ad annos advenientes sexaginta et novem ad renovandum; idest unam peciam terre pertinentem supradicte ecclesie nostre positam in Dominisillo, territorio Ymolensi, plebe supradicta: primo latere Mezale, secundo latere Mascaronus et heredes Iacobi Glangelle, ab aliis Pizolus Guidoli Amigoli. Quantum infra hec latera designata iacet cum introitu et exitu suo et omnibus supra se et infra se et sibi pertinentibus concedimus et largimur vobis ad habendum, tenendum, defensandum et in

omnibus meliorandum in annis advenientibus supradictis sexaginta novem ad renovandum. Ita ut inferatis pensionem nobis nostrisque fratribus et successoribus supradicte plebis omni anno unum denarium bononiensem cum vestris filiis et heredibus, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia accepimus a te denariorum monete bononiensis tres libras per tornaturiam terre, sicut capiet, nomine mercedis pro supradicta re; et eo tenore, si volueritis inde rexire, in nobis rexire debeatis antequam in aliis pro duobus soldis bononiensibus minus si tollere voluerimus, et sin autem, liceat vobis eam dare aliis salva omni racione nostra. Et nos iamdicti locatorés cum nostris fratribus et successoribus supradicte plebis, supradictam rem ab omni persona hominum auctorizare et defensare et hoc pactum firmum tenere promittimus vobis vestrisque filiis et heredibus; et si contra fecerimus et omnia supradicta, que superius leguntur, non observaverimus vel nos vel nostri fratres seu successores supradicte ecclesie S. Laurencii aut per aliquam personam a nobis submissam vel submittendam, tunc promittimus nos cum nostris fratribus et successoribus supradicte plebis daturos penam dupli quod datur nomine mercedis vobis vestrisque filiis et heredibus, et post penam solutam, hoc pactum maneat firmum. Quod scripsi ego Martinus Ymolensis notarius. Et licenciam dederunt eis intrandi in supradicta re et possidendi.

Testes fuerunt rogati ad hec presbiter Petrus Serre, Bernardus notarius Serre, Guidolinus et Capitonus Serre.

II, 122 b. - Orig., mm. 257×155. In versu, manu saec. XIII Gui⟨d⟩o Poleusis de Galisterna possidet unam peciam terre.

710.

Imolae, 8 februarii 1198.

Instrumentum quo monachi S. Mariae in Regula Castellano concedunt in emphytheusim terrae petiam in fundo qui vocatur Filzi.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnacione eius MC nonagesimo VIII, temporibus Inocencii pape, defuncto Henrico imperatore, die VIII intrante mense februarii, Imole, in claustro monasterii S. Marie in Regula, indicione prima. Et ideo ego quidem in Dei nomine domnus Placitus monachus et presbiter atque abbas iamdicti monasterii cum consensu meorum confratrum eiusdem monasterii nomine pacti

concedo et largior tibi presenti in Christi nomine Castellano conductori pro te tuisque filiis et ⟨ne⟩potibus, a te et a filiis tuis et descendentibus, usque ad annos advenientes LXVIIII ad renovandum; idest unam peciam terre cum arboribus super se habentibus que est posita in fundo qui vocatur Filzi: ab uno latere tenet Tallone, a secundo flumen, a tercio via, et si qui alii afines sunt. Quantum infra hec latera descignata manet cum introitu et exitu suo et cum omnibus supra se et infra se et sibi pertinentibus, territorio Corneliensi, plebe S. Laurencii, concedo et largior tibi ad habendum, tenendum, possidendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis advenientibus supradictis ad renovandum. Ita ut inferas pensionem michi meisque confratribus et successoribus cum tuis filiis omni anno in mense marcii aut infra indicionem unum denarium monete bononiensis, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo vero qui[a acce]pi a te mercedis nomine pro supradicta re denariorum monete bononiensis v libras et dimidiam. Et ego iamdictus locator cum meis confratribus et successoribus predictam rem ab omni persona hominum legitime auctorizare et defensare [et hoc] pactum firmum tenere promitto tibi tuisque filiis et heredibus et omnibus a te et a fil[iis tuis] descendentibus: et si tu obieris sine filiis vel filii tui aut filii filiorum tuorum et sic usque ⟨in⟩ infinitum, predicta res pro anima tua et pro remissione tuorum peccatorum et tuorum parentum deliberata remaneat predicto monasterio. Et si in aliquo tempore erit facta in predicta terra ficta molendini vel edificium molendini, tu habeas duas partes et predictum monasterium habeat terciam partem. Et nos predictus abbas et Castellanus promittimus inter nos ad invicem hoc pactum et hunc contractum firmum tenere, ut superius legitur. Si quis vero nostrarum ambarum parcium contra fecerit [et omni]a, que superius leguntur, non obs]ervaverit sive in placito vel] extra placitum, aut quolibet modo vel ingenio, det pars parti fidem servanti penam dupli quod datur nomine mercedis per stipulacionem ad invicem inter nos ab utraque parte promissa, et post solutam penam, hoc pactum maneat firmum. Ugolinus Peslatronis huius rei manus investitor. Testes ad hec rogati interfuerunt magister Stuplune, Buninus, Rodolfinus Orlandi, Bonussocius. Quod scripsi ego Guido Imolensis notarius iussu utriusque partis et huic pacto interfui et subscripsi.

* *II, 123. - Orig., mm. 233×170. Charta pluribus in partibus lacera est.*

711.

Imolae, 17 aprilis 1198.

Monachi S. Mariae in Regula Guidoni Gilelmini terrae petiam sitam in loco qui vocatur Calcinarii in emphytheusim concedunt ea lege ut ipse praeter pensionem quotannis de praedicta terra decimas solvat ecclesiae S. Thomae in Fasano.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnacione eius MC nonagesimo VIII, temporibus Innocentii pape, imperatore non existente, die XIIII exeunte mense aprilis, Imole, in claustro monasterii S. Marie in Regula, indicione prima. Ego quidem in Dei nomine domnus Placitus monachus et presbiter atque abbas iamdicti monasterii cum consensu meorum confratrum eiusdem monasterii et presbiteri Arpini nomine pacti concedo et largior tibi presenti in Christi nomine Guidoni Gilelmini conductori pro te tuisque filiis et heredibus et successoribus usque ad annos advenientes LXVIIII ad renovandum; idest unam peciam terre computatam tres turnaturias terre que est posita in loco qui vocatur Calcinarii: ab uno latere tenet Drutholus et eius consortes, a secundo Guido Fasani, a tercio Zaffi, a quarto via, a quinto filii Guidonis Acarisii, a sexto latere Ubertellus. Quantum infra hec latera descignata manet cum introitu et exitu suo et cum omnibus supra se et infra se et sibi pertinentibus, territorio Bononiensi, plebe S. Marie Montis Celari, concedo et largior tibi ad habendum, tenendum, possidendum, defensandum et in omnibus meliorandum cum tuis filiis et heredibus in annis advenientibus predictis ad renovandum. Ita ut inferas pensionem michi meisque confratribus et successoribus cum tuis filiis et heredibus omni anno in mense martii aut infra indicionem duos denarios monete bononiensis, tantum pen[sio, u]t dictum est, persolvatur, et decimas de predicta terra debeas dare cum tuis filiis et heredibus ecclesie nostre S. Thome in Fasano. Pro eo vero quia accepi a te mercedis nomine pro supradicta re denariorum monete bononiensis tres libras. Et ego iamdictus locator cum meis confratribus et successoribus predictam rem ab omni persona hominum legitime auctorizare et defensare et hoc pactum firmum tenere promitto

tibi tuisque filiis et heredibus cum meis confratribus et successoribus, eo videlicet tenore ut non liceat tibi supradictam rem vendere nec ullum contractum inde facere nisi in predicto monasterio pro v solidis bononiensibus minus quam ab aliis habere valeas, si tollere voluerit, et si tollere noluerit, liceat tibi dare supradictam rem cui volueris, salva ratione iamdicti monasterii, excepto quod non debeas nec tu nec tui filii vel heredes predictam rem vendere nec donare, nec ullum contractum inde facere, nec relinquere comitibus,[1] nec cataneis, nec civibus, nec hominibus masnathe, nec alicui loco venerabili loco.[2] Si quis vero ambarum nostrarum parcium contra fecerit et omnia supradicta non observaverit sive in placito vel extra placitum aut quolibet modo vel ingenio, det pars parti fidem servanti penam dupli quod datur nomine mercedis per stipulacionem ad invicem inter nos ab utraque parte promissa, et post solutam penam, hoc pactum maneat firmum.

Presbiter Arpinus huius rei manus investitor. Testes ad hec rogati interfuerunt Ugolinus Peslatronis, Beneincasa, Zoanni et Alegritus. Quod scripsi ego Guido Imolensis notarius iussu utriusque partis et huic pacto interfui et subscripsi.

II, 124. - Orig., mm. 330×172. Charta lacera est secundum marginem sinistrum. In versu, manu saec. XIII et XIV: a) Tenet Guitifredili; *b)* Tenet et possidet Cardalinus qui habitat in villa Fassani; *c)* Instrumenta... in eodem Casalicli; *d)* Instrumenta Drudoli et ecclesia de Faxano.

[1] *Verbum difficile lectu; forsitan* contraentibus [2] *Ita refert orig.*

712.

Imolae, 25 augusti 1198.

Lafius canonicis S. Laurentii donat decem arvi tornaturias sitas in fundo qui Maseratum dicitur.

† In Dei nomine. Anno Domini millesimo centesimo nonagesimo octavo, tempore Innocentii pape et nemine imperante in Ytalia, inditione prima, Ymole, in tubata Lafii. Hac scritura breviter declaratur qualiter Lafius pro remissione delictorum suorum suorumque parentum et nominatim Pauli filii sui qui quondam de hoc sceculo migravit a Domino, suam volens liberralitatem et munificentiam exercere in plebem S. Laurentii de Ymola, zelo Dei coactus et timore angelico ortatus simpliciter et pure iure proprietatis donavit atque dedit presbitero Ugucioni,

Guidoni canonicis iamdicte plebis pro iamdicta plebe recipientibus, scilicet decem turnaturias de terra laboratoria positas in fundo qui dicitur Maseratum : a primo latere quarum est ius plebis S. Laurentii, a secundo latere possidet Chilolus, a tercio latere possidet Boncius de Martignanis, a quarto latere est limes; et cum omnibus ad predictam terram pertinentibus dans eis plenam licentiam et potestatem ut eorum auctoritate possessionem dicte terre introirent ut de cetero eam habeant et teneant, possideant iure proprietatis ut in hoc sceculo premium et in futurum vitam eternam habere valeat. Promittens ipsis et eorum fratribus atque successoribus predictam donationem iure proprietatis per se et suos heredes auctorizare et defensare atque firma tenere sub pena xx librarum bononiensium, et pena soluta, hec si⟨m⟩plex donatio maneat rata, die septimo exeunte mense augusti et indictione supradicta.

Ad hec fuere testes presentes Girardinus de Zangatto, Mariscottus de Mutilana, Fillucaru eius filius, domina Misradia uxor quondam Pauli.

Et ego Ubaldus divina misericordia imperiali aule notarius interfui, ut intellexi, ita scripsi.

II, 125. - Orig., mm. 302×176.

713.

Imolae, 28 martii 1199.

Canonici S. Laurentii Ioanni Rubeo concedunt in emphytheusim terrae petiam in Vigozemmi positam.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnacione eius millesimo c nonagesimo nono, tempore Innocencii pape et imperatorem non habemus, die IIII exeunte mense marcii, indiccione secunda, Ymole, in claustro S. Laurencii. Ego quidem in Dei nomine presbiter Samternus ecclesie S. Laurencii cum consensu et voluntate sacerdotum et fratrum meorum eiusdem ecclesie nomine pacti concedo et largior tibi Iohanni Rubeo conductori pro te et pro uxore tua Imelda vestrisque filiis et heredibus usque ad annos advenientes sexaginta et novem ad renovandum : idest unam peciam terre positam in Vigogemmi, estimata duas turnaturias terre, unam perticam minus, territorio Ymolensi, plebe S. Laurencii : a primo latere via, secundo latere

Maria Rubea, tercio latere heredes Petri Podii, quarto latere * *. Quantum infra hec latera designata iacet cum introitu et exitu suo et cum omnibus supra se et infra se et si(bi) pertinentibus concedo et largior vobis ad habendum, tenendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis advenientibus supradictis LXVIIII ad renovandum. Ita sane ut inferatis pensionem michi meisque fratribus et successoribus supradicte ecclesie B. Laurencii omni anno unum denarium monete bononiensis cum vestris filiis et heredibus, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia accepi a te nomine mercedis pro supradicta re denariorum monete libras quatuor, VI soldos minus. Et ego iamdictus locator cum meis fratribus et successoribus supradicte ecclesie S. Laurencii supradictam rem ab omni persona hominum auctorizare et defensare et hoc pactum firmum tenere promitto vobis vestrisque filiis et heredibus et si contra fecero et omnia supradicta, que superius leguntur, non observavero vel ego vel mei confratres seu successores, tunc promitto me cum meis fratribus et successoribus supradicte ecclesie S. Laurencii daturum penam dupli quod datur nomine mercedis vobis vestrisque filiis et heredibus, et post penam solutam, hoc pactum maneat firmum. Quod scripsi ego Martinus Imolensis notarius. Et licenciam dedit eis intrandi in supradicta re.

Testes ad hec rogati fuerunt Morandus, Bennatus, Ugolinus.

II, 126. - Orig., mm. 245×166. In versu, manu saec. XIII: a) Amicus Trepaldorum possidet; *b)* Bernamolus possidet.

714.

Imolae, 2 iunii 1200.

Canonici S. Laurentii Hugolino concedunt in emphytheusim casamentum in civitate Imola situm.

In nomine Domini nostri Iesu Christi, amen. Anno Domini millesimo ducentesimo, temporibus Innocencii pape, Henrico imperatore defuncto, alio nondum in Italia inperante, die secunda intrante mense iunii, indicione tertia, actum Imole, in claustro S. Laurencii. Nos quidem in Dei nomine presbiter Santernus et presbiter Wiucio atque presbiter Simeon ecclesie S. Laurencii canonici cum consensu et voluntate fratrum nostrorum titulo et nomine pacti concedimus atque largimur tibi Ugolino tuisque filiis et heredibus usque ad annos advenientes sexxa[ginta

et viiii ad renovandum; idest casamentum unum cum casa quod olim fuit Bonpetri, quod positum est in civitate Imolo in hora S. Donati: a primo latere filius Albertini de Aimerigis et Ugolinus Dompne, a secundo heredes Ganduzii et dictus Ugolinus Dompne, ab aliis duobus via, vel si qui alii affines sunt. Quantum infra hec latera designata iacet cum introitu et exitu suo et cum omnibus supra se et infra se et sibi pertinentibus concedimus atque largimur tibi ad habendum, tenendum, possidendum in annis iamdictis advenientibus ad renovandum. Ita sane ut tu inferas pensionem nobis nostrisque fratribus et successoribus cum tuis filiis et heredibus omni anno in mense martii aut infra indicionem denarium unum monete bononiensis, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia accepimus a te nomine mercedis pro iamdicta re denariorum monete bononiensis solidos x, quos confitemur a te recepisse. Et nos iamdicti locatores predictam rem ab omni persona hominum auctorizare et defensare promittimus tibi tuisque filiis et heredibus cum nostris fratribus et successoribus, et hoc pactum firmum tenere. Prenominatus Ugolinus promisit dare dictam pensionem prenominatis canonicis et eorum successoribus omni anno, ut dictum est; quem contractum ambe partes inter se firmum tenere promiserunt, ita scilicet: Si qua predictarum partium omnia predicta non observaverit, det pars que non observaverit parti observanti penam dupli, ut res valet, et pena soluta, hoc pactum maneat firmum. Tua auctoritate introeas atque possideas. Hoc actum fuit in presencia Imeldine Sinilde et ea consenciente et sibi bene placente.

Testes Faber Albisie, Martinus Zanbonelli, Gerarducius, Pepolus, Briga, Laurenzulus interfuerunt.

† Ego Albertus Dei gratia notarius sacri palatii et ecclesie S. Cassiani interfui et manu mea scripsi, iussu predictorum canonicorum subscripsi.

II, 127. - Orig., mm. 232×202. Charta lacera est in margine inferiore.

715.

Imolae, 4 novembris 1200.

Petrus Merchatus et Ioannes Burzae Nicolao concedunt in emphytheusim terrae petiam sitam in fundo qui vocatur Filzi.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnacione eius m ducentesimo, temporibus Innocentii pape, impera-

tore non existente, die IIII intrante mense novembris, Imole, sub porticu ecclesie S. Laurentii, indictione III. Et ideo nos quidem in Dei nomine Petrus Merchatus et Iohannes Burze nomine pacti damus et vendimus, concedimus et largimur tibi presenti in Christi nomine Nicole conductori pro te et pro fratre tuo Aimirico et pro vestris filiis et heredibus et successoribus usque ad annos advenientes LXVIII ad renovandum; idest unam nostram peciam terre que est posita in fundo qui vocatur Filzi: ab uno latere tenet flumen, ab alio Boncius, a tercio via, a quarto Aldinus. Quantum infra hec latera designata manet cum introitu et exitu suo et cum omnibus supra se et infra se et sibi pertinentibus, territorio Corneliensi, plebe S. Laurentii, damus et vendimus, concedimus et largimur vobis ad habendum, tenendum, vendendum, possidendum, defensandum et in omnibus meliorandum cum vestris filiis et heredibus in annis advenientibus supradictis ad renovandum. Ita ut inferatis pensionem nobis nostrisque filiis et heredibus cum vestris filiis et heredibus omni anno in mense martii aut infra indicionem unum denarium monete bononiensis, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo vero quia accepimus a vobis mercedis nomine pro supradicta re denariorum monete bononiensis XL solidos, et renuntiamus exceptioni non numerati pretii, et in tempore renovationis dare debeatis pro renovatione pro supradicta re II solidos bononienses, tantum et non plus; tamen viam molendini non concedimus vobis secundum quod consortes dant viam illis qui pergunt molendino. Et nos iamdicti locatores cum nostris filiis et heredibus predictam rem ab omni persona hominum omnibus nostris expensis legitime auctorizare et defensare et hoc pactum firmum tenere et omnia damna litis et expensas resarcire promittimus vobis vestrisque filiis et heredibus. Si quis vero nostrarum ambarum parcium contra fecerit et omnia supradicta, que superius leguntur, non observaverit, sive in placito vel extra placitum aut quollibet modo vel ingenio, det pars parti fidem servanti penam dupli quod datur nomine mercedis per stipulationem ad invicem inter nos ab utraque parte promissa, et post solutam penam, hoc pactum maneat firmum. Et vestra auctoritate et nomine introeatis in predictam rem et possideatis et teneatis. Testes ad hec rogati interfuerunt Infangatus, Albertinus Feraldi, Acurrilaltri, Bulgarellus Albertini Rodulfi, Guidhuzolus plazarius. Quod scripsi ego Guido Imolensis no-

tarius iussu predictorum venditorum et huic pacto interfui et subscripsi.

II, 128. - Orig., mm. 300×170.

716.

[Imolae, saec. XII].

Nota pensionum quae a variis ecclesiis percipiuntur.

(Rainerius Borgesani et Diana I ⟨den.⟩ [1] omni anno pro terra posita in ...) [2] § Mustus I den. pro terra posita in Clusura ospitalis Bunuzolci. § Ugolinus Vitalis Blanci et Gandulfus ... omni anno I blanco et I tincam pro terra posita in Rivalta. § .... [omni an]no I den. pro casamento posito in burgo S. Mathei. § Borgisanus cum Diana omni anno I den. pro terra in Agello). § Amodeus filius Albertini Vallicospi omni anno II bla⟨n⟩ci pro terra in Rivalta. § Gasdia uxor Zanelli de castello omni anno II den. pro casamento in burgo S. Mathei. § Gandulfinus I den. pro terra posita prope pontis S. Matei. § Mariscottus omni anno I veronensis pro terra in Casalarcoli. § Frugerius pro uxore sua Gualdrada omni anno IIII den. pro terris positis in Campore et Riatolano, et casamento in S. Matheo. § Filii Pepoli presbiteri Ugonis I den. pro busco posito in Gurzano. § Gualterolus filius Martinelli de Glandulino I den., II vatie pro terra posita in Glandolino. § Amodeus I den. pro terra posita in Cantone. § Heredes Peroci Muzeti II den. pro casamento in S. Mateo. § Maria Gibertoli I den. pro terra in fundo Filzi quod ipse Gibertolus emit a Rofillis. § Riali.[3] Peregrinus, Amodeus et Isnardolus I den. pro terra in Cignano. § Filius Gibertoli I den. pro terra in Clusicla. § « Guidolinus et Francolus I bononiensem pro terris positis in Pitiano ».[4] Rainerius filius Borgesani et Diana omni anno VIIII den. pro casamentis in burgo S. Mathei et terra posita in Cruce et Agello, et terra posita in Rioli. Aldrovandus de Gandu⟨l⟩fo II den. pro casamentis positis intra castello. Savere I den. pro casamento posito in burgo S. Mathei.

PENSIONES PLEBIS.[5] Paulus Iovanni Capelli omni anno I den. Venetia pro terra posita in Pillano. Simon et frater eius Albertus omni anno II den. pro casamento posito in Arignano. Pepolus Virgoli omni anno I den. Luca pro casamento iusta castrum.

Iovannes de Imeldina omni anno I den. Luca pro casamento posito in Arignano. « Ugolinus Enzenia persolvat ». Deodatus I den. pro casamento posito tra castello. « Bacalarius persolvat ». « Isacattus omni anno I den. lucensem pro V^e^ petie terre posite in Galinara ». Grizolus I den. Luce pro terra posita in Seraula. « Albertinus Miskine persolvat. Ambrosius I libram olei in lampadis S. Marie de castro Ymole de eo quod habet a Buthelerio et Isnardulo in Seraula ». Pepolus de la Tosca II den. pro casamento posito in burgo S. Mathei. Isnardulus et fratres eius II den. Luce pro casamento posito in burgo S. Mathei. Pepolus Balbus II lucenses pro casamento posito tra castello: ab uno latere Virgolus. « Calcaterra persolvat ». Gerardinus Guidonis Prugne I denarium pro terris positis in fundo Filzi. Vivolus et Guido de Manzo I pro casamento posito iussta castrum. « Igiza de Maurino persolvat ». Raimundus de Vivolo I pro casamento posito in Crucevie « Gandulfus de Vitale ». Ubaldus de Teudisca I pro terra posita in Maurisago. « Rainaldus Albertini Petri tenet pro . . . ». Omodeus I pro casamento in burgo S. Mathei. Drudolus Mauri I den. pro terra posita in Pedrella. « Aldrabandus de Gandulfo ». Girardinus I den. pro terra posita in le Campore. Ubaldus I den. Venetie pro terra posita in le Campore. Zunzilialtri I den. pro terra vineata posita in Maurisago. Araise I den. pro casamento iussta castrum. « Rozolus persolvat ». Uguicio de Antia I den. pro terris positis in Sorbano. Asalidolus III den. Venetie pro terra posita in Nola. Zunzillialtri I den. Venetie pro orto posito in fundo Filzi. « Gardofus persolvat ». Azolinus I den. pro terra posita in le Campore. « Gualdrada uxor Albertuci persolvat ». Maurellus et Ubaldinus II den. pro casamento posito in Arignano. Cornaclinus I den. Venetie pro terra posita in Nola. Zanniolus Cazoffi I den. Venetie pro orto posito iusta Ugolam (?). Gandulfus I den. Venetie pro terra posita in le Campore. Filii . . g . . sci . . ius de Belloli I den. pro vinea posita in Maurisago. . . . ciolus IIII den. pro II casamentis in burgo S. Mathei. « Rainerius (?) persolvat ». Ugoli[nus] . . . cum fratribus suis I den. pro vinea posita in Maurisago. . . . . . I den. Venetie pro terra posita in Naula. « Cazofus persolvat ». . . . . . I den. Luce pro terra posita in le Campore. . . . de . . I den. Luce pro terra posita in Rioli. As . . tinus II den. Luce pro casamento posito infra castello. « Baitadatus Ugolinus (?) [persolvat] ». Santernolus et Petrus Canutus I den. Luce

pro terra posita in Tausignola. Isnardus de Rustico II den. Venetie pro terra posita in le Campore. « Donna Artulina (?) et Dadeus ». Lilulliolus I den. Venetie pro terra posita in Roncore. Raimundinus et frater eius I den. Luce pro terra posita in Arignano. Isnardus de Ariardo I den. Luce pro terra posita in Aquavia. Mosto (?) I den. Venetie pro eadem terra. « Raimundus de Abellai II den. pro terra posita in Filzo ». Gratianus II den. Luce pro casamento posito in Arignano. « Faltinellus et Ioannes, Ambrosius persolvant. Bonusfidelis I den. Pise pro petia terre posita in Fonte Macaldiuni (?). Adalasia uxor Alberti persolvat ». Tavianus I den. Venetie pro terra posita in calanco iuxta monasterium S. Mathei. Albertinus et Gratianus I den. Luce pro terra posita in Riolo. Novelinus de Taviano et Zanzolinus de Casale I den. pro terra posita iusta Rium Sanguinarium. § Peppo Rubeo I lucensem pro terra in capite pontis burgi ». Zanzolinus et uxor eius I den. Luce pro terra posita in Rio Sanguinario. § Ascitinus II lucenses de casamento posito tra castello ». Ugolinus et Ubaldinus, « Minierius » II den. Luce pro casamento posito tra castello. Gualdrada uxor Zanni de Galliano I den. Bononie pro terra posita in Fundo Novo. Pepolus de Florentia I bononinus pro terra posita in Sorbano. Uspinellus, Pepolus et Ugolinus I den. Bononie pro terra posita in Sorbano. Aldrobrandinus II den. Luce pro casamento posito in burgo S. Mathei. « Ugolinus Marendelle ».[6] Remengarda et Tomasolus de Glandolino I den. Venetie pro terra posita in Pillano. § Guido Tuscus I den. Bononie pro vinea posita in Nola. § Milanese cum consortibus suis I den. Venetie pro una petia terre posita in fundo Filzii. § Vivianus cum uxore sua I den. Venetie pro terra posita in Seraula. § Zaniolus et Cazofus II den. Luce pro casamento in quo stant. § Albertinus Teudesce I den. Luce pro terris positis in le Campore. § Bencivenni de Parenza I den. Bononie pro vinea posita in Seraula. § Laurenzolus Albertinus de Valzenara II den. Bononie pro casamentis positis in burgo S. Mathei. § Guidottus de Valemaiore I den. Luce pro terra posita in Prataalbino. (§ Zanittus de Flaibano IIII den. pro ea). § Frugone I den. Luce pro casamento posito in Arignano. § Ugolinus de Ubaldino II den. pro casamento posito tra castello. § Zanni de Galliano I den. pro terra posita in Maurisago. § Adtenderex I den. pro vinea posita in Seraula iusta Petrum Urzolaum. § Presbiter Gibertoli I den. Venetie pro terra posita in le Campore.

§ Mariscottus I den. pro terra posita in Arignano in campo suo. § Presbiter Gratianus I den. pro terra posita in Cignano. § Zanibonus IIII den. Venetie pro terra posita in le Campore.

§ PENSIONES MONASTERII S. MATHEI. § Zannifantinus I den. Luce pro terra posita in Fundo Novo. § Presbiter de Gibertoli et Petrus de Urso I den. pro terris positis in Flaibano et alibi. § Vivianus et Zan de castello II den. Venetie pro terra posita in Seraula. § Rustigellus et Merchathante I den. pensionis pro terra posita in fundo Filzi. § Gibertolus et Ubaldus I den. pro terra de Clusicca et de Filzo. § Paulus de Deusapicca I den. pro terra de Glandulino. § Mariscottus et Albertus Gozie I ⟨den⟩ propter domum suam et casamentum de castello. § Martinellus Pepuzii I den. pro terra et vineate posita in Filzo. § Filius Martinelli de Glandulino omni anno I den. et II blancos pro terra de Glandulino. § Ruffi omni anno I libram olei propter vineam de Seraula.[7]

II, 130. - Orig., manu saec. XII, mm. 912×152. Charta valde lacera est pluribus in locis. Duabus chartis assutis hoc instrumentum constituitur. Non considerantur alineae quae inveniuntur in textu irregulariter positae; ponimus tamen paragraphi signa quae posita sunt in textu, ubi deest alinea. In versu, eadem manu Opensiones denariorum. *Duabus aliis manibus saec XII: a)* Gandulfinus et Albertus ... I den. Luce .... Guascon I den ......; Petronus de Al .... de Gla⟨n⟩dolino II blancos ....; *b)* § Leonardus habet in Braita II tornaturias et II perticas et I pedem et casamentum; IIII perticas et II pedes de vinea; I tornaturiam, VI perticas et II pedes ubi est linum; I tornaturiam, V perticas et I pedem ubi est faba; tornaturiam et II perticas. § Rubeus habet in Braita I [tornaturiam], III perticas et V pedes; casamentum; IIII tornaturias et III pedes ubi est granum; VIII perticas et III pedes ubi est faba; III perticas et II pedes. § Albertus ... habet in Braita XII perticas. Martinus Pallubeni habet in Braita I tornaturiam et dimidiam. § Strufolo (?) habet in Braita I tornaturiam et mezam. § Iacobus .. habet in Braita II tornaturias, minus mezam perticam. § Casamentum de ser Ugo VIII et II pedes. *Sequitur nota vix legibilis, manu saec. XIII* § Albertus ... solvit I den. pro pe⟨n⟩ssione unius petie vinee posita in .... iuxta ...... § Dominus Merchadante de Feraria solvit I den. pro penssione unius petie terre vineate et laboratorie, posita in Vico Turbolo (?) plebatu S. Prosperi, iuxta ... de Braita et iura domini Iohannis et iuxta seipsum et via⟨m⟩.

[1] Den. = denarium, os [2] *Verba relata inter duas parentheses abrasa sunt.* [3] *Eius loco scriptum erat* Reali [4] *Verba relata inter signa « » alia manu saec. XII scripta sunt.* [5] *Hic titulus est in dextero margine collocatus. Dubitatur utrum pars textus praecedentis sit inferius ponenda.* [6] *Gradus ad alteram chartam.* [7] *Verba* Rustigellus-Seraula *alia manu sunt exarata.*

ARCHIVUM

SANCTI LAURENTII

717.

[Imolae], 26 ianuarii 1033.

Instrumentum donationis a Guilla comitissa factae in favorem ecclesiae S. Laurentii.

† In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. [Anno Deo propicio] pontificatus do(m)ni Iohanis summi pontificis universalis pape in apostolica sede [beati] Petri apostoli, in[pe]rante domino Corado piiss[im]o [au]gusto magno inperatore anno sexto, die vicesimo sexto mensis genuari, indictione prima, in civitate Corneliensi, in cano(n)ica S. Laurenti. Plura enim existunt pacta que solo verbo manere possunt, set ne curiculo temporum in oblivionem deducantur, ea que spontanea voluntate fiuntur necesse est scripture vinculis annotari. Illustris et venerabilis in Christo domina Guilla nobilissima comitisa pro salute anime sue et parentum suorum dedit, donavit atque largita fuit venerabilibus patribus dominis Petro archipresbitero et Fantulino cano(n)ico plebis et eclesie S. Laurenti Corneliensis et pro suis succ(e)ssoribus servientibus in dicta eclesia omnes et singulas posessiones quas habet in teritorio Corneliensi; videlicet fundos Aque vi(v)e cum eclesia S. Apolinaris, fundos Scalzagatis et Ligori, et posesiones de le Scose cum fundo Ceri nec non Tumbarum Ligori et Aque vive cum hedifitiis. Item castrum de la Fracta cum pertinentiis suis, castrum Centi cum pertinentiis suis, canpum Sintale tricentarum tornaturiarum, fundum Clusure superius et inferius, Ville Franche, Ville Nove, Vigozani, fundum Cornete et Casalvate, Braite de la Q(ue)rzola, fundum

Secundi et fundum Filzi atque fundum Lacune auree. Item domum suam positam in civitate Corneliensi in contrada Aldrovan⟨do⟩rum iuxta plateam a parte anteriori, et ab alia parte, versus eclesiam, cimiterium, ab alia parte vie Aldrovandorum, ac etiam fundum Vigurusoli [1] cum iure patronatus eclesiarum S. Apolenaris et aliarum eclesiarum in dictis fundis fundatarum, recipientibus nomine et vice dicte eclesie S. Laurenti et pro dote ca⟨n⟩onicorum et archipresbiteri et servientibus in ea ad habendum, tenendum et usufructandum et de cetero faciendum quidquid eis placuerit, ita tamen quod non vendantur, neque aligentur; sed pro perpetua mensa maneant, cum hoc ut predicti archipresbiter et ca⟨n⟩onici debeant orare pro animabus parentum suorum. Rogans me notarium ut de hiis confitiam pubblicum i⟨n⟩strumentum. Actum in civitate Corneliensi, presentibus Petro filio quondam Genesi notario, Bonofilio notario, Guimbando filio condam Iohannis notario testibus ad predicta vocatis et rogatis.

Ego Arardus quondam Arardi inperiali auctoritate notarius predictis omnibus interfui eaque publicare rogatus scribere, publice scripsi et subscripsi singnumque meum consuetum apposui [ST].

(A). † Ego Petrus quondam Genesius hiis omnibus presens fui, rogatus scribere subscripsi.

(A). † Ego Bonusfilius hiis omnibus presens fui et rogatus scribere subscripsi.

Ego Guimbaldus quondam Iohannis presens fui et rogatus scribere subscripsi.

Noticia	testium	idest:
Petrus filius quondam Georgii [2]	vir clarus	testis [3]
Bonfilius Lioro	vir clarus	testis
Guimbaldus quondam Iohannis	vir clarus	testis
Andreas Andree	vir clarus	testis
Ubertus filius Paulus	vir clarus	testis.

Charta invenitur apud Romeum Galli praepositum Bibliothecae municipali Imolensi. - Orig., mm. 392×292. Charta aliquantulum lacera caret parte dextera inferioris marginis, quin tamen scripturae nocumentum adveniat. In margine superiore invenitur datum 875 manu Lucae a Monte notarii, qui hoc instrumentum exemplavit die 6 septembris 1437; cf. Ferri, II, p. 447; in versu, manu Arardi notarii, haec nota Carta possessionum de Scalzagatis, Aqua viva et de Clusuria. *Invenitur etiam signatura a Ferri scripta* I, 1033, 26 gennaio; *nec non alia signatura, uti referunt documenta*

Archivi de Saxatellis Imola, Mazzo B, XXXI. *Cf. etiam inventarium archipresbyteri Laurentii Amaducci sub an. 1850-9 in Archivo S. Laurentii, p. 3, ubi describitur hoc documentum in eodem archivo adservatum. — Manzonius, 60; Alberghetti, II, 50; Zaccaria, I, 175; Vesi, 424; Fantuzzi, VI, n. 13.*

[1] *Sigla in fine huius verbi haud facile solvitur, sed fundus vel locus hic memoratus invenitur sub nn. 131, 249, 459, 580.* [2] *Pro* Genesi [3] *Orig. bis repetit* testis *hic et inferius.*

718.

Imolae, 30 novembris 1125.

Fusca canonicis S. Laurentii donat terrae tornaturiam sitam in loco qui Campo Sentali appellatur.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno millesimo centesimo vigesimo quinto, temporibus Honorii pape II, [imperatorem] nondum habemus, die ultimo mensis novembris, indictione tercia, in civitate Imole . . . . Et ideo profiteor ego quidem in Dei nomine Fusca per huiusmodi cartulam mee vocis pro firmitate donacionis atque perpetualis transaccionis seu testamenti a presenti die tibi presenti in Christi nomine presbitero Iohanni ecclesie S. Laurentii acceptori tam pro te quam pro aliis canonicis vel successoribus eiusdem ecclesie; idest tornaturiam unam de terra positam in loco qui vocatur Campo Sentali: a primo latere Petrus Marie, a secundo Ildebrandus Bontotti,[1] ab aliis duobus lateribus supradicta ecclesia: hec omnia cum introitu et exitu suo et cum omnibus iuribus pertinentibus super se et infra se habentibus, habeatis, teneatis, possideatis cum vestris successoribus vel servientium eiusdem ecclesie, eo iure quo habemus et tenemus tam pro salute atque remedium animarum nostrarum, meorum vel quondam parentum nostrorum; et licenciam innovandi habeatis ad iura unde existit. Et hab hodierna die nunquam liceat michi supradicte ordinatrici, neque meis liberis ullo unquam in tempore exinde facere questionem, repeticionem, vel interpellacionem, ullamque molestiam generare contra vos neque contra vestros successores vel servientium eiusdem ecclesie; sed securi et quieti exinde maneatis in perpetuum. Quod si sit, quod absit et avertat divina potencia, et omnia supradicta non observaverimus, tunc promittimus nos daturos ante omne litis inicium aut interpellacionem, pene nomine auri unius uncie, et pro pene solucione, hoc carte testa-

mentum teneat. Quam scripsi ego Otto tabellio sub die supradicta et indictione supradicta.

Signum manus Fusce ad omnia supradicta. Ego Petrus tabellio huiusmodi rei manus investitor. Ego Dominicus Gallardus, Ugolinus Petri Dagi, Lambertus Caffarelli, Ubaldus Francione, Auliverius Messoris, Saffulus, Bonusmartinus [2] testes fuerunt.

Ferri, II, 447. n. 1. - Hoc instrumentum et alia sub nn. 719-20, 722 desunt archivo S. Laurentii.

[1] *In* ND, *ab eodem Ferri relata, legitur* Petrus Bentotti [2] *Ita in* ND ; *in textu* Bonimartyni

719.

Imolae, 19 maii 1151.

Ioannes Cappellus et Guastalaltri pro communi civitatis Imolae, nec non Ubertus filius quondam Hugonis canonicis S. Laurentii vendunt petiam terrae de fundo qui Viguzemmi appellatur.

In nomine &c. Anno MCLI, temporibus Eugenii pape et Choradi regis, die XIX maii, Imole, indictione XIIII. Nos quidem in Dei nomine Iohannes Cappellus et Guastalaltri pro communi civitatis Imole, et ego Ubertus filius quondam Ugonis Petri de Uberto damus et vendimus vobis presbitero Petro et presbitero Ubaldo receptoribus pro vobis et pro confratribus vestris &c. in ecclesia S. Laurentii servientibus unam petiam duarum turnaturiarum in fundo qui vocatur Viguzemmi: a duobus lateribus iura S. Laurentii &c. Que scripsi ego Pizolus Imolensis notarius. Testes fuerunt Ugo Martignani et Ugo de Imola, presbiter Albertus de Bagnaria, Alexius Cantone, Tavernolus, Rozerius Martignani, Bertolottus Tederici de Benno, Ugo de Raimundo, Maledoctus, Mascarone &c.

Ferri, II, 447, n. 2. - Cf. notam n. 718.

720.

Imolae, 17 septembris 1155.

Canonici S. Laurentii presbytero Rodulpho concedunt in emphytheusim petiam terrae sitam in fundo qui Dullolum appellatur.

In nomine &c. Anno MCLV, temporibus Adriani pape et Federici imperatoris, die XVII septembris, Imole, in claustro

S. Laurentii, indictione III. Nos quidem in Dei nomine presbiter Petrus de Cluxuria et presbiter Ubaldus atque presbiter Rambertus nec non Macerada titulo pacti concedimus et largimur tibi presenti presbitero Rodulpho conductori &c. unam petiam terre sex tornaturiarum in fundo qui vocatur Dullolum: a duobus lateribus tenet Mariscottus, ab aliis duobus lateribus tenent Adolini. Quantum habemus et tenemus et ecclesie S. Laurentii pertinet &c., constitutum territorio Corneliensi et plebe S. Laurentii &c., concedimus &c. tibi ad habendum &c. et in omnibus meliorandum in annis advenientibus LX et novem ad renovandum &c., salvo vero iure nostre eccclesie, ita ut inferas pensionem nobis nostrisque successoribus in ecclesia S. Laurentii commorantibus, omne mense marcii unum denarium monete lucensis &c. Que vero omnia ego Pizolus Imolensis notarius scripsi.

Ferri, II, 447, n. 3. - Cf. notam n. 718.

721.

Imolae, 1 decembris 1169.

Ioannes de Bono et Alfania mater eius canonicis S. Laurentii donant casamentum in civitate Imola situm, nec non vineae petiam de fundo Felegario, sibi tamen, dum vita comes erit, usufructu reservato, et lege adiecta ut nonnulla pia onera solvantur.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnacione eius MCLX nono, temporibus * * pape et Federici imperatoris, die primo mensis decembris, Imole, indictione secunda. Ego quidem in Dei nomine Iohannes de Bono et Alfania mater eius pro anima nostra et remissione peccatorum nostrorum damus et donamus vobis presbitero Viviano et presbitero Alexio et Macerade canonicis ecclesie S. Laurentii accipientibus pro vobis et pro vestris confratribus et successoribus in predicta ecclesia S. Laurentii in perpetuum commorantibus et servientibus; idest casamentum nostrum cum casa super se, quod habemus et tenemus in civitate Imola, quantumcumque est: ab uno latere tenet Asprandus, ab alio Iohannes Bonardus, a tercio strata publica, a quarto latere * *; et insuper damus et donamus vobis unam peciam terre vineate quantacumque est, quam habemus in fundo qui vocatur Felegarium. Ita tamen ut omnia hec sint in usu-

fructu nostro omnibus diebus vite nostre, et post nostrum obitum debeatis dare ecclesie S. Iacobi de Taularia si ad profectum pervenerint: et habitatores et sacerdotes cotidie et assidue ibi steterint quadraginta solidos luccenses, et capellis Imole viginti solidos luccenses, et S. Marie in Regula x solidos, et si opus erit michi Alfanie in victu et vestitu, vos canonici debeatis michi adiutorium dare ita ut possim me retinere. Si enim hec feceritis et pro vobis non remanserit, habeatis et teneatis omnia supradicta in perpetuum, sicut supra dictum est. Si autem hec facere volueritis et pro vobis steterint, ego Alfania, vel alii pro me, promitto dare vobis tres libras luccenses, et omnia supradicta remaneant deliberata quibus voluero. Promittimus propterea hec omnia auctoriare et firma tenere vobis vestrisque confratribus et successoribus in perpetuum; et si nos vel aliqua persona a nobis submissa vel submittenda contra hec fecerimus et hec non observaverimus, tunc promittimus nos daturos penam vobis vestrisque successoribus mediam libram auri, et post solutam penam, hic contractus donationis in perpetuum maneat firmus, et vestra auctoritate liceat vobis introire et habere et tenere et possidere. Que omnia scripsi ego Pizolus Immolensis notarius.

Testes rogati interfuerunt Ugo Rozone, Gerardinus Petri Uberti, Rodulfinu[s] Tederici Gazese, Pepolus de Pecoraincorpo, Almericus fil[i]us Ugicionis, Iohannes de Oddo, Milanensis, Albertinus Brunitti, Drutholus hostiarius.

Fasc. I, n. IV. - Orig., mm. 288×150.

722.

[Imolae], 4 iulii 1183.

.. *Gandulphus quondam Ubaldini Gandulphi canonicis S. Laurentii donat octo terrae tornaturias duobus in locis sitas.*

Anno MCLXXXIII, die IIII iulii, temporibus Lucii pape et Federici imperatoris &c. Sancte ac venerabilis ecclesie S. Laurentii de civitate Imola, in qua Deo protegente, presbiter Alexius et sacerdos Santernus atque presbiter Ugicionus et presbiter Gualfredus nec non et Smigdeus levita simul cum presbitero Ugone servire videntur (?). Ego Gandulphus filius quondam

Ubaldini Gandulfi Petri de Gerardo pro anima mea et remissione peccatorum meorum et pro eterna illuminatione anime mee do, dono, lego sex tornaturias terre in fundo qui vocatur Casale Donati: ab uno latere tenet Arardus Giberti et Ugolinus Ubertini, ab alio Guido Raynerii, a tercio latere via, a quarto . . . ; et insuper duas tornaturias in fundo qui vocatur Rovoricha: ab uno latere tenet Cossetta, ab alio latere Furnarius, a tertio Arpinellus, a quarto est Cavina &c., constitutum territorio Corneliensi et plebe S. Prosperi &c. Quam scripsi ego Pizolus Imolensis notarius. Testes fuerunt Boncius Ugonis Martignani, Ugolinus filius eius, Ubaldinus Iohannis Arsi, Ugolinus Macoli, Arpinellus, Stultus[1] Bertolotti, Martinus Strufoli, Martignanus frater eius, Rozerius Ugonis Rodulphi, Prudentius frater eius, Ugolinus Donne.

Ferri, II, 448, n. 5. - Cf. notam n. 718.

[1] *Ferri refert* Scultus; *recte* Stultus Bertolotti, *cf. n. 297.*

723.

Imolae, 22 augusti 1184.

Ioannes Rambertini donat canonicis S. Laurentii petiam terrae de fundo qui vocatur Clusura.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnacione eius MC octuagesimo quarto, temporibus Lucii pape et Federici imperatoris, die X exeunte mense augusti, Imole, indictione secunda. Ego quidem in Dei nomine Iohannes Rambertini pro anima mea et remissione peccatorum meorum et patris mei [et] matris mee do et dono vobis presbitero Alexio et presbitero Santerno accipientibus pro ecclesia S. Marie de loco [Clusure][1] pro ecclesia S. Laurentii vestrisque confratribus et successoribus [in predicta ecclesi]a in perpetuum; idest unam peciolam terre in fundo qui vocatur Clusura: ab uno latere [iura] dicte ecclesie S. Marie, ab alio Orlandus Rambertini, a tercio Ugolinus Guidonis Petri, a quarto via. Quantum habeo, teneo et michi pertinet infra hec latera designata cum omnibus supra se et infra se et sibi pertinentibus, dono vobis, sicut superius legitur, ad habendum, tenendum et ad iura propria in

predicta ecclesia in perpetuum permanendum pro remissione peccatorum meorum et eterna illuminatione anime mee et patris mei et matris mee; et ego iamdictus donator cum meis successoribus predictam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare et hanc donacionem firmam tenere promitto vobis vestrisque confratribus et successoribus, et si con[tra hec fec]ero vel ego vel mei successores, aut per aliquam personam a me submissam vel submittendam, sive in placito [vel extra] placitum, aut quolibet modo, tunc promitto me cum meis successoribus daturum penam dupli quod res valet vobis vestrisque successoribus, et post solutam penam, hic [contractus donationis] maneat firmus. Quem scripsi ego Pizolus Immolensis notarius. Et vestra auctoritate introeatis predictam rem et possideatis.

Testes ad hec rogati interfuerunt Albertus Bulgarelli, Gerardinus Petri Uberti, Ugo da Salto, Guastone, Petricinus Guidolini, Aldichinus.

I, 6. - Orig., mm. 260×131. Charta valde lacera est praesertim secundum lineas 5-9, 17-22.

[1] *Cf. n. 675.*

ARCHIVUM

SANCTI DONATI

724.

[Imolae], 23 aprilis 1036.

Privilegia et iura monachis S. Donati ab imperatore Corrado II concessa.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Corradus, divina favente clementia Romanorum imperator esictens,[1] omnium sancte Ecclesie nostrorumque fidelium presentium et futurorum novirit universitas nos[2] pro Dei amore nostreque remedio anime, nostra imperiali ac preceptali pagina communimus et corroboramus monasterio in honorem S. Donati levite et confessoris, quod est constructum in burgo seu episcopio S. Cassiani, cuncta predia, possessiones, atque edificia, servos et ancillas, curtes atque cellas omnesque res mobiles vel immobiles ad predictum monasterium iure et legaliter pertinentes; idest monasterium S. Petri et S. Pauli cum omni pertinencia eorum, et fundo qui vocatur Casale Dasi, et oratorio S. Iohannis Battiste cum fundo Duliollo, et castrum S. Salvatoris cum pertinencia sua, et oratorio S. Agnetis virginis et martiris, ea videlicet ratione quod Berardus[3] eiusdem venerabilis loci abbas cum monachorum congregatione sibi submissa, ceterique eius successores, et in monasterio pro tempore fideliter facientes de omnibus eiusdem monasterii pertinentiis secundum quod suprascriptum potestatem ad utilitatem ipsius eccclesie habeant faciendi quidquid voluerint. Precipientes itaque iubemus ut nullus dux, marchio, archiepiscopus, episcopus, comes, vicecomes, sculdasio, castaldio, nullaque nostri imperii magna vel parva persona predictum

Araudum Quoradum[4] venerabilem abbatem suosque in ipso monasterio successores abbates vel monachos de omnibus suprascriptis inquiescere,[5] molestare vel divestire sine legali iudicio presumat. Si quis autem huius nostri precepti violator extiterit, sciat se compositurum auri optimi libras centum, medietatem camere nostre et medietatem predicto abbati suisque successoribus. Quod, ut verius credatur, propria manu confirmantes presentem paginam sigilli nostri impressione inferius iussimus roborari.

Signum domini Corradi Romanorum imperatoris invictissimi augusti.

Chadalocus[6] cancellarius vice Ermanni archicapellani recognovit.

Data nono kalendas madii anno dominice incarnationis MXXXVI,[7] indictione quincta,[8] anno autem domini Churadi secundi regni XIII, imperii X, actum Cornelie feliciter, amen.

Ego Galvanus quondam Iacobini imperiali auctoritate notarius ut in authentico huius privilegii reperi, sic fideliter exemplavi, et hoc presens exemplum cum predicto authentico diligenter ascultavi, et auctoritate reverendi vice domini Grifoli prepositi Imolensis vicarii venerabilis patris domini Sinibaldi episcopi Imolensis ad huius rei testimonium et perpetuam memoriam me subscripsi et signum meum apposui.

Ex op. ms. autogr. F. A. Zaccariae, saec. XVII, in Bibl. municipali adservato, p. 276, cuius titulus: Series episcoporum Forocorneliensium. - Zaccaria hoc diploma transcripsit ex antiquo exemplari in archivo monasterii, amanuensis inscitia, ut ait, depravato, cui addidit notas inferius relatas, duabus exceptis sub nn. 7, 8. — Fantuzzi, VI, n. 14; Zaccaria, I, 212; Böhmer, 1423; Stumpf, 2089.

[1] *Forte* augustus [2] *Forte* quod nos [3] *Immo* Gerardus [4] *Lege* Gerardum [5] *Lege* inquietare [6] *Lege* Cadalous [7] *Böhmer et Stumpf referunt hoc diploma sub die 23 aprilis 1037.* [8] *Indictio V respondet anno 1037.*

725.

Ad castrum Laterculi, 15 decembris 1117.

Henricus imperator ad instantiam abbatis S. Donati sub suam recipit protectionem monasterium, monachos eorumque pertinentias.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Henricus divina favente clementia Romanorum imperator augustus omnibus fidelibus imperii tam clericis quam laicis. Dignum namque et

racioni consentaneum esse dignositur ut qui [1] ad imperii regimen ex gratia divina assumpti sumus, eorum utilitatibus ac defensionibus, et specialiter ecclesiis providere solicite teneamur. Veniens ante nostram presenciam [2] igitur Iohannes abbas monasterii S. Donati levite cum fratribus suis a nobis umiliter postulavit ut monasterium ipsum, abbates et fratres monachos et conversos cum universis ecclesiis, familiis, rebus, possessionibus omnibus ad idem monasterium pertinentibus sub protectione nostra recipere [3] dignaremus.[4] Nos autem attendentes supplicationem [5] ipsius abbatis atque suorum fratrum iustam [6] pariter et honestam,[7] prefatum monasterium, abbatem et fratres et ecclesias omnes [8] su⟨b⟩iectas, eiusque familias, possessiones et generaliter omnia ad idem monasterium pertinencia [9] amore omnipotentis Dei et reverencia [10] predicti levite, pro remedio eciam [11] anime nostre, sub imperii recipimus protectione. Item eidem abbati suisque successoribus confirmamus ex nostro edi⟨c⟩to ut prescriptione centum annorum suum ius sive dominium vel proprietas non tollatur. Si quis autem marchio, dux, comes, vicecomes aut aliqua potestas maior vel minor, vel aliqua persona contra nostrum edi⟨c⟩tum ire vel agere presumpserit, aut bona seu ecclesias S. Petri in Pitullo et oratorium S. Iohannis Batiste cum fundo Dolliolo,[12] et oratorium S. Salvatoris cum omni pertinencia [13] sua et fundum qui vocatur Chasaldasi,[14] sive omnes alias iamdicti monasterii possessiones, seu possessores nomine dicti monasterii partem vel totum inquietare aut invadere tentaverit, vel quas de cetero [15] rationabiliter dictus abbas vel sucessores sui acquisierint, condanamus ex parte nostra et aliorum imperatorum sucessorum,[16] ut solvat penam centum librarum auri, medietatem camere nostre et medietatem camere dicti monasterii, et post solutam penam hec defensio maneat firma. Quod ut verius credatur, propria manu firmantes presentem paginam sigili nostri impressione inferius iusimus sigilari.

Testes autem fuerunt donnus [17] Hodo abas S. Rofilii [18] Populiensis,[19] et Albertus eius monachus, et Luituldus,[20] et Liutulfus,[21] et Iustacius,[22] et Odelbertus [23] et . . . . Odiscalcus [24] et alii plures tam Teotenici [25] quam Latini.

Signum domini Henrici Romanorum imperatoris invictissimi.[26]

Ego Brocardus sacri palacii [27] imperialis cancellarius recognovi.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo centesimo septimo decimo, indictione decima,[28] regnante domino Henrico Romanorum imperatore serenissimo, temporibus Paschalis pape secundi, die quinto decimo mensis decembris.

Data in loco Tolate iuxta castrum Laterculi, territorii Corneliensis.

Ex eodem ms. in nota n. 724 citato, p. 278. - Zaccaria etiam hoc diploma ex antiquo exemplari, uti alterum, desumpsit. = Hoc diploma invenitur quoque in alio op. ms. autogr. Vincentii Savini, saec. XVI, pag. 138, in Archivo notariorum adservato, cuius titulus: Notabilium gestorum civitatis Imolae libri VII, cuius variationes in notis adducimus. — Fantuzzi, VI, n. 20; Zaccaria, I, 213; Böhmer, 2063; Stumpf, 3156.

[1] quod [2] praesentiam [3] et recipere [4] dignaremus [5] supplicationibus [6] iustis [7] honestis [8] eius [9] pertinentia [10] reverentia [11] etiam [12] Duliolo [13] pertinentia [14] Casaldati [15] decenter et [16] *Deest* successorum [17] *Deest* donnus [18] Oddo abbas S. Roffillii [19] Pompiliensis [20] Luithaldus [21] Luithulfus [22] Iustatius [23] Odellus *cum signo contractionis supra.* [24] et Errymus, Odis [25] Teutonici [26] *Deest haec subscriptio; a dextris huius et sequentis subscriptionis Zaccaria refert Henrici sigillum sub circuli forma cum cruce in medio, nec non verba* Signum | Henrici | invicti | imper. II [27] palatii [28] *Desinit* ⟨die⟩ decima quinta decembris, in loco Balatae iuxta castrum Lauteuli &c.

ARCHIVUM

MENSAE EPISCOPALIS

726.

[1126-1130].

Honorius II Bennoni Corneliensi episcopo eiusque successoribus confirmat possessiones omnes, ac ius in posterum possidendi et accrescendi.

Honorius episcopus servus servorum Dei venerabili fratri Bennoni Corneliensi episcopo eiusque successoribus canonice promovendis in perpetuum. Officii nostri nos ortatur auctoritas pro ecclesiarum statu satagere et earum quieti et utilitati salubriter, auxiliante Domino, providere, dignum namque [1] et honestati conveniens esse cognoscitur ut qui ad ecclesiarum regimen assumpti sumus eas et a pravorum hominum nequitia tueamur et beati Petri atque apostolice Sedis patrocinio muniamus. Proinde, karissime in Domino frater Benno episcope Corneliensi Ecclesie cuius a Deo tibi cura commissa est, debita benignitate providentes, statuimus ut quascunque possessiones, quecunque bona eadem ecclesia in presentiarum iuste et legiptime [2] possidet, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant in quibus hec propriis nominibus duximus exprimenda; plebem videlicet S. Laurentii sitam in civitate Corneliensi et toloneum ac publicas functiones, castrum Imole, capellam S. Theodori, plebem S. Marie, plebem S. Marie Tyberiaci, plebem S. Marie Tusiniani,[3] plebem S. Marie in Gipso, plebem S. Andree, plebem S. Savini, plebem S. Geminiani, plebem S. Martini, plebem S. Angeli, plebem

S. Marie in Solustra, plebem S. Apollinaris, plebem S. Prosperi, plebem S. Stephani in Barbiano, plebem S. Agathe, plebem S. Patricii, plebem S. Marie Centumlucinia, abbacias[4] S. Iohannis a Sinno et S. Petri de Sala, S. Marie in Regula et S. Donati atque S. Mathei, xenodochium S. Vitalis, monasterium S. Georgii et S. Stephani, S. Marie Iaconie, S. Iohannis in Lanaria,[5] S. Pauli, S. Vincentii, S. Petri in Pitolo, S. Petri in Viario, S. Petri in Rio Ploibo, S. Panchratii, S. Rophilli, S. Martini in Saxo, S. Martini in Arcene, S. Iohannis Monachorum, S. Marie Formose, castrum Balnarie cum oratorio S. Iohannis, castrum Teularie, castrum Poioli, castrum Publicum, curtem Macerate cum castro Rocce, castrum Runci et curtem Vallisalve, castrum Gari,[6] castrum Fontane de Urce, castrum Tausiniani, castrum Casale, castrum Petrelle, castrum Corvarie, castrum Toranelli, castrum Galisterne, castrum Flagnani, castrum in fondo[7] Nunculie, castrum Lavatorie, castrum Aquevive, portum Capitis Silicis cum aquis et paludibus, piscariis, ripis et aucupationibus suis, Petrecolum,[8] Baccaretam Runci, Libbam, Fenariam, massam Campi in integrum, massam Barbarani que vocatur Bolonianum, massam ⟨Libbam⟩,[9] massam Adhelli, massam Sugazani, massam Medesane, massam Aucete, massam Placiniani, massam Valeriani, massam Cornatani,[10] massam S. Ambrosii, massam Lilani, massam Arsizi et massam Gallisani.[11] Quecunque preterea in fucturum[12] largiente Domino concessione pontificum, liberalitate regum, largitione principum, oblatione fidelium seu aliis modis iuste et canonice poterit adipisci integra tibi tuisque successoribus et intacta permaneant. Ad hec adicientes[13] decernimus ut nulli omnino hominum liceat eandem ecclesiam temere perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere vel temerariis vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur tam tuis quam pauperum usibus omnimodis profutura.[14] Si qua igitur in posterum ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam[15] venire temptaverit secundo terciove[16] comonitta,[17] si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini redemptoris nostri Iesu[18] Christi aliena fiat atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem ecclesie iusta servantibus sit pax Domini nostri Iesu[18] Christi; qua-

tenus et hic fructum bona[19] actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniat.[20] Amen.[21]

R.[22] Ego Honorius Catholice Eccl. episcopus subscripsi. BV.

Tres habentur codices Mensae episcopalis, literis A, B, C denotati, in quibus bulla haec et duae subsequentes inveniuntur; documentum vero sub n. 729 reperitur tantum in codicibus A, B. = Cod. A, membr., mm. 319×222, constans cc. 92, complectitur in prima parte exemplaria bullarum et instrumentorum, saec. XII-XV, quae, sine confirmatione, transcripta sunt initio saec. XVI. = Cod. B, membr., mm. 330×235, constans cc. 116, et ipse ad initium saec. XVI pertinet. Refert, non secus ac praecedens, bullas et instrumenta ab originalibus iussu episcopi Scribonii de Cerbonibus Tifernatis transcripta, quibus accedit confirmatio Romae facta die 5 maii 1522 a notario Andrea quondam Ioannis de Rovere clerico Cameracensis dioecesis coram reverendo patre domino Paride de Grassis episcopo Pisauriensi archivi romanae curiae correctori, iudici et commissario et ad supradicta specialiter electo et deputato. Index huius codicis, cc. 1-9, eodem tempore exaratus, refert minutas notitias singula documenta respicientes. = Cod. C., membr., qui etiam Liber ruber appellatur, mm. 366×250, constans cc. 95, praeter indicem in principio positum, cc. 1-11, cum notis non secus ac index cod. B, completitur seriem bullarum et instrumentorum saec. XV et XVI transcriptorum, quae Mensam episcopalem respiciunt. Bulla haec et duae subsequentes ab hoc codice desumuntur, utpote antiquiore, quibus legalis accedit confirmatio.

Cod. C, c. 38. - Exemplar desumptum ab originali, die 20 martii 1456 a notaio Antonio filio Lanzilotti de Primartinis de Imola cui tabellionatus proprium signum apposuit una cum notariis quorum nomina sunt: Lucas filius ser Antonii de Monte de Imola, Merchior filius quondam Bartoli de Lodolis de Imola, Mattheus filius quondam Bettini de Calvis de Imola. Id actum est in capella S. Laurentii in domibus communitatis ad bancum instrumentorum coram Matthaeo de Arimino vicario domini potestatis Imole sedente pro tribunali ad solitum suum bancum, presentibus Albrico quondam Calderini, Rainutio quondam Thomae de Uguidonicis, ser Michaele quondam Bataini omnibus civibus Imolae testibus ad predicta vocatis et rogatis. = Aliud exemplar in cod. A, c. 2 v - 3. = Tertium exemplar in cod. B, cc. 19-20, cui subest notarii Andreae de Rovere confirmatio. In his duobus exemplaribus designatur plumbeum sigillum pendens e bulla; in margine dextro, manu saec. XVI, legitur Anno Domini 1129. *In indicis glossis cod. B, c. 3 legitur* Bulla autem hec non habet datum neque aliam subscriptionem quam manu ipsius pape. Habet tamen signum quoddam commune aliis bullis et munita est pendenti plumbo cum suis litteris. *Idem refert cod. C. Bullam fuisse plumbeo sigillo munitam testatur idem notarius Antonius de Primartinis superius memoratus. Bulla haec generatim reperitur sub anno 1129. Inter annos 1126-9 datam fuisse certe constat, quia episcopus Benno et Honorius II eodem tempore floruerunt. — Ughellus, II¹, 675; II², 624; Manzonius, 81; Alberghetti, II, 74; Zaccaria, II, 35; Cappelletti, II, 209; Liverani, IV, p. 428, n. 228; Mazzatinti,*

I, 193; IL., 7390; Kehr, V, 163, 5; Baldisserri, L'episcopato imolese nel sec. XII, p. 588.

[1] *A* nanque [2] *A*, legitime; *B* legittime [3] *A*, *B* Tausiniani [4] *A*, *B* abbatias [5] *A*, *B* Panaria [6] *A*, *B* Gazi [7] *A*, *B* fundo [8] *A*, *B* Petretolum [9] *Uti in A*, *B* [10] *A*, *B* Cornazani [11] *A*, *B* Vallisani [12] *A*, *B* futurum [13] *A*, *B* adiicientes [14] *A*, *B* profutura [15] *Deest* temere [16] *A* tertiove [17] *A*, *B* commonita [18] *B* Ihesu [19] *A*, *B* bone [20] *A*, *B* inveniant [21] *A*, *B* Amen, amen, amen [22] *Rota refert* S. Petrus | S. Paulus | Hono|rius | papa | II; *nec non verba* Oculi Domini super iustos.

727.

Ferentini, 18 maii 1151.

Eugenius III Rodulpho Corneliensi episcopo eiusque successoribus privilegia et iura confirmat nec non ius in posterum possidendi et accrescendi concedit.

Eugenius episcopus servus servorum Dei venerabili fratri Rodulfo [1] Imolensi episcopo eiusque successoribus canonice substituendis in [2] perpetuum. In eminenti Sedis apostolice specula disponente Domino constituti ex iniuncto nobis a Deo apostolatus officio fratres nostros episcopos debemus diligere et loca eorum gubernacioni [3] co⟨m⟩missa pia protecione [4] munire. Eapropter venerabilis in Christo frater Rodulfe [5] tuis iustis postulacionibus [6] clementer annuimus et Imolensem Ecclesiam cui, Deo auctore, preesse dignosceris [7] sub beati Petri et nostra tutela suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. Statuentes ut quascunque possessiones quecunque bona eadem ecclesia in presentiarum iuste et canonice possidet aut in fucturum [8] concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblacione [9] fidelium seu aliis iustis modis Deo propicio [10] poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: abbacias [11] S. Marie in Regula, S. Donati, S. Marie in Diaconia, S. Apostoli in castro Imole, S. Petri in Sala et S. Iohannis in Senno, xenodochium S. Vitalis; in ipsa civitate plebem S. Laurentii et in ea tibi et canonicis tuis medietatem omnium beneficiorum de tota parrochia ipsius provenientium in decimis, primiciis, [12] oblacionibus [13] et testamentis; in castro Imole plebatus [14] S. Marie cum capella S. Theodori et ceteris capellis ad eandem plebem pertinentibus, plebem S. Geminiani cum capellis

suis, plebem S. Sabini cum suis, plebem S. Andree et capellam S. Pauli in castro Albori, hospitale S. Iachobi [15] in Sillero, plebem S. Marie in Gipso [16] cum capellis suis,[17] capellam Saxilionis, decimacionem [18] novalium in Silva [19] de pacto infra confines [20] tui episcopatus, plebes S. Marie in Tausiniano,[21] S. Marie in Tyberiaco, S. Martini in Colina, S. Angeli in Campiano cum capellis ad easdem plebes pertinentibus, plebem S. Stephani in Barbiano cum capella de castro Cunii et ceteris capellis suis, plebes S. Marie in Centumlicinia, S. Patricii [22] et S. Apollinaris [23] cum capellis ad eas pertinentibus, ecclesias S. Anestasii [24] in Moredano, plebes S. Prosperi et S. Marie in Salustra cum capellis earum, totum teritorium [25] et curtem S. Cassiani, castrum et curtem Taularie, castrum et curtem Aquevive, castrum et massam Boloniani, massam Prata, massam Campum, castrum et curtem Caput Silicum et portum cum paludibus aquarum decursibus et piscariis suis, portum Petredulo, Bacharetam Runci, Libbam, Fenariam, villam Zacharam, castrum novum Fabriaci cum sedecim [26] mansis, castrum Bagnarie cum tota curte et omnibus appendiciis [27] suis, massam Adello, massam Sugazanam, massam Medesanam,[28] massam Auzetam, fundum Peculini, castrum Imole, massam Plasignani, massam Valeriani, massam Cornazani, castrum Galisterne, castrum Toranelli, curtem S. Martini in Sasso,[29] fundum Sastiliani, fundum Nuntulam [30] qui dicitur Casula, curtem Vallis Salve, castrum et curtem Montis Alti, massam S. Ambrosii, castrum Runchum [31] cum tota curte, curtem Maceratam et castrum Rocche, villam Sorbedullum,[32] castrum et curtem Petrellam, montem S. Marie in Gypso cum appendenciis [27] suis, castrum et curtem Corbariam, castrum et curtem Fontis Ulicis, castrum et curtem Tausinianum, castrum Casale, curtem Publicum, castrum et curtem Linarii, castrum et curtem Podioli, montem S. Andree cum appendenciis [27] suis, castrum Ducie cum appendenciis [27] suis, castrum et curtem Lavatoriam, massam Lilani, massam Arsizi, massam Galisani [33] in curte Vitriani, fundum qui dicitur Capraria, et quatuor alios fundus, et in ipsa civitate theloneum et publicas functiones. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat prefatam ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu aliquibus vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur eorum pro quorum gubernacione [34] ac sustentacione [35] concessa sunt usibus omnimodis profuctura [36] salva

nimirum Sedis apostolice auctoritate. Si qua igitur in fucturum [37] ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitucionis [38] paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo, terciove [39] comonita [40] nisi satisfactione congrua emendaverit potestatis honorisque sui dignitate careat reamque se iudicio divino existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini redemptoris nostri Iesu [41] Christi aliena fiat. Cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax Domini nostri Iesu [41] Christi quatenus et hic fructus [42] bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant. Amen.[43]

R.[44] Ego Eugenius Catholice Ecclesie episcopus ss.[45] BV.

† Ego Ubaldus presbiter cardinalis tituli S. Praxedis ss.

† Ego Manfredus presbiter cardinalis tituli S. Savine ss.

† Ego Aribertus presbiter card. tituli S. Anestasie [46] ss.

† Ego Hubaldus presb. card. tituli S. Crucis in Ierusalem ss.

† Ego Guido presbiter cardinalis tituli S.[47] Pastoris ss.

† Ego Rollandus presbiter cardinalis tituli S. Marci.

† Ego Gerardus presbiter cardinalis tituli S. Stephani in Celio Monte ss.

† Ego Imarus Tusculanemsis [48] episcopus ss.

† Ego Nicholaus Albanensis episcopus ss.[49]

† Ego Otto diac. card. S. Gregorii [50] ad Velum aureum ss.

† Ego Gregorius diaconus cardinalis S. Angeli ss.

† Ego Iohannes diaconus cardinalis S. Marie Nove ss.

† Ego Iacintus [51] diac. cardinalis S. Marie in Cosmydyn ss.

† Ego Iohannes diac. cardinalis Ss. Sergii et Bachi [52] ss.

† Ego Centius diaconus cardinalis S. Marie in Aryro [53] ss.

Datum Ferentini [54] per manum Bosonis sancte Romane Ecclesie scriptoris XV kalendas iunii, indicione XIIII, incarnacionis [55] dominice anno M° C° L° I°, pontificatus vero domini Eugenii pape III anno septimo.

Cod. C, cc. 38v-9. - Exemplar desumptum ab originali refert eandem ac praecedens bulla confirmationem. = Aliud exemplar in cod. A., cc. 3v-4r = Tertium exemplar in cod. B, cc. 20-2, cui subest notarii Andreae de Rovere confirmatio. Hisce duobus in exemplaribus designatur sigillum plumbeum e bulla pendens. Cf. notam n. 726. = Ughellus, II[1], 676; II[2], 625; Bullarium privil. ac diplom. (cura C. Cocquelines), II, 319, n. 42; Bullarium Rom., ed. Taur., II, 571, n. 42; Migne, CLXXX, 1473, n. 448; Manzonius, 91; Alberghetti, II, 83; Zaccaria, II, 38, 59; Fantuzzi, VI, n. 24; Cappelletti, II, 212; Jaffé, 6583; JL., 9484; Kehr, V, 167, 7.

[1] *A*, *B* Rodulpho [2] *B* im [3] *A*, *B* gubernationi [4] *A*, *B* protectione [5] *A*, *B* Rodulphe [6] *A*, *B* postulationibus [7] *A*, *B* dinosceris [8] *A*, *B* futurum [9] *A*, *B* oblatione [10] *A*, *B* propitio [11] *A*, *B* abbatias [12] *A*, *B* primitiis [13] *A*, *B* oblationibus [14] *A*, *B* plebem [15] *A*, *B* Iacobi [16] *A*, *B* Gypso [17] *A*, *B* suis capellis [18] *A*, *B* decimationem [19] *A* Sylva [20] *A*, *B* fines [21] *B* Tausinano [22] *B* Patritii [23] *B* Appollinaris [24] *A*, *B* Anastasii [25] *A*, *B* territorium [26] *A* sexdecim [27] *A*, *B* appendentiis [28] *A* Madesanam [29] *A* Saxo [30] *A*, *B* Nunculiam [31] *A*, *B* Ronchum [32] *A*, *B* Sorbedulum [33] *A*, *B* Galizani [34] *A*, *B* gubernatione [35] *A*, *B* sustentatione [36] *A*, *B* profutura [37] *A*, *B* futurum [38] *A*, *B* constitutionibus [39] *A*, *B* tertiove [40] *A*, *B* commonita [41] *B* Ihesu [42] *A*, *B* fructum [43] *A*, *B* Amen, amen, amen [44] *Rota refert* S. Petrus | S. Paulus | Euge|nius | papa | III; *nec non verba* Fac mecum Domine signum in bonum. [45] ss. = subscripsi [46] *A*, *B* Anastasie [47] *In A*, *B deest* S. [48] *A*, *B* Tusculanensis [49] *Haec duae subscriptiones in A*, *B primae in ordine inveniuntur.* [50] *Pro* Georgii; *A*, *B* Georgii [51] *A* Iacynthus [52] *A* Bacchi [53] *A*, *B* Airo *correctum ex* Aqiro [54] *A* Feretini [55] *A*, *B* incarnationis

728.

[Romae], 36 martii 1179.

Alexander III Henrico Corneliensi episcopo eiusque successoribus privilegia et iura confirmat ac ius possidendi in posterum, decimandi et accrescendi concedit.

Alexander episcopus servus servorum Dei venerabili fratri Henrico Imolensi episcopo eiusque successoribus canonice substituendis [1] in [2] perpetuum. In eminenti Sedis apostolice specula disponente Domino constituti ex iniuncto nobis a Deo apostolatus officio fratres nostros episcopos debemus diligere et loca eorum gubernacioni [3] commissa pia protectio(ne) munire. Eapropter venerabilis in Christo Henrico tuis iustis postulationibus clementer annuimus et ad exemplar felicis memorie patris et predecessoris nostri Eugenii pape Imolensem Ecclesiam cui, Deo auctore, preesse dinosceris sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scriptis privilegio comunimus; [4] statuentes ut quascunque possessiones quecunque bona eadem ecclesia in [2] presentiarum iuste et canonice possidet aut in fucturum [5] concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblacione [6] fidelium, seu aliis iustis modis, Deo propicio [7] poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant.

In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: abbacias [8] S. Marie in Regula, S. Donati, S. Marie in Diaconia, S. Apostoli in castro Imole, S. Petri in Sala et S. Iohannis in Senno, xenodochium S. Vitalis; in ipsa civitate plebem S. Laurentii et in ea tibi et canonicis tuis medietatem omnium beneficiorum de tota par(ro)chia ipsius [9] provenientium in decimis, primiciis,[10] oblacionibus [11] et testamentis; in castro Imole [12] plebem S. Marie cum capella S. Theodori et ceteris capellis [13] ad eandem plebem pertinentibus, plebem S. Geminiani cum capellis [13] suis, plebem S. Andree et capellam S. Pauli in castro Albori, hospitale S. Iachobi [14] in Sylero, plebem S. Marie in Guipso [15] cum capellis [13] suis de Massa, capellam Saxilionis, decimacionem [16] navalium [17] in Silva [18] de Laco [19] infra fines tui episcopatus, plebes S. Marie in Tausiniano, S. Marie in Tiberiaco,[20] S. Martini in Colina, S. Angeli in Campiano cum capellis [13] ad easdem plebes pertinentibus, plebem S. Stephani in Barbiano cum capella de castro Cunii et ceteris capellis [13] suis, plebem [21] S. Marie in Cemtumliciana,[22] S. Laurentii et S. Appolinaris cum capellis [13] ad eas pertinentibus, ecclesiam S. Anastasii in Moredano, plebes S. Prosperi et S. Marie in Selustra [23] cum capellis earum, totum teritorium [24] et curtem S. Cassiani, castrum et curtem Taularie, castrum et curtem Aquevive, castrum et massam Boloniani, massam Prata, massam Campum, castrum et curtem Capud [25] Silicis et portum cum paludibus aquarum, decursibus et piscariis suis, portum Petredulo,[26] Bacharetam Runci, Libbam,[27] Fenariam, villam Zacharam, castrum novum Fabri(a)ci cum sedecim [28] massis,[29] castrum Bagnarie cum tota curte et omnibus appemdiciis [30] suis, massam Adello, massam Sogazani,[31] massam Medexani,[32] massam Aureta,[33] fundum Peculini, castrum Imole, massam Plasignani,[34] massam Valeriani, massam Cornazani, castrum Galisterne, castrum Toranelli,[35] curtem S. Martini in Saxo, fundum Sastiliani, fundum Nunculiam qui dicitur Casula, curtem Vallis Salve, castrum et curtem Montis Alti, massam S. Ambroxii,[36] castrum Rumcum [37] cum tota curte, curtem Maceratam et castrum Rocce, villam Sorbedelum,[38] castrum et curtem Petrellam, montem S. Marie in Gipso cum appendenciis [30] suis, castrum et curtem Corbariam,[39] castrum et curtem Fontis Ulicis, castrum et curtem Tausinianum, castrum Casale, curtem Publicum et curtem Linari,[40] castrum et curtem Podioli, montem S. Andree cum appendenciis [30] suis, castrum Ducie [41] cum

appendenciis [30] suis, castrum et curtem Lavatoriam, massam Lilani, massam Arsicii, massam Galisani in curte Vitriani, fundum qui dicitur Capraria et quatuor alios fundos, et in ipsa [42] civitate tho lo neum et publicas faciones.[43] Decernimus ergo ut nulli omnino hominum [44] liceat prefatam ecclesiam temere perturbare aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere seu aliquibus vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur eorum pro quorum gubernacione [45] ac sustemtacione [46] concessa sunt usibus omnimodis profuctura.[47] salva nimirum apostolice Sedis [48] auctoritate. Si qua igitur in fucturum [5] ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitucionis [49] paginam sciens contra eam temere venire temptaverit secundo terciove [50] communita,[51] nisi satisfactione congrua id emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et ut a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini redemptoris nostri Iesu [52] Christi aliena fiat atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. Cunctis [53] autem eidem loco iusta servantibus sit pax Domini nostri Iesu [52] Christi quatenus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant. Amen. Amen.

R.[54] Ego Alexander Catholice Ecclesie episcopus ss.[55] BV.

† Ego Iohannes presbiter cardinalis Ss. Iohannis et Pauli tituli Pamachii ss.

† Ego Iohannes presbiter cardinalis tituli S. Anastasie ss.

† Ego Iohannes presbiter cardinalis tituli S. Marci ss.

† Ego Theodinus presb. card. S. Vitalis tituli Vestine ss.

† Ego Petrus presbiter cardinalis tituli S. Susane [56] ss.

† Ego Petrus presbiter cardinalis tituli S. Risoni [57] ss.

† ⟨Ego⟩ Cintus presbiter cardinalis tituli S. Citilie [58] ss.

† Ego Hugo presbiter cardinalis tituli S. Clementis ss.[59]

† Ego Arduinus presb. card. tituli S. Crucis Ierusalem ss.[60]

† Ego Ubaldus Hostiensis episcopus ss. [61]

† Ego Iacobus diac. cardinalis S. Marie in Cosmedyn ss.

† Ego Ardicio [62] diaconus cardinalis S. Theodori ss.

† Ego Laborans diaconus cardinalis S. Marie in Porticu ss.

† Ego Rainerius [63] diac. card. S. Georgii ad Velum aureum ss.

† Ego Gratianus diac. cardinalis Ss. Cosme et Damiani ss.

† Ego Iohannes diaconus cardinalis S. Angeli ss.

† Ego Matheus S. Marie Nove diaconus cardinalis ss.

+ Ego Bernardus diaconus cardinalis S. Nicholai[64] in Carcere Tuliano ss.

Datum Laterani per manum Alberti sancte Romane Ecclesie presbiteri cardinalis cancelerii III kalendas aprilis, indicione[65] XI,[66] incarnacionis[67] dominice anno M° C° LXX° VIIII°, pontificatus vero domini Alexandri pape III anno XX.

Cod. C, cc. 45-6. - Exemplar desumptum ab originali referens eandem ac duae praecedentes bullae confirmationem. = Aliud exemplar in cod. A, c. 4. = Tertium exemplar in cod. B, cc. 22-4, cui subest notarii Andreae de Rovere confirmatio. Cf. notam n. 726. — Ughellus, II[1], 683; II[2], 630; Manzonius, 111; Zaccaria, II, 55, 59; Migne, CC, *1221, n. 1407; Jaffé, 8689; JL., 13351; Kehr, V, 164, 8.*

[1] *A, B* instituendis [2] *B* im [3] *A, B* gubernatione [4] *A* communimus [5] *A, B* futurum [6] *A, B* oblatione [7] *A* propitio [8] *A, B* abbatias [9] *A, B* ipsi [10] *A, B* primitiis [11] *A, B* oblationibus [12] *A, B* Imolensi [13] *B* cappellis [14] *A, B* Iacobi [15] *Pro* Gipso [16] *A, B* decimationem [17] *A, B* novalium [18] *A* Sylva [19] *A, B* Luco [20] *A* Tyberiaco [21] *A, B* plebes [22] *A, B* Centumlicinia [23] *A, B* Solustra [24] *A, B* territorium [25] *A, B* Caput [26] *A, B* Petredolo [27] *A, B* Liblam [28] *A, B* sexdecim [29] *A, B* mansis [30] *A, B* appenditiis [31] *A, B* Sogazanam [32] *A, B* Medesanam [33] *A, B* Auzetam [34] *A,* Pasignani [35] *B* Torranelli [36] *A, B* Ambrosii [37] *A, B* Runcum [38] *A, B* Sorbedolum [39] *A* Corbariani [40] *A* Linarii [41] *A, B* Dutie [42] *A, B* et ipsa in [43] *A, B* functiones [44] *Textus refert* ut onino hominum lil; *B* ut onino hominum nulli [45] *A, B* gubernatione [46] *A, B* sustentatione [47] *A, B* profutura [48] *A, B* Sedis apostolice [49] *A, B* constitutionis [50] *A, B* tertiove [51] *A, B* commonita [52] *B* Ihesu Cristi [53] *In textu* caunctis [54] *Rota refert* S. Petrus | S. Paulus | Alex|ander | papa III; *nec non verba* Vias tuas Domine demo⟨n⟩stra michi. [55] *Deest* subscripsi; *reperitur in A, B.* [56] *A, B* Susanne [57] *Pro* Grisogoni *ut in A, B.* [58] Cecilie [59] *In A deest* subscripsi [60] *In B deest* subscripsi [61] *Haec subscriptio in A, B est prima in ordine.* [62] *A, B* Ardacio [63] *A, B* Raynerius [64] *A, B* Nicolai [65] *A, B* indictione [66] *Indictio XI respondet anno 1178* [67] *A, B* incarnationis

729.

Imolae, 25 octobris 1186.

Sententia a Gerardo Ravennatensi archiepiscopo prolata in favorem Henrici Corneliensis episcopi sibi comitatum vindicantis contra asserta Bretoldi de Königsberg totius Italiae legati.

In nomine Domini. Anno Domini MC octuagesimo sexto, temporibus Urbani pape et Federici imperatoris, die septimo

exeunte mense octobris, indictione quarta, Imole apud monasterium S. Marie in Regula, in palatio imperatoris. Cum contraversia esset inter dominum Henricum Corneliensem episcopum ex una parte, et Bretoldum de Gonisberg totius Italię legatum ex alia, super tota et integra iurisdictione totius comitatus Imole et responsione ipsius comitatus imperio facienda, de quo comitatu episcopus dicebat se comitem esse debere et imperio de comitatu respondere, et alius pro comitatu imperio comitem esse non debere: proponebat etiam de suis terris habitatis et quę habitari possent, quę sunt Bagnaria cum tota curte, Caput Silicis cum tota curte, Taularia cum tota curte, Puzolum et Tauranum cum tota curte, Runchum, Rocha,[1] Maserata cum suis curtibus, montem in quo est plebs S. Marię de Gisso ediffìcata[2] cum suis appendentiis, montem in quo est plebs S. Andreę cum suis appendentiis, curtem Codrignani cum montibus et appendentiis suis, villam Valis[3] Salvę cum appenditiis[4] suis, ipsum episcopum et suos successores, fedrum, albergarias, collectas, placita, districtus portuum, ripaticos, hostaticos et omnem aliam plenam iurisdictionem in hiis[5] terris nominatis debere habere et homines predictarum terrarum immunes debere esse et exempti ab omni alia exactione[6] prȩterquam episcopi. E contra dictus Bretoldus de Gonisberg quę ab episcopo dicebantur de comitatu et quod comes esse deberet in comitatu negabat. Sed quę de suis terris nominatis quę habitatę essent et habitari possent tam castellis quam villis non inficiebatur. Cuius contraversię ego Gerardus sanctę Ravennatensis Ecclesię archiepiscopus ex delegatione domini Federici imperatoris diu in me facta et viva vocis visione filii eius domini Henrici regis cognitor cum diu ante me dicta contraversia foret ventilata, visis et auditis rationibus et allegationibus utriusque partis, habito et deliberato consilio, salvo iure comitatus ipsi episcopo, si quod habet, quia cognovi proprietatem dictarum terrarum Corneliensis Ecclesię esse et earum curtium et appenditium[7] et ipsum Corneliensem episcopum de his terris nominatis quę habitatę sunt et habitari possent, fredum, albergarias, collectas, placita, districtus portuum, riparticos et hostaticos et omnem aliam plenam iurisdictionem debere habere et homines predictarum terrarum immunes debere esse et exemptos ab omni alia exactione, iurisdictione prȩterquam episcopi. Ideo predictum Bretoldum de Gonisberg ne in his prȩdictis vice imperii vel pro imperio

ipse vel alii imperiales nuntii dictum episcopum vel suam ecclesiam inquietent, sed eum permittant quiete possidere et habere predicta condempno :[8] ipsum vero episcopum pro hiis omnibus fidelitatem debere facere imperio condempno.[8]

Dictus dominus archiepiscopus prȩsentibus partibus in prȩdicto loco scribere iussit.

Subscripserunt dominus Albericus Ecclesiȩ Sarsenatis episcopus, dominus Rodulfus ecclesiȩ S. Cassiani prȩpositus, comes Malvicinus, Iohannes Senior, Ungarellus, Lasius, Ugo Donne et Angelus Trepaldi, Bulgarus, Bonzus, Savarixius, Alberus, Trentinus, Santernolus, Arrardus, Disalbergatus, Uguitio domine Beatricis, Rodolphinus, Curtese, Guido Orlandi, Zanzolinus, Sparsonatus, Pasipoverus, Grimaldus, Iacobus Baldizonis, Iohannes Fuscole, Segnorellus et multi alii testes interfuerunt.

Ego Henricus sacri palacii[9] notarius scripsi et interfui et interlineavi exactione.

Cod. B, c. 11. - Exemplar a notario Andrea de Rovere confirmatum. = *Aliud exemplar in cod. A, c. 1; cf. notam n. 726. — Manzonius, 116; Zaccaria, II, 59; Fantuzzi, VI, n. 27; Mazzatinti, I, 193.*

[1] *A* Roccha [2] *A* aedificata [3] *A* Vallis [4] *A* appendentiis [5] *B* his [6] *A* actione [7] *A* appendentium [8] *A* condemno [9] *A* palatii

ARCHIVUM

COMMUNITATIS IMOLAE

730.

Ravennae, 15 aprilis 1084.

Petrus et uxor eius Petronia petunt a monachis S. Mariae in Cosmedin ut sibi in emphytheusim concedant nonnulla praedia.

✠ In nomine Domini. Anno ab incarnacione Domini millesimo octuagesimo IIII^{to}, imperante vero Henrico filio quondam Henrici imperatoris in Italia anno primo, die quinto decimo mensis aprilis, indictione septima, Ravenne, in claustro monasterii S. Marie in Cosmedin. Peto a te quidem in Dei nomine Petro venerabili abbate monasterii S. ⟨Marie⟩ in Cosmedyn cum consensu monachorum ipsius monasterii uti michi presenti in Christi nomine Petro de Guat petitori pro me et Petronnia coniuge mea seu filiis nostris massculis et pro una filia nostra femina, si filium non habuerimus, per libellum concedatis rem iuris iamdicti monasterii nostri; idest quantum habemus et detinemus iure monasterii nostri per anteriorem libellum in fundo qui vocatur Teudora. Et insuper conceditis nobis unam longariam de terra cum omnibus sibi pertinentibus, positam in fundo qui vocatur Furnoli, in finibus eius; hoc est: ab uno latere limite percurrente, a secundo detinet Petrus de Litiriolo, a tercio Aldrebandus de Bonico, a quarto suprascriptus Petrus de Litiriolo cum consortibus suis. Hec omnia cum terris, vineis, pascuis, silvis, arbustis, arboribus et cum omnibus sibi pertinentibus, constituta plebe S. Apolenaris in Aquavia, habendum, tenendum, supersedendum, cultandum, laborandum et in omnibus melio-

randum in annis advenientibus xx et novem ad renovandum; sub terratico de omni labore maiore modium septimum, et lino et minuto octavum, vino anforam quartam, arbore pectore ponente semel; in Natale spallam unam, in festivitate S. Apolenaris fogatias duas et pullos duos, ensenium de grano starios tres et gallinam unam, et pro ensennio tollere debeamus tornaturias tres, pro tecto et area et orto et canalibus alia vero opera et servitia et dationes facere debeamus secundum consuetudinem in ipsius loci; adducta hec omnia per nos colonos usque in monasterium vestrum, et non habeamus licentiam triturare nec inde vi⟨n⟩demiare sine iussione vestra domnica. Pro eo quia exinde accepistis calciarii nomine de manu mea suprascripti petitoris librum unum pro denariis Venetie libras IIII et solidos XVI. Si quis vero partis nostre contra hanc paginam ire temptaverit ante prefinitum tempus, det pars parti fidem servanti nomine pene auri uncias duas, et maneat hec petitio firma.

Ego Albertus Ravennatensis tabellio scripsi hanc peticionem.

Si✝gnum manus suprascripti petitoris ad omnia infrascripta.

Fasc. I, 2. - Exemplar manu saec. XIII, mm. 340×198. Hoc exemplar et alia sub nn. 732, 734-5, 742, 744-60 ab eadem manu scripta sunt.

731.

[Imolae], 5 iunii 1084.

Concessio a Morando episcopo in favorem Imolensium facta.

In nomine Domini. Anno ab incarnatione Domini nostri Iesu Christi millesimo octuagesimo quarto, temporibus Clementis pape, regnante Henrico filio quondam Henrici imperatoris, die quinto mensis iunii indictione septima, in claustra monasterii S. Marie que vocatur in Regula infra civitate Corneliensis. Plura quidem existunt pacta que solo verbo manere possunt, set ob hoc necesse est scripture vinculis anotari ne vergentia temporum oblivioni mandentur et iurgia generentur; ea enim que bono animo hanc spontanea mea bona voluntate inrefragabiliter promittuntur et inviolabili vinculo observentur. Et quoniam profiteor ego quidem in Dei nomine Morandus gratia Dei electus et ordinatus episcopus episcopii sancte Corneliensis Ecclesię per uius paginam mee vocis, professionis simulque pacti, sta-

tuti, convenientie, largietatis a presente die mee pagine vobis presentibus in Christi nomine omnibus Immolensibus civibus petitoribus pro vobis vestrisque liberis et heredibus in perpetuum per hanc paginam pacti conventi concedo vobis rem iuris mee sanctę Corneliensis Ęcclesie, idest omne toloneum et publicum actum quem suprascripta Ecclesia in civitate Immola aliquo iure abebat. Et iterum concedo vobis usum portus mei, silicet Caput Silicis, hoc modo, ut ex unaquaque navi quattuor denarios monete Venetie pro nautico fenore tantum persolvatis exceptis is navibus legationis, vel orationis piscandique aut hemendi pisses causa euntibus. Et insuper pacisscor vobis meam maiorem abitacionem in suprascripta civitate vobis cum fieri et maiore(m) partem omnium mobilium meorum ibidem retinere et navigium cum omni studio, sine dolo vel fraude tempore q[u]o cives suprascripti me requisierint facere properabo. Et hoc, quod vos habetis et detinetis, ego meique successores nec tollam, nec tollere fatiam sine legali iuditio, vel quod recte adquirere debetis, et si aliquis tollere vel minuere voluerit, vobiscum recta fide manere promitto. Et ab hodierna die nunquam liceat michi meisque successoribus ullo umquam in tempore exinde facere questionem aut causationem, repeticionem ullamque molestiam generare contra vos, neque contra vestros filios vel haerodes, vel contra eos qui in suprascripta civitate habitaturi sunt. Et unde pro maiori firmitate si unquam in tempore quepiam persona hominum surrexerit que vobis eiusdem rei partem vel eam totam tollere voluerit, ego cum meis succesoribus vobis omnibus vestrisque filiis et heredibus predictas res ab omni persona hominum stare, defensare et auctoriare promitto.[1] Quod si sit, quod absit et avertat divina potentia, et omnia que superius leguntur non observaverimus vel adimpleverimus, atestacione confirmo quia daturum et compositurum me meosque successores esse promitto vobis suprascriptis omnibus vestrisque filiis et haeredibus in perpetuum ante omne litis inicium aut interpellationem pene nomine auri obtimi libras viginti, et soluta pena, maneat haec cartula pacti firma (in perpetuum).[2]

Albertus notarius Immolensis rogatus scripsi hoc pactum sub die quinto mensis iunii, indictione septima.

(A). Ego Morandus episcopus in hoc pacto subscripsi.

Signum manibus vestris Azolino de Aldrevando, Ubertus filius quondam Alberti de Arardo, Redulfus de Ugo de Lam-

berto, *(A)* † Albertus de Leto subscripsi, Ugo de Rainerio, Petrus de Rimenaldo, Baldo de Gualkerio,[3] Tebaldus de Graffuni, Redulfus de Graffuni, Petrus de Ugo in hoc pacto rogati testes.

Noticia	testium	idest:
Azo	vir clarus	rogatus testis
Utertus	vir clarus	rogatus testis
Redulfus	vir clarus	rogatus testis
Petrus	vir clarus	rogatus testis
Redulfus	vir clarus	rogatus testis.

I, 3. - Orig., mm. 785×250. In calce alia manu saec. XI exaratum instrumenti compendium. = I, 4. - Aliud orig., mm. 690×270, cum omnibus subscriptionibus manu Alberti notarii et nonnullis variationibus quae substantiam instrumenti non afficiunt. = I, 5. - Exemplar, mm. 755×305, authenticatum die 22 decembris 1317 in palatio vetere communitatis Imolae a Philippo quondam fratris Matthaei de Pidiano, Petro filio magistri Raymundini de Imola et Francisco quondam fratris Guidonis de Pidiano notariis coram Hugolino fratris Drudelli notarii et Sancte Lunardelli testibus, iussu et auctoritate sapientis viri Dini de Secadenariis de Bononia iudicis et assessoris nobilis viri Testae de Gozadinis potestatis Imolae. = I, 1. - Aliud exemplar manu saec. XIII, mm. 146×186, quod refert tantum verba Ego quidem in Dei nomine Morandus - in civitate Imola habebat. = *Tertium exemplar reperitur in Libro rubro eiusdem archivi (mm. 382×264), c. 55, authenticatum an. 1239 a Rodulpho sacri palatii notario, de mandato Girardi Burdilonis potestatis Imolae. Praefatus notarius transcripsit ex authenticis et originalibus instrumentis viginti exemplaria, quibus constant cc. 55-62 Libri rubri, inter quae sunt documenta sub nn. 733, 739, 741, 746; cf. c. 62 v ubi invenitur authenticatio ab eodem notario apposita. — Zaccaria, II, 29; Cappelletti, II, 207; Ughellus, t. X, 273; Baldisserri, L'episcopato imolese nel sec. XII, 584; Lenel, Ein Handelsvertrag Venedigs mit Imola vom Jahre 1099, p. 229; et Un trattato di commercio fra Venezia ed Imola dell' anno 1099, p. 63.*

[1] *Verba* Et unde - promitto *addita ante subscriptiones.* [2] *Desumptum ex alio orig.* [3] *Aliud orig. habet* Gualterio

732.

[Imolae], 20 martii 1092.

Abbas monasterii S. Mariae in Cosmedin Alberto eiusque fratribus Isnardo et Guidoni nec non Hugoni nepoti eorum nonnulla terrae petias in emphytheusim concedit.

In nomine Domini. Anno ab incarnatione Domini nostri Iesu Christi millesimo nonagesimo secundo, tempore Clementis

pape, regnante Henrico Henrici quondam filius imperatoris, die viesimo mensis martii, indictione quinta decima, in claustro monasterii S. Marie, territorio Corneliensis. Omnibus manifestum est atque congrua ratione dispositum libenter debere eorum desideriis annuere pro quibus nostre proprietatis venerabilis loci meliorandique causa proficiunt. Et ideo ego quidem in Dei nomine Petrus venerabilis abbas monasterii S. Marie in Cosmedi⟨n⟩ presbiter et monachus per consensum monachorum et servientium eiusdem monasterii tibi presenti in Christi nomine Alberto petitori tam pro te quamque pro ex personis fratrum tuorum Isnardo et Guido et pro Ugone nepote tuo per quartam partem inter vos sub dominio et potestate de vestris portionibus sit Imelda omnibus diebus vite sue, tantum per emfiteotecarium ius vobis vestrisque filiis et nepotibus a presente die concedo et largior seu confirmo in vobis omnibus rem iuris sancte ecclesie mee, et qualis ex vobis sine filiis et nepotibus moritur ante alium, eius pars cadat illis qui supravixerit, a presente die ad renovandum; idest medium fundum integrum qui est positum in Cassizaria; et de alia medietate vero de ipso fundo sextam partem que fuit de Aldrebando filius quondam Iohanne de Altruta; et duas taulas in fundo qui vocatur Custethutha, cum omnibus sibi pertinentibus quas olim habuit et detinuit Zusto a iure S. Marie in Cosmedyn. Et iterum concedo vobis omnibus hoc quod habetis et detinetis in Meletholo iuxta Bagnariolam Minorem, et quod habuit et detinuit Iohannes de Pethruzo in eodem fundo. Et quod habetis et detinetis in locum qui vocatur Cardetho, et in Furnoli que habuit et detinuit Astulfo. Et insuper concedo vobis solummodo tibi Alberto et Ugoni nepoti tuo illa que ex parte matris tue fuit, quod habetis et detinetis in fundo Teudotha, que est posita iuxta Maseratha, et in Meletholo clusuriam unam, silicet cum omnibus in se et super se habente et cum omnibus sibi pertinentibus vestrisque filiis et nepotibus similiter ad renovandum, que omnia sita territorio Corneliensi, plebe S. Patricii et S. Agathe. Dum superius nominatis petitoribus atque filiis et nepotibus vestris divina gratia in hac luce iusserit permanere ⟨vitam⟩, concedo et largior seu confirmo in vobis ipsas res, que superius leguntur, cum terris et silvis et cum omnibus in se et infra se et super se habente, et cum omnibus sibi pertinentibus, cum introitu et exito suo, abendum, tenendum, laborandum, defensandum et in omnibus

meliorandum, possidendum. Et ego cum meis successoribus vobis vestrisque filiis et nepotibus predictam rem ab omni persona defensare et auctorizare promitto et ex vetris propriis expensis seu laboribus nichil vos vestrique filii et nepotes nisi inferius afixam pensionem deferatis, prestantibus quoque vobis et filiis et nepotibus vestris indesinenter secundum paginam petitionis vestre sub nomine pensionum omni marcii mense vel infra indictionem denarios Venetie duodecim, de illa que de comune est; et de illa, que ex parte matris tue est, denarios Venetie duo pro ipsis rebus, que superius leguntur. Pro eo qui exinde accepi de manu tua suprascripto petitori in manu mea suprascripto ordinatori in presentia testium, qui hic subter scripti sunt calzarii nomine, idest librum unum pro denariorum Venetie libris viginti. Ita post transitum vestrorum vestrorumque filiorum et nepotum, munimine expleto quando Domino sue sancte maiestatis placuerit, tunc ipsas res, qualiter superius leguntur, cultas, laboratas, defensatas et in omnibus melioratas, vel quicquid a vobis inibi additum melioratumque fuerit, ad ius dominiumque nostrum, cuius est ius et proprietas, modis omnibus revertatur. Promitto preterea nullis diebus nullisque temporibus vite vestre vestrisque filiis et nepotibus textum huius pagine henfiteosis inviolatum, ego vel mei successores minime valere contendere, vel si contra ea, que superius leguntur, agere presumpserimus ego vel mei successores, tunc daturus et compositurus promitto per me meosque successores vobis vestrisque filiis et nepotibus ante omne litis initium aut interpellationem pene nomine auri optimi libram unam, et soluta pena, maneat hec carta henfiteosin firma.

Albertus notarius Imolensis rogatus scripsi hanc emphiteosin sub die et mense, indictione suprascripta.

† Ego Petrus abbas S. Marie in Cosmedin in hac enfiteosin a me facta subscripsi. † Ego Albertus monachus in ac enfiteosin consensi, subscripsi. † Ego Girardus monachus consensi et subscripsi. † Ego Stefanus presbiter et monachus consensi, subscripsi. Ego Letus sacerdos et monachus consensi et subscripsi. † Ego Demme monachus consensi, subscripsi. † Ego Quido monachus consensi, subscripsi.

Signum istorum testium: Rusticus de Isnardo, Petrus de Archipresbitero, Casaleclo de Pet⟨r⟩o de Ronafame filius, Petrus in hac emphiteosin sunt rogati testes. Santernus de Argnano, Iohannes de Alberto de Flagnano sunt rogati testes.

Notitia istorum	testium	idest:
Albertus	rogatus	testis
Stefanus	rogatus	testis
Guido	rogatus	testis
Gerardus	rogatus	testis.

I, 6. - Exemplar manu saec. XIII, mm. 270×235. Cf. notam n. 730.

733.

Venetiarum, mense novembris 1099.

Privilegium Imolensibus a duce Venetiarum concessum.

† Quanto antiquius inter amicos integra amicitia, diuturna vicinitas, eximia karitas consideratur, tanto diligentius ad omne, quod digne expetitur, debet amor haberi inter utrosque pronus et proximus. Nullam enim dilectionem ibi adesse compensare possumus, ubi mutuis amicorum postulationibus etiam cum quodam labore condescendere nolumus. Ex corde vero tunc vera amicitia prodire probatur, cum in quantum facultas suppetit et ratio exigit amicorum precibus et voluntati condescendere et opere adimplere nitimur. Igitur nos quidem Vitalis Michael Dei gratia Venetie, Dalmatie atque Chroatie dux et imperialis protosevastos cum nostris successoribus quia antiquam vicinitatem et perseverabilem dilectionem circa nostros vos habere cognovimus, et ut de cetero terram nostram frequentare possitis confidentius, precibus vestris acquiescentes dimittimus atque concedimus vobis Imolensibus omne quadragesimum de omni blave et vino et carne sicca, et pretium, quod inde acceperitis, potestatem habeatis investire in omni mercimonia sine quadragesimo. Ripaticum tamen unaqueque navis dare debeat denarios veronenses duodecim et per fundum denarios veronenses duos.

† Ego Vitalis Michael Dei gratia dux manu mea subscripsi.

† Ego Iohannes Badovario iudex testis subscripsi.

† Ego Petrus Marcello iudex manu mea subscripsi.

† Signum manus Aurii maioris iudicis qui hec rogavit fieri.

† Ego Dominicus Michael manu mea subscripsi.

† Ego Petrus Badovario da Spinale fuit in ista mena manu mea subscripsi.

† Ego Dominicus Pantaleo manu mea subscripsi.

† Ego Ambrosius Iusto manu mea subscripsi.

† Ego Iohannes Ursonoleo manu mea subscripsi.

† Ego Leo Naviso testis subscripsi.

† Ego Petrus Gradonicus manu mea subscripsi.

† Ego Petrus Farulfus manu mea subscripsi.

† Ego Petrus Michael de Capite Rivo alto manu mea subscripsi.

† Ego Ris Navigaioso testis sum.

† Ego Iohannes Navigai⟨o⟩so testis subscripsi.

† Ego Urso Iustinianus manu mea subscripsi.

† Data per manus Ursonis presbiteri et S. Bassi plebani et cancellarii, anno Domini millesimo nonagesimo nono, mense novembris, indictione octava, Rivo alto.

Liber ruber, c. 60. - Exemplar ex originali sumptum a Rodulpho sacri palatii notario uti a sequenti nota documento praemissa Exemplum auctentici et originalis privilegii indulcti Ymolensibus a duce Venetie per me infrascriptum Rodulfum notarium scriptum, cuius tenor talis est. *Cf. etiam notam n. 731. Transcriptio exemplaris haud multum fidelis apparet, nos tamen eam retulimus uti iacet. — Lenel W., Ein Handelsvertrag Venedigs mit Imola vom Jahre 1099, p. 230; et Un trattato di commercio fra Venezia ed Imola dell'anno 1099, p. 66.*

734.

Ravennae, 13 martii 1113.

Oddo de Rodulpho petit a monachis S. Mariae in Cosmedin ut ei renovent emphytheusim avo suo et matri iam antea concessam.

☧ In nomine Domini. Anni ab incarnatione Domini millesimo centesimo tercio decimo, imperante vero Henrico quondam Henrici imperatoris filio anno secundo, die tercio decimo mensis marcii, indictione sexta, Ravenne, in claustro monasterii S. Marie in Cosmedyn. Peto a te in Dei nomine Rustico venerabili abbate monasterii S. Marie in Cosmedin cum consensu monachorum ipsius monasterii, uti michi presenti in Christi nomine Oddoni de Rodulfo petitori pro me et pro Guilia coniuge mea seu filiis et nepotibus nostris per henfitheosin concedas nobis; idest quantum ego habeo et detineo, et quantum quondam Oddo avus meus et Litia mater mea habuerunt et de-

tinuerunt de iure monasterii vestri in fundo Cadenazoli et in fundo Pizacise et in fundo Runchomozo et in fundo qui vocatur Malio et in fundo Carpeneta et in Maseratula et in fundo Turrignano et in fundo qui vocatur Fabrico. Et si in predictis fundis acquisitum habeo de iure predicti monasterii in hac pactione permaneat, excepto unam longariam de terra et prato et silva, quam tibi et predicto monasterio refutatam habeo; hec omnia, ut superius legitur, cum terris, vineis, pratis, silvis, arbustis, arboribus et cum omnibus sibi pertinentibus, constituta territorio Corneliensi, plebe S. Apolenaris de Aquavia et plebe S. Patricii, in predictis locis habendum, tenendum, cultandum, laborandum et in omnibus meliorandum. Et dare vobis debeamus pensionis nomine omni anno denarios duodecim tantum monasterio vestro. Pro eo quia exinde accepisti calciarii nomine de manu mea librum unum pro domnica vestra libras decem. Ita ut post transitum nostrum nostrorumque filiorum et nepotum tunc suprascripta res culta, laborata, vel quicquid ibi additum melioratumque fuerit ad ius et dominium predicti monasterii modis omnibus revertatur. Si quis vero partis nostre contra hanc pactionem factam temptaverit, det pars parti fidem servanti nomine pene auri libram unam, et soluta pena, maneat hec pactio firma.

Ego Albertus Dei misericordia Ravennatensis tabellio scripsi hanc pactionem.

I, 7. - Exemplar manu saec. XIII, mm. 288×238. Cf. notam n. 730.

735.

Moretani, 30 martii 1124.

Ursus eiusque uxor Bertha donationem faciunt in favorem monachorum S. Marie in Cosmedin.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Anno ab incarnatione Domini millesimo centesimo vigesimo quarto, indictione secunda, die secundo exeunte mensis martii, in vico Moredani, in ca Ursonis, temporibus Calisti pape et Henrici imperatoris. Scancto ac venerabili et beatissimo monasterio S. Marie in Cosmedin in quo nunc, Deo protegente, domnus Bonusfilius presbiter et monachus atque abbas predicti monasterii preesse

videtur. Ego quidem in Dei nomine Urso cum uxore mea Berta donatores in predicto monasterio pro oblatione et illuminatione, seu eterna remuneratione anime nostre, et presens presenti salutem facio magne donationis cartulam sanctarum scripturarum nos ratio permonet, ideo illam semper considerare atque disponere oportet, ut pro animarum meritis celestem retributionem merear promereri, credens sine dubio quod evangelica doctrina promittit, vos qui secuti estis mea precepta centuplum accipietis et vite eterne participes eritis. Qua de re ego suprascriptus Urso prono animo ac spontanea voluntate mea et uxoris mee Berte nullo nos penitus cogente neque compellente, vel vim inferrente, sed nostro proprio deliberationis arbitrio, dans damus, donamus, concedimus et proprium facimus et tradimus atque transferimus et transactamus et de nostro iure nostroque dominio et nostrorum heredum et propinquorum alienamus et transcribimus in hius et dominium suprascripti monasterii per te suprascriptum Bonumfilium venerabilem monachum atque abbatem tibi tuisque successoribus in perpetuum more salario [1] permanendas, ut quod habere et detinere videmur quodque nobis obvenit per cartulam comperationis et proprietatis, idest hoc totum quod nobis pertinet de hac clusuria in qua habito, idest quarta pars in integrum de tota clusuria cum mansionibus et edificiis, vinea vero et arbores, et cum omnibus supra se habentibus et sibi pertinentibus, omnia in omnibus, ut superius legitur, inter omnes fines eiusdem rei: ab uno latere et ab alio tene⟨n⟩t heredes Ugonis Alberii, a tercio tenet Albertus de Guidone de Berta, a quarto vero latere via currens, sita territorio Corneliensi, plebe S. Prosperi, Apolenaris in Aquavia, in fundo S. Anastasii: quantum infra hec latera permanet, damus et donamus atque tradimus predicte ecclesie in perpetuum, ut ammodo a presente die aut quandocumque volueris tu iamdictus abbas, aut tui successores, liceat vobis in predicta re in ibidem introire, et preocupare atque ingredi ex potestate per hanc paginam donationis et proprietatis a nobis in te factam atque traditam quam per legitimam et nostram corporalem traditionem, quamque etiam per istum nostrum missum nomine Petrum de Polla, quem de nostris manibus in tuis mittimus in presentia testium, qui hic scripti sunt, ut illuc veniat et predictam rem in nostra vice corporaliter tradat atque te inde corporaliter investiat habendi dominium et potestatem quieto tramite habeas, teneas cum tuis

successoribus ordinandi et disponendi more quo volueritis in eodem monasterio in perpetuum, more salario [1] permanendam sicut diximus pro remedio anime nostre. Et ab hodierno die nunquam liceat nobis neque alicui propinquorum nostrorum neque alicui homini ullo unquam in tempore quamvis exinde facere questionem, repetitionem vel causationem ullamque molestiam contra ecclesiam S. Marie in Cosmedin, neque contra abbatem, neque contra tuos successores de predicta re ex parte vel ex toto, nunquam agam vel agant, neque contendemus aut vendemus, vel occupemus, neque consensum prebebimus, non per nos, neque per nostros propinquos, neque ipsi per se, neque per sumissam personam, neque per ullum ingenium ullamque rationem contrariam, de quali humanus sensus arguere potest. Sed immo omni tempore securius et quietius cum predicto monasterio et cum successoribus tuis exinde perpetuo maneas, et auctorizare et defensare hec omnia infrascripta promittimus in perpetuum sub pena trium auri unziarum, et pena soluta, hec donatio et proprietas in perpetuum maneat firma. Quam vero ego Petrus Imolensis tabellius qui congnominor Argentensis rogatus coram testibus scripsi et post traditam complevi. Testes: manus investitor Petrus de Polla, Rainaldinus de Isnardo, Albertus de Randuzo, Rizardus Imolensis, Albertus faber, Ugo de Gandulfo, Albertinus Maletalliatus, Guido Balbo, Ugo de Guillelmo, Iohannes Fasolus.

Signum manuum donatorum rogaverunt et fecerunt et laudaverunt atque firmaverunt omnia infrascripta, sicut hic legitur.

Signum manuum testium rogati ad omnia suprascripta laudaverunt et firmaverunt hec omnia suprascripta, sicut hic legitur.

I, 8. - Exemplar manu saec. XIII, mm. 276×221. Cf. notam n. 730.

[1] *Textus refert* solario

736.

[Ad S. Cassianum], 13 (?) martii 1135.

Monachi S. Donati Petro, Martino et Orlando concedunt in emphytheusim viginti arvi tornaturias de fundo Maluta.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno eius incarnationis millesimo centesimo trigesimo quinto, indictione tertia decima, die tertio decimo (?) mensis martii, in claustro mona-

sterii S. Donati, tempore In⟨no⟩centii pape et Leuterii regis. Ego Albertus presbiter et monacus adque abbas S. Donati una cum consensu monacorum et quotquot viventium eiusdem monasterii scimilliter (?) in viginti novem annis ad renovandum vobis presentibus Petro et Martino et Orlando vestris (?) uxoribus Marie et Drute et Faite vestrisque heredibus viginti turnaturias terre laboratorie in fundo qui vocatur Maluta, territorio Corneliensi, plebe S. Marie in Selustra : ab uno latere tene⟨n⟩t filii Alberici, ab alio Lisa Naltini (?) a tercio li Balduini, a quarto via percurrentis ; quantum infra latera permanet cum omnibus sibi pertinentibus concedo vobis vestrisque heredibus ad habendum, tenendum, possidendum in supradictis (?) annis ad renovandum. Ita sane ut inferatis michi meisque successoribus terraticum et dabitis omni anno duos curros ligne (?) et omni anno tres opera cum bovibus et una cum manibus et omne Natale Domini nostri amiscere ⟨de⟩ carne cum panibus et omni anno tres denarios pro porco, tantum, ut dictum est, persolvatur. Ideo quia exinde accepi a vobis mercedis nomine septem solidos lucenses ; et insuper promitto me meisque successoribus vobis vestrisque heredibus hanc rem auctorizare, observare et defensare ab omni persona ominum, eo tenore ut non sit vobis licitum vendere vel donare aut aliquem contractum inde facere, nisi in predicto modo. Si qua vero pars nostrorum aut vestrorum contra hunc libellum ire temptaverit, det pars parti fidem servanti ante omne litis initium aut interpellationem sub nomine pene auri hu⟨n⟩ius untie, post datam et sollutam penam, hic libellus maneat firmus. Quem ego Iohannes Imolensis notarius rogatus scripsi.

I, 9. - Exemplar manu saec. XIII, mm. 146×232. Erroribus scatet et difficulter legitur.

737.

Ad castrum Bollegnani, mense februario 1139.

Oddo Rodulphi canonicis S. Cassiani donat quadraginta terrae tornaturias sitas in curte de Bollegnano.

In nomine Domini nostri Iesu Christi, amen. Anno ab incarnacione eius MC triesimo nono, indictione secunda, actum in castro de Bollegnano, in mense februario, tempore Innocencii pape et Conradi imperatoris. Sancta ac beatissima venerabilis

canonica beati Cassiani in qua nunc Deo protegente venerabiles sacerdotes et levite atque boni clerici in predicta canonica preesse videntur. Ego quidem in Dei nomine Oddo Rodulfi atque Mabilia uxor mea donatores in predicta canonica pro oblacione et illuminacione seu eterna remuneracione anime patris mei Rodulfi et pro animabus nostris damus, donamus, tradimus atque transactamus et transcribimus atque subducimus in ius et dominium predicte canonice per vos canonicos acceptores, silicet Arduinum archipresbiterum, presbiter Orlandum atque domnum Arduinum vobis vestrisque fratribus atque successoribus in perpetuum more salario permanendas; idest quadraginta tornaturias terre pro uno manso que sunt posite in curte de Bollengnano in sex fundis. Una pecia terre cum vinea super se habente est in fundo de Bollegnano per caput mansi quam tenet Petrus Raynerii: ab uno latere est Silicis, ab alio tenet monasterium S. Adalberti, a tercio Randulfus Villane, a quarto Albertus Guidonis. In fundo Barbarani est unam peciam terre: ab uno latere est limes, ab alio latere tenet Paulus tabellius, a tercio predicti donatores, a quarto Vivianus de Bafathi. In fundo Scalpi est unam peciam terre: a primo latere tenet Ugo Gandulfi, a secundo est via, a tercio heredes Athalasie, a quarto Arardus Gandulfi. In fundo Cereti est unam peciam terre: a primo latere tenet Ugo Gandulfi, a secundo est strata, a tercio tenet Attus, a quarto tenet Albertus Guidonis. In fundo de Trentula est unam peciam terre: ab uno latere est Silicis, ab alio latere tenent iamdicti donatores, a tercio ospitalis, a quarto heredes Girardi de Guillarino. In Lacuna Iusta est unam peciam terre: ab uno latere est Gamelaria, a secundo Isnardus Alberti de Prungna, a tercio Arardus de Elia, a quarto tenent iamdicti canonici. Infra hec latera predicte tornaturie XL permanent cum omnibus sibi pertinentibus infra se et super se habentibus, territorio Corneliensi, plebe S. Apollenaris Aquevive, sive in alia plebe si non sunt complete XL tornaturie terre in predictis fundis, promittimus adimplere in Lacuna Iusta vel in Runco Geminiano. Ut a presente die aut quandocumque volueritis, liceat vobis iamdictis canonicis in predictis peciis terre introire et preoccupare atque ingredi ex potestate eciam per istum nostrum missum nomine Gandulfo ut corporaliter nostra vice vos investiat habendi dominium et potestatem habeatis, teneatis, possideatis ordinandi et disponendi in eadem canonica permanendas, sicut diximus,

pro remedio animarum nostrarum et pro anima patris mei Rodulfi. Et deinceps non liceat nobis iamdictis donatoribus neque nostris filiis et heredibus de predictis quadraginta tornaturiis terre facere litem vel molestiam generare contra predictam canonicam, neque contra vos canonicos, neque contra vestros successores, sed securi et quieti exinde maneatis in perpetuum; auctorizare et defensare promittimus vobis vestrisque successoribus predictas res contra omnes homines cum racione: si non fecerimus et contra hec ire vel agere aut contendere voluerimus, tunc daturi nos promittimus nostrosque heredes vobis vestrisque successoribus sub pena unius libre auri, et pena soluta, hec cartula donacionis maneat firma.

Ego Oddo Rodulfi et uxor mea Mabilia firmavimus hec.

Testes presbiter Dominicus ex castro de Bolegnano, presbiter Albertus S. Marie, Gandulfus Villane manus investitor, Ugo Gandulfi, Iohannes Raynerii, Agustinus, Iohannes Michinelli, Girardus Alberti Girarduci, Cavalittus isti fuere ad omnia suprascripta.

Ego Iohannes notarius Corneliensis Ecclesie scripsi hec.

I, 10. - Orig., mm. 330×265.

738.

[Ad S. Cassianum], 29 iulii 1140.

Instrumentum aedificationis ecclesiae S. Georgii.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Ab incarnatione eius anno millesimo centesimo quadragesimo, tempore Innocencii pape et Conradi regis, die tertio exeunte mensis iulii, indictione tertia, iuxta stratam Petrosam desubtus, prope pontem S. Georgii. Dum adessem ego quidem in Dei nomine Leo S. Cassiani notarius in predicto loco, et ibi mecum boni viri quorum nomina sunt hec: Albertus Guidonis Athalasie, Petrus Ramberti, Errus, Ugo de Francia, Ugo Mazo, Baldolus Muthilione, Folpretus, Fuscolus, Clarius Maurini, Citius, Tedericus Ramundi, Petrus Mainardi, Redulfinus Raccii, Novolinus et Ugo faber et Tassaduro et Albertinus castaldus et aliorum plurimum in istorum omnium presentia et mea venerunt canonici S. Cassiani, scilicet presbiter Gerardus et presbiter Orlandus, Ardovinus cantor et Ubaldus diaconi, et Gotifredus et Albericus de Salustria subdiaconi et dixerunt: Nos edificamus hic ecclesiam S. Georgi ad

honorem Dei et beate Marie Virginis et beati Cassiani et ad honorem domini episcopi et ad honorem et utilitatem canonicorum et nostrorum successorum, et lapidem benedictum ponimus, et precipimus domno Stemperato nostro converso rectori hospitalis et Albertino castaldo nostro ut pro nobis supersint operi et faciant laborare deinceps, et michi Leoni notario supradicta omnia scribere mandaverunt.

[ST]. Ego Leo S. Cassiani notarius subscripsi omnia supradicta.

I, 11. - Orig., mm. 328×185.

739.

Imolae, 15 augusti 1140.

Instrumentum donationis factae in favorem Imolensium.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnacione eius millesimo centesimo quadragesimo, temporibus Innocencii pape et Choradi electi regis, die quinto decimo mensis augusti,[1] Ymole, in cimiterio S. Laurencii, indictione tercia. Nos quidem in Dei nomine Arardus Gandulfi, Accarisius Ubertini,[2] Arardus Balbus, Arardus Guilelmini, Spinabellus frater eius, Guido Guidonis Ramberti, Bazalerius[3] frater eius, Rigo Ubaldi, Rambertinus frater eius, Bretamus de Rigo, Rigo Philgirardi, Bernardus Philgirardi; nos quidem omnes insimul pro nobis et pro consortibus nostris damus et donamus vobis Iohanni iudici et Mariscotto atque Petro Guarino,[3] et Ubertino Ugonis Ildrebandi et Ugoni de Bonpetro atque Bennoni Trepaldo et Guidoni Bricie et Gerardo Macerade consulibus Ymole acceptoribus pro vobis et pro aliis consulibus consotiis vestris et pro toto Immolensi populo qui nunc in pleno aringio est, et pro omnibus qui modo Imole habitant et in antea habitaturi sunt in perpetuum; idest silvam que dicitur de Bagnarola cum terra quam occupat, in quibuscumque fundis sit, a limite S. Pauli usque ad paludem, ut vos Imolenses habeatis et teneatis predictam silvam et terram ad ducendum cum carro et asinis sine stirpatico, et quicquid vobis Imolensibus et aliis qui venturi sunt de predicta terra et silva placuerit in perpetuum faciendum. Hoc enim facimus pro maximo amore quem in vos habemus, et quia bene nos adiuvastis de nostro negotio. Quod ab hinc in antea non

liceat nobis neque nostris filiis et heredibus ullo umquam in tempore de iamdicta re facere questionem reppeticionem, causacionem aut aliquam contrarietatem vel interdictionem, aut molestiam vel querimoniam vobis Imolensibus aut vestrisque filiis et heredibus, neque per nos, neque per nostros filios vel heredes, neque per aliquam personam a nobis submissam vel submittendam, neque in placito, neque extra placitum, neque quolibet modo. Promittimus preterea dictam rem ab omni persona hominum auctorizare et defensare et hanc donationem firmam tenere vobis consulibus stipulatoribus pro totis Immolensibus qui modo Immole habitant et in antea habitaturi sunt in perpetuum. Et si contra fecerimus vel nos aut nostri heredes et si omnia, que superius leguntur, non observaverimus, tunc promittimus nos nostrosque filios et heredes daturos penam vobis stipulatoribus pro omnibus Immolensibus qui modo sunt vel in antea erunt, penam quidem tres libras auri, et post solutam penam, hec omnia in perpetuum maneant firma. Que omnia scripsi ego Pizolus Immolensis notarius. Actum est hoc in maximo et pleno aringio Immolensis populi et in presencia archiepiscopi Cuniensis comitis et suorum millitum qui secum aderant.

I, 13. - Exemplar, mm. 629×313, ex originali desumptum, cui accedunt authenticationes die 14 iunii 1245 a Gilio, Rodulpho, Rustiguello, Atendorege, Francisco, Matthaei Brigentii et Rodulpho de Ponzano notariis, Imolae factae auctoritate et mandato Rodulphi Ponzano iudicis ordinarii, sicut apparet per privilegium sibi a domino Friderico Romanorum imperatore concessum coram Zacharia domini Rainaldini de Guatarella de Ferraria, Viviano Nomai, Ioanne Gisae, Matthaeo Sinibaldi et aliis pluribus testibus. = I, 12. - Aliud exemplar manu saec. XIII, mm. 328×202, absque authenticatione. = Tertium exemplar invenitur in Libro rubro, c. 56, authenticatum a Rodulpho sacri palatii notario; cf. notam n. 731. — Alberghetti, I, 107; Savioli, I, par. II, n. 124.

[1] *Secundum exemplar* die mensis augusti [2] *Secundum exemplar* Rugerius Ubertini [3] Bazalerius, Petro Guarino *desunt in secundo exemplare.*

740.

Trentulae, 1 iulii 1141.

Iuramentum quo Guarinus eiusque nepotes se adstringunt salvandi et iuvandi iura communitatis Imolae.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno eius incarnationis millesimo centesimo quadragesimo primo, indictione

quarta, die primo mensis iulii, iuxta castrum de Trentula inter alberos. Notitia recordationis qualiter ego Guarinus et nepotes mei, silicet Ugo et Orlandus et Drudulus iuramus hominibus Imolę de civitate et de burgis vitam et membrum et captionem et omnia bona que habent et tenent et adquirere debent ratione vel bono usu adiuvare et salvare et retinere, et si perdiderint, recuperare contra omnes homines per bonam fidem sine fraude, et cives esse in perpetuum. Quando guerram habuerint, per communem studiose habitare et cum illis esse usque ad finitam guerram, et quando guerram non habuerint, duos menses habitare per singolas annos, et insuper castrum Trentule illis dedimus, et ibi ubi erat, vel in toto fundo Trentule, ipsum vel alium non faciemus in perpetuum sine data parabola consulum in aringio; et si tunc temporis consules non erunt sine data parabola hominum, de unaquaque contrata in aringio similiter non faciemus. Hec omnia supradicta in perpetuum promittimus firmum tenere sub pena quinque librarum auri. Hoc factum est in presentia Ugonis Petri Bulgari et Rambertini fratris sui et Bulgarelli filius Alberti Bulgari et Arardi Balbi et Iohannis iudicis et Giberti Ugonis Ildebrandi, Ubaldi Alberti Albricii, Mariscotti, Ugonis Martignani, Ugonis Bonipetri et Petri Guarini, Martignonis et consulum Medicine Petri Balde, Petri Operti et aliorum plurium quod longum est enumerare, et me presente Iohanne Immollensi notario qui rogatus scripsi.

I, 14. - Orig., mm. 184×190. Doc. 15 huius fasc. reperitur sub n. 564. — Savioli, I, par. II, n. 126.

741.

[Bononiae], 24 martii 1154.

Testificationes adductae in controversia exorta inter Imolenses cives et Marsilium quondam Macagnani circa ripaticum in portu Trexenti.

[ST]. In nomine summe et individue Trinitatis. Anno Domini millesimo centesimo quinquagesimo quarto, nono kalendas aprelis, indictione secunda. Controversiam et litem inmensam Marsilius filius quondam Macagnani nomine filiorum Rainutini de Ionatello privignorum suorum adversus Imolenses movebat

dicens ex usu longinquo et more predecessorum ab Imolensibus in portu Trexenti predictis filiis Rainucini ripaticum deberi, quod prorsus utique Imolenses diffitebantur. Hanc quidem controversiam et querelam dominus Guido Rainerii de Sasso, Dei gratia Bononiensium potestas et rector, suscepit et utriusque partis rationes per testes vel consuetudinem vel argumenta, que possent ostendere, se videre disposuit ex quorum supradictorum Imolensium parte tales testes producti fuerunt qui iurato dixerunt: Quorum primus extitit Gerardus de Maxerata qui et iurato dixit quod sepe per portum transitum habuit, Ionatello presente et filio eius et etiam aliis aliquando dominis, et nec eis quesitum fuit neque dedit ripaticum, et cum negotiatoribus piscium Imolam rediit, et nec vidit eos dare, nec ab eis peti, nec dederunt. Iohannes Auca dixit quod a triginta annis emptor piscium, aliquando presente Ionatello, aliquando presentibus hominibus portus, pisces portavit et nec ab eo petitum fuit ripaticum, neque dedit, nec a sotiis dari vidit nec audivit. Biccus dixit idem presentibus hominibus portus. Mercator emptor piscium similiter dixit quod, presente Ionatello, quandoque tres somas piscium quandoque quinque portavit, et neque dedit ripaticum, nec ab eo quesitum fuit, nec umquam audivit quod Zatellus sotius eius aliquid dedisset, neque ei conquestus est. Hoc autem dixit ideo quia ab adversa parte proferrebatur Zatellum dedisse. Ugo de Russa dixit quod ipse similiter emptor sepissime portavit pisces presentibus hominibus portus, et neque a se nec a nuntiis suis petitum fuit, nec dedit, nec audivit quod umquam dedisset. Iambonellus dixit idem qui erat emptor piscium. Gibertinus negotiator dixit quod per portum transiens, in domo Bonipetri ospitatus, neque dedit ripaticum, nec ab eo petitum fuit, nec umquam audivit quod Imolenses pisces dedissent. Petrus Plumatius dixit quod ipse negotiator transiens nunquam detit et quod Imolenses contra de piscibus numquam dederunt. Petrus Capellus negotiator dixit idem contra de piscibus. Pinzarone, Blancus, Ugo Rozone, Grittus, Marcus, Alexius, Ugo Zamfone, Bontius, Iohannes Gatto, Luterius, Savarisius, Ursolus, Nichola, Martignanus, Ungarellus omnes isti negotiatores idem quod et superiores iurato dixerunt. Bulgarus Alberti de Bulgaro dominus eiusdem portus dixit quod nec vidit nec audivit quod Imolenses umquam ripaticum dedisse(n)t vel eis ablatum fuisset, et nec ipse umquam habuit qui habere de-

berent, si eis ablatum fuisset. Pelegrinus dixit idem, Mariscottus, Mascarone, Iohannes Bonvinus dixerunt idem quod et superiores. Adversarii autem suos testes produxerunt, quorum duo dixerunt quod de piscibus Imolensium asinariis abstulerunt, quod autem alii dixerunt quod audierunt ripaticum ablatum fuisse Imolensibus; quidam alii dixerunt quod ripat⟨ic⟩um auferebatur, sed quibus nescit. His visis et auditis testibus utriusque partis, et a Iohanne de Rambertino potestate Imole sacramento calumpnie prestito, ab adversa autem parte recusato, taliter dominus Guido, Dei gratia Bononiensium potestas, pronuntiavit: Ego Guido Rainerii de Sasso, Dei gratia Bononiensium potestas et rèctor, consilio sapientium meorum, cognitor controversie que vertitur inter Imolenses et filios Rainutini de Ionatello privignos Marxilii de ripatico Trexenti, visis et auditis testibus utriusque partis et a potestate Imole sacramento calumpnie prestito, ab adversa autem parte recusato, absolvo Imolenses ab omni ripatici portus Trexenti in transitione tam piscium quam aliarum rerum, quam movebat Marxilius nomine filiorum Rainucini privignorum suorum. Actum in domo predicte potestatis bononiensis, indictione predicta.

Dominus quidem Guido Rainerii de Sasso, Dei gratia Bononiensium potestas et rector, sicut supra legitur, scribere rogavit.

Bulgarus causidicus et legis doctor et Martinus Gosia, Ugo de Albrico Ponte Ravennatis et Iacobus causidicus, Guido Rainerii de Guezone, Albertus de Coregio et prepositus Sessi, Odericus de Macagnano et Rodulfus de Guarino et Guido Perticonis, et Scogoza Previthe, Gerardus de Gisla et Rolandus Landulfi et Petrus de Porta Steri et Gerardotius, Tedericus de Azone de Faventia et Ṭedericus de Guilielmo et Gerardus de Farulfo et Guido Ramberti et Manfredus de Taibano et Henricus frater eius et Isnardus de Rustico castri Imole, et Episcopus de Farulfo et Malpillus et Bazalerius filius eius et Galeranus et Albertus de Arardo de Latherclo et Rolandus de Belina et Barrabanus et alii quam plures testes interfuerunt.

[ST]. ⟨Ego⟩ Rolandinus Bononiensis et potestatis notarius Gerardi tabularii filius his omnibus interfui et potestatis iussione omnia, sicut supra legitur, complevi et subscripsi.

I, 17. - Orig. mm. 490×215. = Exemplar authenticatum a Rodulpho notario, reperitur in Libro rubro cc. 56 v - 57; cf. notam n. 731. — Savioli, I, par. II, n. 150.

742.

Ad S. Paulum, 25 martii 1159.

Monachi S. Mariae in Cosmedin Alberto Conte eiusque fratri Girardo concedunt in emphytheusim decem terrae tornaturias de fundo Theodotha.

In nomine Domini. Anno dominice incarnacionis MC quinquagesimo nono,[1] tempore Adriani pape et Frederici imperatoris, die septimo exeunte mense martii, indictione septima, in curte S. Pauli. Ego quidem in Dei nomine Placidus monachus cum consensu et voluntate domno meo abbate et confratrum meorum eiusdem ecclesie S. Marie in Cosmedin vobis presentibus in Christi nomine, silicet Alberto Conte et Girardo fratre suo propter libellario nomine do et concedo vobis receptoribus pro vobis et pro uxoribus vestris vestrisque filiis et heredibus; idest mediam taulam de terra que est posita in fundo qui vocatur Teodotha, estimata tornaturias decem: a primo latere Alligritto iure S. Pauli, da aliis tribus lateribus iure suprascripti monasterii nostri: infra hec latera designata rem iacet. Hec omnia cum introitu et exitu suo et cum omnibus sibi pertinentibus, sita territorio Corneliensi, plebe S. Apolenaris in Aqua via; eas res habendum, tenendum, cultandum, laborandum cum omnibus meliorandum usque ad predicti anni XX et novem ad renovandum. Et dimidiam clusuram dare debeatis nobis aut nostris sucessoribus, omnique anno pensione denarios decem et octo monete Venetie tantum. Et de altera debeatis nobis dare aut nostris successoribus terraticum de omni labore maiore modium septimum, de aliis minutis octavum, lino mannam nonam; et omni anno in Natale Domini unum amisscere, et in festivitate S. Apolenaris pullum unum et fogaciam unam. Pro eo quia accepi exinde de manibus vestris calciarii nomine solidos VI monete lucensis. Si quis vero contra hunc libellum ire temptaverimus ante prefinitum tempus qualiter superius legitur, de ambor partis[2] fidem servante non observaverimus vel non adimpleverimus, et me suprascripto Placido meisque successoribus ad vos suprascripti petitores et ad vestrisque filiis et heredibus

ab omni persona hominum auctoriare et defensare promitto. Et si non observaverimus, promitto vos dare penam nomine pene auri untias duas, et soluta pena, hoc libellum maneat firmum. Quem ego Martinus Bagnariensis notarius rogatus utriusque partis scripsci in presentia testium, idest: presbiter Petrus et insuper Uberto Ubaldini Ubaldi, Luruffo Guido de Giberto, Usvaldo testis et manus investitor, isti rogati interfuerunt testes.

I, 16. - Exemplar manu saec. XIII, mm. 274×257. Cf. notam n. 730.

[1] *Textus per errorem refert* MC quadragesimo nono. [2] *Ita refert textus.*

743.

Imolae, 25 iunii 1159.

Diploma Friderici I imperatoris in favorem Imolensium.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Fredericus divina favente clementia Romanorum imperator augustus universis imperii nostri fidelibus tam presentibus quam fucturis. Notum esse volumus quod Perogrinus de Bulgaris Immolensium rector pro universo civitatis Immole populo ad nostre maiestatis presentiam venerit, intervenientibus honorabilibus principibus nostris Nermanno[1] venerabili Verdensium episcopo nec non dilecto nostro Raynaldo cancellario, ut civitatem Immolam et omnes homines nunc et in fucturo in ea habitantes in nostra tuitione atque munimine conservanda reciperemus, et statum ipsius civitatis in integrum confirmeremus, et a iugo omnium civitatum et personarum liberaremus, benigne rogaverit et optinere meruerit. Nos itaque sola pietate miserti et preclara et honesta servitia Immolensis civitatis intuentes et considerantes, que ad gloriam et exaltationem imperialis corone semper exhibuit, meritis eius ex equo respondere cupientes, imperiali auctoritate concedimus et statuimus et presenti sanctione plene confirmamus iamdictam civitatem et omnes homines in ea nunc et in fucturo habitantes in nostra tuitione et cura perpetuo permanere et statum eiusdem civitatis ad modum aliarum civitatum cum toto suo comitatu in integrum restituimus, et ab omni iugo aliarum civitatum et personarum eam absolvimus. Nunc etiam nostre presenti sanctioni adiungimus ut quicumque ad hanc civitatem habitandam

venerit vel venire voluerit, liberam et absolutam facultatem absque omni obstaculo in ea habitandi et commorandi perpetuo habeat. Statuentes igitur precipimus ut nullus archiepiscopus, episcopus, nullus dux vel marchio, nullus comes vel vicecomes, nulla civitas, nullum castrum, nulla potestas nullave persona magna vel parva presignatam civitatem cum predictis hominibus nunc et in antea habitautibus in ea audeat inquietare vel molestiam aliquam inferre. Quicumque autem huius nostri precepti violator esse presumpserit, reus criminis maiestatis centum libram auri optimi et purissimi pro pena componat, medietatem camere nostre et medietatem predicte civitati, quod, ut verius credatur, propria manu confirmantes presentem paginam sigilli nostri impressione inferius iussimus insigniri. Signum domini Frederici Romanorum imperatoris invictissimi. [M].

Ego Bernardus sacri palacii inperialis cancellarius recognovi.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis M°C°L°VIIII^{no}, indictione VII, regnante Frederico Romanorum imperatore serenissimo, anno regni eius VII, imperii vero IIII. Datum Immole, in claustro S. Marie in Regula, VII kalendas iulii.

Scriptores referunt orig. huius diplomatis in reg. pub., fasc. I, n. 32, in quo haud invenitur. - Exemplar, mm. 520×450, reperitur in Archivo Vaticano, arm. XXXVI, t. 26, n. 2, authenticatum Imolae in sala episcopalis palatii die 3 martii 1313 de mandato fratris Matthaei episcopi, desumptum ab originali a Ieremia quondam Sancti Damiani et auscultatum a Petro, qui dicitur Rubeus de Ghirardis, Masio Guidotti de Flesso et Andrea quondam Giraldi iudicis notariis coram domino Paulo vicario dicti episcopi, Palmerio canonico maioris ecclesie Imolensis, Malgarito de Bagnaria notario dicti episcopi et Cicho de Urbe domicello et familiari dicti episcopi testibus. — Manzonius 100; Alberghetti, I, 116; Zaccaria, I, 27; Ughellus, II, 679; Savioli, I, par. II, n. 170; Böhmer, 2420; Stumpf. 3858.

[1] *Manzonius* Hermando; *Ughellus* Nermando

744.

Ad S. Paulum, 7 decembris 1159.

Monachi S. Mariae in Cosmedin Guidoni concedunt in emphytheusim viginti terrae tornaturias de fundo Pulitho.

In nomine Domini. Anno dominice incarnacionis MC quinquagesimo nono, papam nondum cognovimus, tempore Frederici

imperatoris, indictione septima, die septimo intrante mense decembris, in mansione S. Pauli. Ego quidem in Dei nomine Placidus bonus monachus cum consensu et voluntate domno meo abbate et confratrum meorum do et concedo libellario nomine tibi presenti in Christi nomine Guido aceptori pro te et uxore tua vestrisque filiis masssculis sive ad unam vestram filiam in annis advenientis viginti et novem ad renovandum; idest viginti tornaturias de terra in una taula posita in fundo qui vocatur Pulitho: a primo latere limite percurrente, a secundo et a tercio Guido de Giberto, a quarto vero ecclesia S. Pauli, territorio Corneliensi et Faventino, plebe S. Agathe; a presenti die aut quando volueris, liceat tibi Guido predictam rem accipere et introire per tradicionem et consensum istius mei missi nomine Ugo Folia ut illuc veniat et corporaliter tibi predictam rem tradat atque te inde investiat libellario nomine in mea vice. Hec omnia cum introitu et exitu suo et cum omnibus supra se et infra se et sibi pertinentibus concedimus tibi ad habendum, tenendum, possidendum, defensandum cum omnibus meliorandum in annis iamdictis ad renovandum, salva ratione domnica danda. Idest de grano modium septimum, minuto octavum, lino nono, de vino anforam quartam, et omni anno in Natale Domini spallam unam et in S. Apollenare pullos duos et fogazias et pro linareo solidos duos Venetie; hec omnia suprascripta, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia accepi a te calciarii nomine solidos decem monete lucensis pro suprascripta re. Et ego cum meis sucessoribus auctoriare et defensare promitto ab omni homine eo tenore ut non habeatis licenciam vendere vel donare neque commendare, neque per aliquem modum vel ingenium alienare nisi in ecclesia S. Pauli; et si feceritis, iste libellus sit inanis et vacuus. Si qua vero pars nostrorum contra hunc libellum ire vel agere temptaverimus, det pars parti fidem servanti nomine pene solidos viginti monete lucensis; et post data et soluta pena, hoc libellum maneat firmum, ut superius legitur. Et ego Martinus Bagnariensis notarius Dei misericordia scripsi et complevi in presencia testium, idest: Alfretini, Gualdefuso et Tusscho et Ugo Folia testis et manus investitor, isti rogati fuerunt testes.

I, 18. - Exemplar manu saec. XIII, mm. 205×200. Cf. notam n. 730.

745.

Bolongnani, 3 martii 1160.

Petrus vice Guidonis qui dicitur Valvasore monachis S. Mariae in Cosmedin donat et refutat totum tenimentum de fundo Candelara, Berthae tamen sorori viginti terrae tornaturiis servatis.

In nomine Domini. Anno dominice incarnacionis MC sexagesimo, papa nondum cognovimus, tempore Frederici imperatoris, die tercio mense martii, indictione octava, in burgo Bolongnani. Ego quidem in Dei nomine presbiter Petrus in vice et in persona et per iussionem Guido qui dicitur Valvasore et per rogatione eius cedo, trado diffinio atque refuto pro remedio anime mee et parentum meorum tibi presenti in Christi nomine Placito monacho accipienti in nomine venerabilis ecclesie S. Marie qui vocatur in Cosmedin, fundata in civitate Ravenne, et pro domno tuo abbate et confratribus tuis et successoribus et pro toto collegio eiusdem ecclesie; idest hoc totum tenimentum quod habeo et teneo et michi pertinet per quemlibet modum vel titulum vestro iure et ecclesie S. Marie in fundo qui dicitur Candelara, excepto tornaturiis viginti que relinquo Berta sorore mea, ita ut ipsa debeat servire sicuti nostri antiquiores parentes: et insuper do et concedo tibi presenti in Christi nomine Placito in tuo albitrio equm unum ad faciendum quicquid tibi placuerit, exinde a presenti die aut quando volueris liceat tibi suprascrito Placito predictam rem accipere et introire per traditionem vel consensum suprascripti mei missi nomine Petrus presbiter, quem de meis manibus in tuas mitto in presentia testium ut ipse te inde investiat; ita ut habeatis et teneatis cum vestris fratribus et successoribus in perpetuum, atque possideatis, vendicetis atque defendatis, etiam vendendi, donandi, vel commutuandi et quicquid vobis placuerit exinde faciendi cum vestris fratribus et successoribus im perpetuum. Et insuper promitto per me meosque heredes vel successores hec omnia suprascripta firma tenere sub nomine pene auri unziarum quatuor, et post soluta pena, iste contractus donationis et refutationis et diffinitionis maneat firmus, ut superius legitur. Hoc

factum est in presencia testium; idest: Girardi Conte, Iohannis Girardi, Alberti tabellii, Alberti fabri, Alberti Caroici, Rustici, Rainaldini, et presbiter Petrus testis et manus investitor; et insuper ego Martinus Bagnariensis notarius Dei misericordia rogatu scripsci et complevi in presencia suprascriptorum testium.

I, 23 b. - Exemplar manu saec. XIII; invenitur in charta sub n. 749. Cf. notam n. 730.

746.

Ad S. Paulum, 10 martii 1160.

Monachi S. Mariae in Cosmedin Alberto Balbo, eiusque uxori Calianae nec non Rodulpho de Roberga dant in emphytheusim taulam terrae sitam in fundo qui dicitur de S. Paulo in Runco.

In nomine Domini. Anni dominice incarnacionis MC sexagesimo, tempore Federici imperatoris, papam nondum cognovimus, indictione hoctava, die x intrante mense marcii, in mansione S. Pauli. Omnibus manifestum est atque congrua ratione dispositum libenter deberi eorum desideriis annuere pro quibus ad venerabiliorum locis utilitatibus meliorandique causa proficiunt. Et ideo ego quidem in Dei nomine domno Ugo venerabilis abbas et monachus regule monasterii S. Marie que vocatur in Cosmedyn fundata in civitate Ravenne una cum consensu monachorum servientium eiusdem monasterii tibi presenti in Christi nomine Alberto Balbo filius quondam Guidoni Balbi petitor pro te et pro Caliana uxore tua in duabus partibus de taula, in tertia vero portione tibi Rodulfo de Roberga vobis seu filiis ac nepotibus vestris per enfiteoticario iure a presenti die concedo et largior seu confirmo vobis rem iuris infrascripti monasterii nostri; idest taulam unam integram que est posita in fundo qui dicitur de S. Paulo in Runco qui dicitur de Alberto presbitero: a duobus lateribus limitibus percurrentibus, a tercio latere Isnardo cum nepotibus suis Martignano et Guido; hec omnia cum introitu et exitu suo et cum omnibus supra se et infra se et sibi pertinentibus, territorio Faventino ac Corneliensi, plebe S. Agathe. Hec omnia habeatis vos suprascriptis enfiteute vestrisque filiis et nepotibus ita ut omni anno in mense marcii aut infra indictione inferatis nobis aut nostris successoribus sub nomine pensionis denarium unum lucensem pro suprascriptis

rebus quas detinetis a nobis. Pro eo quia dedisti nobis calciarii nomine monete lucensis solidos hocto. Et nos suprascripti ordinatores promittimus quod auctores erimus et defensores uná cum nostris successoribus de predictis rebus vobis infrascriptis iugalibus vestrisque filiis et nepotibus non tollemus, neque enfiteoticum contractum violabimus, sed firmum ratumque tenebimus, sicut superius legitur. Et si nos prefati ordinatores aut nostris successoribus hec omnia suprascripta non observaverimus et contra egerimus, promittimus nos nostrosque successores vobis suprascriptis personis enfiteoticis vestrisque filiis et nepotibus nomine pene auri uncias duas, et postmodum maneat firmus contractus enfiteoseos, sicut superius. Hanc autem paginam enphitheosin ego Martinus Bagnariensis notarius Dei misericordia rogatu utriusque partis scripsi et complevi in presentia testium, idest: Ugo sapiens et prudens de Bagnaequum et domno Benedicto et domno Guido et domno Placidus monachi et Rainerius de Preite et Guido de Alfredo et Ugo Folia et domnus Placidus testis et manus investitor, isti rogati fuerunt testes.

I, 19. - Exemplar manu saec. XIII, mm. 330×185. Cf. notam n. 730.

747.

Ad S. Paulum, 2 marti 1161.

Monachi S. Mariae in Cosmedin Traco dant in emphytheusim quadraginta terrae tornaturias de fundis Pulitho et Candelara.

In nomine Domini. Anno dominice incarnacionis MC sexagesimo primo, tempore Allexandri pape et Frederici imperatoris, die II mensis martii, indictione nona, in loco qui dicitur S. Paulo. Ego quidem in Dei nomine domnus Petrus venerabilis presbiter et monachus atque abbas monasterii S. Marie qui vocatur in Cosmedin una per consensum monachi vel de servientibus eiusdem ecclesie tibi presenti in Christi nomine Traco petitori pro te et uxori tue Marie vestrisque filiis massculis sive ad unam vestram filiam que manere debeat servitium usque annos XX et novem ad renovandum libellario nomine concedimus vobis rem iuris infrascripti monasterii nostri: idest quadraginta tornaturias terre posite in fundo qui vocatur Pulitho et in Candelara : a primo latere limite Militholo, ab alio latere Gretullam,

ab alio Alberto Balbo, a quarto iure predicte ecclesie; in istis designatis lateribus rem permanet: hec omnia cum introitu et exitu suo et cum omnibus sibi pertinentibus, sita territorio Corneliensi et plebe S. Agathe. Eas res habendum, tenendum, possidendum, supersedendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis predictis ad renovandum: ita ut inferatis nobis decimas et terraticum de omni labore maiore modio septimo, de minuto octavo, lino manna nona, de vino anforam quartam, et non habeatis licentiam tritulare, neque vindemiare sine nostro misso, et omni anno in Natale Domini dare debeatis nobis spallam unam, et in Carnevale galinam unam, et in S. Apolenare pullos duos et fogatias duas, et hec omnia, ut dicta sunt, persolvantur tantum. Pro eo quia acepi a vobis calciari nomine solidos xx monete lucensis. Et ego cum meis successoribus una vobisscum suprascripta re auctoriare et defensare vobis promitto secundum rationem ab omni homine. Eo videlicet tenore ut non habeatis licenciam vendere, nec donare, neque commutuare, nec in commendatione alicui mittere, neque per aliquem modum vel ingenium alienare nisi nostro sensu; quod si feceritis, hic libellus sit inanis et vacuus. Si qua vero pars nostorum vel vestrorum contra hunc libellum ire vel agere temptaverit, det pars parti fidem servanti nomine pene solidos xxxx monete lucensis, et pena soluta, hic libellus maneat firmus. Quod scripsi ego Martinus Bagnariensis notarius Dei misericordia. Manus investitor fuit domnus Placidus monachus; testes vero rogati fuere Albertus Balbus, Albertinus Ugoni Gandulfi, Albertus Montanarius, Vivianus, Diesbonus, Michael, Gualdefusus, Apollonnihus, Guido de Giberto. Ugo de Bangnacavallo, isti rogati interfuerunt testis.

I, 20. - Exemplar manu saec. XIII, mm. 229×215. Cf. notam n. 730.

748.

Ad S. Paulum, 20 iulii 1162.

Monachi S. Mariae in Cosmedin Gibertolo Arardo dant in emphytheusim quadraginta terrae tornaturias de fundo Casal Pauli.

In nomine Domini. Anno dominice incarnacionis MCLXII, temporibus * * pape et Frederici imperatoris, die XII exeuntis mensis iulii, indictione X, in loco S. Pauli. Ego quidem in Dei

nomine Placidus presbiter et monachus Dei misericordia per iussionem domni mei Benedicti abbatis monasterii S. Mariae qui vocatur in Cosmedin et confratrum nostrorum per libellario iure do et concedo tibi presenti in Christi nomine Gibertolo Arardo acipienti pro te tuisque filiis liberis masculis, et si masculos non habueritis, tamen deveniat ad unam vestram filiam que manere debeat ad servitium; idest xxxx tornaturias terre posite in fundo qui vocatur Casal Pauli: a primo latere limes Pulithi, a secundo limes Serazano, a tercio latere detinet Bursalo et Rodulfo nostro iure, a quarto vero latere * *, territorio Corneliensi et plebe S. Agathe. Hec omnia concedo tibi cum introitu et exitu suo et cum omnibus sibi pertinentibus; ita ut habeas et teneas, ad habendum, tenendum, possidendum, supersedendum, laborandum, cultandum et in omnibus meliorandum in annis advenientibus xxviiii ad renovandum, salva ratione domnica danda. Ita ut omni anno inferatis nobis et nostris fratribus et successoribus terraticum de labore maiore septimo, de minuto hoctavo, de lino et cannava manna nona, et si vineam ibi pretinaveritis, de vino anforam quartam, et decimationem fideliter: et omni anno in Natale Domini spallam unam, et in Carnevale gallinam unam, et in S. Apollenare pullos duos et fogacias duas et aliud servicium secundum usum uius loci; hec omnia, ut dicta sunt, persolvantur tantum. Pro eo quia accepi a te calciari nomine solidos xx monete lucensis. Et nos suprascriptis ordinatoribus promittimus quod auctores erimus et defensores una cum nostris fratribus et successoribus usque ad predictum terminum, quod superius legitur, ad renovandum. Eo videlicet tenore ut non habeatis licentiam vendere, nec donare, neque commutuare, neque commendare, nec in commendatione alicui mittere, neque per aliquem modum vel ingenium aligenare, nisi nostro sensu et nostris fratribus et successoribus; quod si feceritis, iste libellus sit inanis et vacuus. Si qua vero pars nostrorum vel vestrorum contra hunc libellum ire vel agere temptaverit, det pars parti fidem servanti nomine pene solidos xxxx monete lucensis, et soluta pena, iste libellus maneat firmus. Quod scripsi ego Martinus Bagnariensis notarius Dei misericordia. Manus investitor fuit Vivianus Bondi; testes vero Tollolus, Villanellus Arardoli, Rodulfinus Ormanetti, Berardus Peroli, Albertus Ugoni Gandulfini; isti rogati interfuere testes.

I, 22. - Exemplar manu saec. XIII, mm. 298×184. Cf. notam n. 730.

749.

Ad S. Paulum, 20 iulii 1162.

Monachi S. Mariae in Cosmedin Berardo Peruli dant in emphytheusim quadraginta terrae tornaturias de fundo Cardetho.

In nomine Domini. Anno dominice incarnationis MCLXII, temporibus * * pape et Frederici imperatoris, die XII exeunte mensis iulii, indictione X, in loco S. Pauli. Ego quidem in Dei nomine Placidus presbiter et monachus gratia Dei per iussionem domni mei Benedicti abbatis monasterii S. Marie qui vocatur in Cosmedin et confratrum nostrorum per libellario iure do et concedo tibi presenti in Christi nomine Berardo Peruli accipienti pro te tuisque propriis filiis masschulis, et si filios masculos non habueritis, deveniant ad unam vestram filiam que manere debeat ad servitium; idest XXXX tornaturias terre posite in fundo qui vocatur Cardetho: a primo latere limes Candelara, a secundo limes Gazoli, a tercio detinet Ricus de Iudice Bonvino nostro iure, a quarto * *, territorio Corneliensi et plebe S. Agathe. Hec omnia concedo tibi cum introitu et exitu suo et cum omnibus sibi pertinentibus, ita ut habeas et teneas ad habendum, tenendum, possidendum, supersedendum, laborandum, cultandum et in omnibus meliorandum in annis advenientibus XX et VIIII ad renovandum, salva ratione domnica danda. Ita ut omni anno inferatis nobis teraticum de labore maiore septimo, de minuto hoctavo, de lino et canneva nona manna, de vino, si vineam ibi pretinaveritis, anforam quartam, et omni anno in Natale Domini spallam unam, et in Carnevale gallinam unam et in S. Apolenare pullos duos et fogatias duas, et decimacionem et aliud servitium secundum usum huius terre; hec omnia, ut dicta sunt, persolvantur tantum. Pro eo quia accepi a te calciarii nomine solidos XX monete lucensis. Et nos suprascriptis ordinatoribus promittimus quod autores erimus et defensores uná nobiscum cum nostris fratribus et successoribus usque ad predictum terminum, quod superius legitur, ad renovandum. Eo videlicet tenore ut non habeatis licentiam vendere, nec donare, neque commutuare, neque commendare, nec in commendatione alicui

mittere, neque per aliquem modum vel ingenium aligenare nisi nostro sensu. Quod si feceritis, iste libellus sit inanis et vacuus. Si qua vero pars nostrorum vel vestrorum contra hunc libellum ire vel agere temptaverit, det pars parti fidem servanti nomine pene solidos xxxx monete lucensis, et soluta pena, iste libellus maneat firmus. Quod scripsi ego Martinus Bagnariensis notarius Dei misericordia. Manus investitor fuit Albertus Ugoni Gandulfi, testes vero Tollolus, Rigolus de Iudice Bonvino, Rodulfinus Ormanitti, Villanellus Arardoli, Bemcarus, Vivianus Bondi, Gibertolus Arardoli, Apollonius; isti rogati interfuerunt testes.

I, 23 a. - Exemplar saec. XIII, mm. 595×157. Cf. notas nn. 730, 745.

750.

Ad S. Paulum, 20 iulii 1162.

Monachi S. Mariae in Cosmedin Rigolo de Iudice Bonvino concedunt in emphytheusim quadraginta terrae tornaturias computandas de fundis Casal Pauli et Carditho.

In nomine Domini. Anno dominice incarnacionis MCLXII, temporibus * * pape et Frederici imperatoris, die XII exeuntis mensis iulii, indictione x, in loco S. Pauli. Ego quidem in Dei nomine Placidus presbiter et monachus gratia Dei per iussionem domni mei Benedicti abbatis monasterii S. Marie qui vocatur in Cosmedin et confratrum nostrorum per libellario nomine do et concedo tibi presenti in Christi nomine Rigolo de Iudice Bonvino acipienti pro te tuisque propriis filiis masschulis et si masschulos non habueritis deveniat ad unam vestram filiam que manere debeat ad servitium; idest xxxx tornaturias terre in fundo qui vocatur Casal Pauli, et si ibi adimplere non potuerimus, adimplere debeamus in fundo qui vocatur Carditho: a primo latere limes Pulithi, a secundo limes Serazani, a tercio latere detinet Bemcharo nostro iure, a quarto vero latere * *, territorio Corneliensi et plebe S. Agathe. Hec omnia concedo tibi cum introitu et exitu suo et cum omnibus sibi pertinentibus, ita ut habeatis et teneatis ad habendum, tenendum, possidendum, supersedendum, laborandum, cultandum et in omnibus meliorandum in annis advenientibus XXVIIII ad renovandum,

salva ratione domnica danda; ita ut omni anno inferatis nobis et nostris fratribus et successoribus terraticum de labore maiore septimo, de minuto octavo, de lino et cannava manna nona, et si vineam ibi pretinaveritis, anforam quartam; et insuper omni anno in Natale Domini spallam unam et in Carnevale gallinam unam et in S. Apolenare pullos duos et fogatias duas et aliud servitium secundum usum huius terre; hec omnia, ut dicta sunt, persolvantur tantum. Pro eo quia accepi a te calciarii nomine solidos xx monete lucensis. Et nos suprascriptis ordinatoribus promittimus quod auctores erimus et defensores uná cum nostris fratribus et successoribus usque ad predictum terminum, quod superius legitur, ad renovandum. Eo videlicet tenore ut non habeatis licentiam vendere, nec donare, neque commutuare, neque commendare, nec in commendatione alicui mitte(re), neque per aliquem modum vel ingenium aligenare nisi nostro sensu; quod si feceritis, iste libellus sit inanis et vacuus. Si qua vero pars nostrorum vel vestrorum contra hunc libellum ire vel agere temptaverit, det pars parti fidem servanti nomine pene solidos xxxx monete lucensis, et soluta pena, iste libellus maneat firmus. Quod scripsi ego Martinus Bagnariensis notarius Dei misericordia. Manus investitor fuit Albertus Ugoni Gandulfi. Testes vero Tollolus et Villanellus Arardoli, Rodulfinus Ormanitti, Berardus Peroli et Vivianus Bondi, Apollonnius; isti rogati interfuerunt testes.

Et insuper decimationem fideliter.

I, 24a. - Exemplar manu saec. XIII, mm. 836×220. In hac chartha alia duo subsequentia instrumenta continentur. Cf. notam n. 730.

751.

Ad S. Paulum, 20 iulii 1162.

Monachi S. Mariae in Cosmedin Villanello Arardoli concedunt in emphytheusim quadraginta terrae tornaturias in fundo Casal Pauli sitas.

In nomine Domini. Anno dominice incarnacionis MCLXII, temporibus * * pape et Frederici imperatoris, (die) duodecimo exeunte mensis iulii, indictione x, in loco S. Pauli. Ego quidem in Dei nomine Placidus monachus et presbiter gratia Dei per

iussionem domni mei Benedicti abbatis de ecclesia S. Marie qui vocatur in Cosmedin et confratrum nostrorum per libellario iure do et concedo tibi presenti in Christi nomine Villanello Arardoli accipienti pro te et pro tuis filiis liberis massculis, et si massculos non habueritis, tamen deveniat ad unam vestram filiam que manere debeat ad servitium ; idest xxxx tornaturias terre que sunt posite in fundo qui vocatur Casal Pauli : a primo latere limes Pulithi, a secundo limes de Serazano, a tercio detinet Gibertus Arardoli, a quarto vero latere * *, territorio Corneliensi et plebe S. Agathe. Hec omnia concedo tibi cum introitu et exitu suo et cum omnibus sibi pertinentibus : ita ut habeas et teneas ad habendum, tenendum, possidendum, supersedendum, laborandum, cultandum et in omnibus meliorandum in annis advenientibus xxviiii ad renovandum, salva ratione domnica danda. Ita sane ut inferatis nobis terraticum de labore maiore septimo, de minuto hoctavo, de lino et canneva manna nona, et si vineam ibi pretinaveritis, anforam quartam, et decimacionem fideliter, et aliud servitium secundum usum huius terre, hec omnia, ut dicta sunt, persolvantur tantum. Pro eo quia accepi a vobis calciarii nomine solidos xx monete lucensis; et nos suprascriptis ordinatoribus promittimus, quod auctores erimus et defensores uná cum nostris fratribus et successoribus usque ad predictum terminum, quod superius legitur, ad renovandum. Eo videlicet tenore ut non habeatis licenciam vendere nec donare, neque commutuare, neque commendare, nec in commendacione alicui mittere, neque per aliquem modum vel ingenium aligenare nisi nostro sensu et nostris fratribus et successoribus. Quod si feceritis, iste libellus sit inanis et vacuus. Et insuper omni anno in Natale Domini spallam unam et in Carnevale gallinam unam et in S. Apollenare pullos duos et fogatias duas et aliud servitium, sicut superius legitur. Si qua vero pars nostrorum vel vestrorum contra hunc libellum ire vel agere temptaverit, det pars parti fidem servanti nomine pene solidos xl monete lucensis, et soluta pena, iste libellus maneat firmus. Quod scripsi ego Martinus Bagnariensis notarius Dei misericordia. Manus investitor fuit Ugo de Bagnacavallo ; testes vero Albertus Ugoni Gandulfi, Tollolus, Rigolus de Iudice Bonvino, Rodulfinus Ormanitti, Bemcarus, Vivianus Bondi, Gibertolus Arardoli, Apollonius; isti rogati interfuerunt testes.

I, 24 b. - Exemplar manu saec. XIII. Cf. notas nn. 730, 750.

752.

Ad S. Paulum, 20 iulii 1162.

Monachi S. Mariae in Cosmedin Bencaro in emphytheusim concedunt quadraginta terrae tornaturias de fundis Casal Pauli et Cardetho computandas.

In nomine Domini. Anno dominice incarnacionis MCLXII, temporibus * * pape et Frederici imperatoris, die XII exeuntis mensis iulii, indicione X, in loco S. Pauli. Ego quidem in Dei nomine Placidus presbiter et monachus gratia Dei per iussionem domni mei Benedicti abbatis ecclesie S. Marie qui vocatur in Cosmedin et confratrum nostrorum eiusdem ecclesie per libellario iure do et concedo tibi presenti in Christi nomine Bemcaro accipienti pro te tuisque et heredibus propriis massculis,[1] et si filios massculos non habueritis, deveniat ad unam vestram filiam que manere debeat ad servitium; idest XXXX tornaturias terre que sunt posite in fundo qui vocatur Casal Pauli; et si ibi non potuerimus adimpleri, adimplere debeamus tibi in fundo Cardetho: a primo latere limes Pulithi, a secundo limes Serazano, a tercio detinet Villanello nostro iure, territorio Corneliensi et plebe S. Agathe. Hec omnia concedo tibi cum introitu et exitu suo et cum omnibus sibi pertinentibus ita ut habeatis et teneatis ad habendum, tenendum, possidendum, supersedendum, defensandum, laborandum et in omnibus meliorandum in annis advenientibus XX et novem ad renovandum, salva ratione domnica danda. Ita ut omni anno inferatis nobis terraticum de labore maiore septimo, de minuto hoctavo, de lino et canneva manna nona, de vino anforam quartam, si vineam ibi pretineveritis, et decimacionem fideliter; et omni anno in Natale Domini spallam unam, et in Carnevale gallinam unam et in S. Apolenare pullos duos et fogatias duas, et aliud servitium secundum usum huius terre; hec omnia, ut dicta sunt, persolvantur tantum. Pro eo quia acepi a te calciarii nomine solidos XX lucenses: et nos suprascriptis ordinatoribus cum nostris successoribus auctores erimus et defensores usque ad predictum terminum, quod superius legitur, ad renovandum. Eo videlicet tenore ut non

habeatis licenciam vendere, nec donare, nec in commendacione alicui mittere, neque per aliquem modum vel ingenium aligenare nisi nostro sensu. Quod si feceritis, iste libellus sit inanis et vacuus. Si quam vero pars nostrorum vel vestrorum contra hunc libellum ire vel agere temptàverit, det pars parti fidem servanti nomine pene solidos xxxx lucenses, et soluta pena, iste libellus maneat firmus. Quod scripsi ego Martinus Bagnariensis notarius Dei misericordia. Manus investitor fuit Usvaldo, Tollolus, Villanellus Arardoli, Rodulfinus Ormanetti, Berardus Peroli, Vivianus Bomdi, Albertus Ugoni Gandulfi; isti rogati interfuerunt testes.

I, 24 c. - Exemplar manu saec. XIII. Cf. notas nn. 730, 750.
[1] *Ita habet textus.*

753.

Ad S. Paulum, 27 iulii 1162.

Monachi S. Mariae in Cosmedin Gerardo Quarnenti dant in emphytheusim quadraginta terrae tornaturias de fundo Casal Pauli.

In nomine Domini. Anno dominice incarnacionis MCLXII, temporibus * * pape et Frederici imperatoris, die v exeuntis mensis iulii, indictione x, in loco S. Pauli. Ego quidem in Dei nomine Placidus presbiter et monachus gratia Dei in persona domni mei Benedicti et per iussionem eius et confratrum nostrorum monasterii S. Marie qui vocatur in Cosmedyn per libellario iure do et concedo tibi presenti in Christi nomine Gerardo filius quondam Quarnenti acipienti pro te tuisque propriis filiis liberis masculis, et si filios masculos non habueritis, deveniat ad unam vestram filiam que manere debeat ad servitium, idest xxxx tornaturias terre que sunt posite in fundo qui vocatur Casal Pauli: a primo latere limes Pulithi, a secundo limes Tauluzo, a tercio iure predicte ecclesie S. Marie qui vocatur in Cosmedin, territorio Corneliensi et plebe S. Agathe. Hec omnia concedo tibi cum introitu et exitu suo et cum omnibus sibi pertinentibus; ita ut habeas et teneas ad habendum, tenendum, possidendum, defensandum, supersedendum, cultandum et in omnibus meliorandum in annis advenientibus xx et novem ad

renovandum; salva ratione domnica dandam. Ita ut omni anno inferatis nobis terraticum de labore maiore septimo, de minuto hoctavo, de lino et cannava manna nona, de vino, si vinea ibi pretinaveritis, anforam quartam et decimationem fideliter, et omni anno in Natale Domini spallam unam et in Carnevale gallinam unam, et in S. Apollenare pullos duos et fogacias duas et aliud servitium secundum ⟨usum⟩ huius terre. Hec omnia, ut dicta sunt, persolvantur tantum. Pro eo quia accepi a te calciarii nomine solidos xx lucences. Et nos suprascriptis ordinatoribus promittimus quod auctores erimus et defensores uná cum nostris fratribus et successoribus usque ad predictum terminum, quod superius legitur, ad renovandum. Eo videlicet tenore ut non habeatis licentiam vendere nec donare, neque in commendatione alicui mittere neque per aliquem modum vel ingenium aligenare nisi nostro sensu; et si feceritis, iste libellus sit inanis et vacuus. Si qua vero pars nostrorum vel vestrorum contra hunc libellum ire vel agere temptaverit, det pars parti fidem servanti nomine pene solidos xxxx lucenses, et pena soluta, iste libellus maneat firmus. Quod scripsi ego Martinus Bagnariensis notarius Dei misericordia. Manus investitor fuit Albertus Ugoni Gandulfi; testes vero presbiter Anproinus et monachus, Martinus Bonaldi, Bursolus, Ugolinus Petri Montanarii, Rodulfo Scharitho, Apollonius.

I, 21. - Exemplar manu saec. XIII, mm. 234×195. Cf. notam n. 730.

754.

Ravennae, 1 martii 1163.

Arpinus quondam Tiberti filius petit a monachis S. Mariae in Cosmedin ut sibi concedant quadraginta terrae tornaturias de fundis Taudotha et Candelaria computandas.

☧ In nomine Domini. Anno ab incarnacione eius millesimo centesimo sexagesimo tercio, die primo mensis martii, indictione undecima, Ravenne, in claustro monasterii S. Marie in Cosmedin. Peto a te domno Benedicto abbate suprascripti monasterii cum consensu monachorum eiusdem monasterii uti michi presenti Arpino filio quondam Tiberti petitori pro me seu filiis et ne-

potibus meis per henfiteosin concedas michi; idest quadraginta tornaturias terre; unam pectiam positam in fundo Taudotha, et supra ipsam petiam postquam mensurata fuerit, adimplebitis michi in fundo Candelaria quousque habuero quadraginta tornaturias terre ad perticam decimpedam modo currentem ipsius plebis, cum terris, campis, arbustis, arboribus cum introitu et exitu suo atque cum omnibus sibi pertinentibus positas in suprascripto fundo Taudotha nominata pectia, et suprascripto fundo Candelaria, plebis S. Agathe, territorio Corneliensi: a primo latere illius pectie, quod est in suprascripto fundo Taudotha, Gredulla, a secundo tenet Iohannes Debbo, a tercio limes Maserate, a quarto limes suprascripti fundi Candelarie. A primo latere de illa de Candelaria, suprascripta Gredulla, a secundo Bomvini tenente nostro iure, a tercio et quarto ius suprascripti monasterii vestri: hec omnia suprascripta latera sunt iuris vestri monasterii. Dum michi superius nominato petitori seu filiis et nepotibus meis divina gratia in hac luce iusserit permanere vitam concedis et largis seu confirmas nobis res iuris vestri monasterii habendas, tenendas, possidendas, defensandas et in omnibus meliorandas ad renovandum. Et dare vobis debeamus omni anno in mense martii aut infra indictione pensionis nomine denarios lucenses sex tantum. Et non liceat michi, neque meis filiis et nepotibus predictas res vendere, nec donare, nec commutuare, nec alicui contractum facere in aliquem, neque alicui venerabili loco reli⟨n⟩quere nisi monasterio nostro. Pro calciario solidos quadraginta denariorum lucensium: ita ut post transitum meum meorumque filiorum et nepotum, munimine expleto, quando Domino sue sancte maiestati placuerit, tunc suprascripta res restaurata, meliorata et quicquid inibi additum melioratumque fuerit ad ius et dominium nostri monasterii, cuius est ius et proprietas, modis omnibus revertatur. Si quis vero partis nostre contra hanc pactionem ire tentaverit ante perfinitum tempus, quod superius legitur, det pars parti fidem servanti nomine pene auri untias duas, solutaque pena, maneat firma hec pactio.

Ego Guillielmus Dei gratia Ravennatensis tabellio scripsi hanc peticionem. Interfuerunt Petrus de Bulgarello, Girardus Sellarius testium ad omnia suprascripta. Et domnus Placidus monachus datus est pro investitore.

I, 25. - Exemplar manu saec. XIII, mm. 358×157. Cf. notam n. 730.

755.

Ravennae, 1 martii 1163.

Arpinus filius quondam Tibertini monachis S. Mariae in Cosmedin refutat tenimentum in Runco de presbytero Alberto positum.

☧ In nomine Domini. Anno ab incarnacione eius millesimo centesimo sexagesimo tercio, tempore domini nostri Frederici imperatoris, die primo mensis martii, indictione undecima, Ravenne, in claustro monasterii S. Marie in Cosmedin. Omnes enim diffin⟨i⟩ctiones et refutationes, cessiones et securitates et obbligationes solis verbis manere possunt, sed ob hoc necesse est scripture vinculis anotari ne vergentia temporum oblivioni mandentur et iurgia generentur. Et ideo ego quidem in Dei nomine Arpinus filius quondam Tibertini da Cuniolo pro me meisque liberis et heredibus facio diffinitionem et refutationem et inpenitibilem ac inrevocabilem securitatem et obligationem tibi presenti in Christi nomine domno Benedicto abbati suprascripti monasterii S. Marie in Cosmedin, acceptori pro te et toto collegio vestro eiusdem monasterii vestrisque successoribus et pro ipso monasterio in perpetuum; idest de omni actione et pactione et querimonia quam aliquo modo habeo vel habere sperabam in tenimento quod michi Simo⟨n⟩ filius quondam Martini Rubei vendidit, quod totum tenimentum detinebat iure vestri monasterii prefati per libellum; cum terris, vineis, arbustis, arboribus, cum introitu et exitu suo atque cum omnibus sibi pertinentibus positum in Runco de presbitero Alberto, territorio Corneliensi, plebe S. Agathe. Et si aliquo tempore ego vel mei liberi et heredes ostendimus vobis vel vestris successoribus aliquod instrumentum quod sic contra vos vel contra vestros successores de prefato tenimento, preter hanc henfiteosin quam modo michi personaliter facitis; hec henfiteosis, neque illud istrumentum nichil nobis valeat: hanc diffinitionem vobis facio pro Dei amore et timore et beate Marie semper virginis et aliorum sanctorum et pro redemptione anime mee. Et ab hac ora in antea nullam litem vel molestiam aut querimoniam, nec dannum nullamque repeticionem exinde de toto vel de parte aut de fructibus eius

faciam ego neque mei liberi ac heredes vobis neque vestris successoribus, neque ipsi monasterio vestro im perpetuum ; non per me neque per meos liberos et heredes, neque per submissam a nobis personam vel submittendam, neque a nostris liberis et heredibus in placitum vel extra per ullam occasionem vel ingenium. Sed immo omni tempore securi et quieti exinde maneatis in omnibus et per omnia im perpetuum. Quod si omnia suprascripta non observavero vel non adimplevero, ego vel mei liberi ac heredes aut contra hec ire vel agere aut contendere temptaverimus, tunc daturum et compositurum me meosque liberos et heredes vobis vestrisque successoribus esse promitto pene nomine auri libram unam, solutaque pena, maneant firma omnia suprascripta.

Signum ┼ manus suprascripti Arpini diffinitoris ad omnia suprascripta. Quam vero paginam diffinitionis ego Guilielmus Dei gratia Ravennatensis tabellio scripsi, post traditam complevi et absolvi. Signa ┼┼┼┼┼ manuum Petri de Bulgarello, Ospinelli da Reversani, Ugonis filii quondam Tionis, Masii Vulpis, Lizarini armigeri suprascripti domni Benedicti abbatis testium ad omnia suprascripta. Quam vero paginam diffinitionis ego Guilielmus Ravennatensis tabellio scripsi, post traditam complevi et absolvi.

I, 26. - Exemplar manu saec. XIII, mm. 250×246. Cf. notam n. 730.

756.

Ravennae, 2 martii 1163.

Petrus de Balgarello petit a monachis S. Mariae in Cosmedin ut sibi concedant in emphytheusim, nonnullis exceptis rebus, omne illud quod habuit Guido Ramberti.

☧ In nomine Domini. Anno ab incarnacione eius millesimo centesimo sexagesimo tercio, tempore domini nostri Frederici imperatoris, die secundo mensis martii, indictione undecima, Ravenne, in claustro monasterii S. Marie in Cosmedyn. Peto a te domno Benedicto abbate suprascripti monasterii cum consensu monachorum eiusdem monasterii ut michi presenti Petro de Bulgarello petitori pro me et Gisla uxore mea et Alda nuru mea et filio meo Venturo viro eius seu filiis et nepotibus nostris,

et qualis de vobis obierit sine filio vel filia, nepote vel nepote, eius porcio cadat alteri qui vel que supravixerit; per henfiteosin concedas nobis, idest totum illud quod habuit et tenuit Guido Ramberti pater Alberti soceri mei iure nominati monasterii vestri in tota curte de Bagnarola et in fundo de Vespenorum, exceptis omnibus malis usibus et excepto illo de fundo Meleto, quod vobis vi abstuli, quod totum vobis relinquo nisi possidere ostendere, aliquam rationem habere in predicto Melleto, ubi est tumba aut aliis locis. Et insuper concedo vobis totum quod suprascriptus Guido Ramberti habuit de nostro iure in alio Meleto prope Albanum; cum terris, campis, arbustis, arboribus, cum introitu et exitu suo et omnibus sibi pertinentibus positum iuxta curte de Bagnarola, et suprascripto fundo Vespenorum et in prefato Meleto prope Albanum in diversis locis, territorio Corneliensi, plebe S. Agathe et plebe S. Patricii. Quam nobis superius nominatis iugalibus et suprascripte Alde nurui mee et filio meo Venturo viro eius seu filiis et nepotibus nostris divina gratia in hac luce iusserit permanere vitam concedis et largis, seu confirmas nobis suprascripto Petro et Gisla et Alde nurui et eius viro Venturo seu filiis et nepotibus vestris suprascriptas res habendas, tenendas, possidendas, defensandas et in omnibus meliorandas ad renovandum et dare nobis nostrisque successoribus debeamus nos et nostri filii et nepotes omni anno in mense martii aut infra indictionem pensionis nomine denarios lucenses duodecim, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia exinde do vobis pro calciario solidos centum denariorum lucensium; ita ut post transitum nostrum nostrorumque filiorum et nepotum munimine expleto quando Domino et sue sancte maiestati placuerit, tunc suprascripte res restaurate, meliorate et quicquid inibi additum melioratumque fuerit, ad ius et dominium suprascripti vestri monasterii, cuius est ius et proprietas, modis omnibus revertatur. Si quis vero partis nostre contra hanc petitionem ire tentaverit ante perfinitum tempus, quod superius legitur, det pars parti fidem servanti nomine pene auri libram unam, solutaque pena, maneat firma hec peticio. Ego Guilielmus Dei gratia Ravennatensis tabellio scripsi hanc peticionem.

Interfuerunt Arpinus filius quondam Tiberti, Rodulfini de Tedrico Gazese, Paucaterra suprascripti abbatis clientulus, Lizarius armiger similiter nominati abbatis, testes ad omnia suprascripta.

I, 27. - Exemplar manu saec. XIII, mm. 284×221. Cf. notam n. 730.

757.

Ad S. Thomam in Rupta, 23 maii 1163.

Monachi S. Mariae in Cosmedin Mainardetto Orlandi dant in emphytheusim quasdam terrae tornaturias pluribus in locis sitas.

✠ In nomine Domini. Ab incarnacione eius anno millesimo CLXIII, * *, regnante vero Frederico inclito atque facundissimo imperatore, die nono exeunte mense madii, indictione XI, in ecclesia S. Thome in Rupta. Contractus causa meliorationis greco vocabulo enfiteosin solet vocari qui semper scriptura indiget, ut optineant ea que contrahentibus placent. Et ideo ego quidem in Dei nomine domnus Benedictus gratia Iesu Christi presbiter et monachus atque abbas monasterii S. Marie in Cosmedyn una cum consensu et auctoritate monachorum eiusdem prefati monasterii per hoc instrumentum a presenti die iure enfiteosyn largior et concedo tibi in Christi nomine Mainardetto filius quondam Orlandi petitori enfiteotico pro te tuisque filiis et nepotibus silicet iuris nostri suprascripti monasterii; idest medietatem unius fundi qui vocatur Cassizaria, et sextam partem de alia medietate iuxta predictam medietatem : latera et fines earum hec sunt : a primo latere fundum qui vocatur Costethuda, a secundo Quingenti, a tercio Gazolo, a quarto iure nostri monasterii ; et insuper concedo vobis per hanc enfiteosim due taule in Quingenti : in capite earum inter utraque vigra perticas ad modum plebis cuius territorio adsunt. Latera et fines earum sunt hec : a primo latere limes Carditus, a secudo limes Cassizaria, a tercio limes Mundo, a quarto iure iamdicti monasterii nostri. Deinde similiter concedo vobis alie due taule in Cardithо : latera earum hec sunt : a primo latere limes de Candelaria, a secundo limes Quigenti, a tercio limes Casale Pauli, a quarto iure nostre predicte ecclesie. Et deinceps similiter due taule in Costethuda : a primo latere limes de Cassizaria, a secundo limes Mundo, a tercio limes Gazoli, a quarto vero iure ipsius monasterii. Et insuper concedo vobis per hanc paginam henfiteosyn in Furnuli tres taulas, latera et fines earum hec sunt : a primo latere limes de Maserata, a secundo limes Quingenti, a tercio et quarto iure

nostri monasterii. Dehinc insuper concedo vobis in Militula unam taulam de supra que adest viginti perticas in capite: a primo latere limes Gaibane, a secundo Mezale, a tercio limes de Polito, a quarto predicta nostra ecclesia et etiam latere deorsum, in ipso fundo tres taulas per unamquamque x perticas in capite, latera et fines earum trium pectiarum hec sunt: a primo latere limes Politi, a secundo limes de Tauluzo, a tercio limes de Bagnarola Minore, a quarto Albertus de Guidolino: in his suprascriptis lateribus suprascriptas res iacent. Is rebus in spinis, in silvis et in solitudine, multis locis iacere videntur, unà cum terris, pratis, passchuis, cultis et incultis, fructiferis et infructiferis, arbustis, arboribus diversisque generibus atque cum omnibus sibi pertinentibus, sitas territorio Corneliensi, plebium S. Agathe virginis et S. Apolenaris in Aquavia et S. Patricii in Capite Silyce. Dum divina gratia in hac luce iusserit tibi tuisque filiis et nepotibus tuis vitam permanere, concedo vobis eas res, que superius leguntur, habendum, tenendum, laborandum, defensandum et in omnibus meliorandum. Et ego suprascriptus abbas cum meis successoribus tibi iamdicto enfiteotico tuisque filiis et nepotibus totam suprascriptam rem ab omni persona hominum auctorizare et defensare promitto ad rationem et ex vestris propriis expensis seu laboribus, nichil tibi tuisque filiis et nepotibus nisi inferius adfixam pensionem deferatis, prestantibus quoque tibi filiis et nepotibus tuis indesinenter secundum paginam petitionis tue; idest omni anno in mense martii infra indictionem pro predictis rebus, quibus superius legitur, decem denarios monete lucensis, tantum pensio, ut dictum est, persolvatur. Tali condicione eas res non alienare neque derelinquere in nullo venerabili loco nisi in prefato monasterio nostro. Pro eo quia exinde dedisti michi suprascripto abbati nomine calciarii x libras denariorum lucensium; ita ut post transitum tui tuorumque filiorum èt nepotum munimine expleto, quando Domino sue sancte maiestati placuerit, tunc predictas res cultas, laboratas et in omnibusélioratas vel quicquid inde additum melioratumque fuerit ad ius dominiumque nostri monasterii, cuius est ius et proprietas, modis omnibus revertatur. Promitto me preterea nullis diebus nullisque temporibus vite mee meorumque successorum textum huius pagine henfiteosyn a me vobis facte et tradite minime valere contendere, vel si contra ea que superius leguntur, agere presumpsero, tunc daturum et compo-

siturum me esse promitto meosque successores tibi iamdicto petitori henfiteotici tuisque filiis et nepotibus ante omnis litis inicium aut interpellacionem nomine pene unius libre optimi auri, et soluta pena, contractum maneat firmum. Ego Guaxcone Dei nutu tabellio Bagnariensis rogatu suprascripti abbatis scripsci et complevi.

Ego Benedictus abbas monasterii S. Marie in Cosmedin in hac henfiteosin a me facta subscripsi. Ego Ubaldus monachus subscripsi et consensi, ego Gilbertus subscripsi et consensi, ego Placidus monachus subscripsi et consensi, ego Bonusfilius monachus subscripsi et consensi.

Rogatis testibus: Ugo comes cardinalis Ravennatensis Ecclesie, domnus Benedictus prior S. Donati, Petrus archipresbiter plebis S. Petri intra Silva, Ugo iudex, Petrus de Guarnerio, Ubertinus de Aldrebando, Symon de Gaio, Albertinellus Thedelgardi, Ranaclarius, Tibertus frater eius, Gratianus filius quondam Tancredi, Sbendadonna, Alfredinus, Almichettus vicecomes, Petrus Abbere manus investitor; rogatis testibus ad omnia que superius leguntur.

I, 28. - Exemplar manu saec. XIII, mm. 604×240. Cf. notam n. 730.

758.

Ad S. Paulum, 15 augusti 1163.

Monachi S. Mariae in Cosmedin concedunt in emphytheusim quadraginta terrae et silvae tornaturias de fundo Gazoli.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius MCLXIII, temporibus * * pape et Frederici imperatoris, die XV mensis augusti, in curte S. Pauli, indictione XI. Ego quidem in Dei nomine Benedictus abbas monasterii S. Marie in Cosmedyn libellario nomine concedo tibi Alberto et Diutia uxor tua in medietate dicende rei, et in alia vero medietate tibi Iohanni et Berta uxor tua vobis omnibus acceptoribus pro vobis et pro vestris filiis et heredibus massculis, et si massculos filios non habueritis deveniat uni filie vestre cuius volueritis usque ad annos advenientes XX et novem ad renovandum; idest XXXX tornaturias terre et silve in fundo Gazoli: ab uno latere limes

Serazani, ab alio limes Carditholi, a tercio Girardinus de Tollolo, a quarto limes Gazoli de supta; que omnia cum introitu et exitu suo et cum omnibus sibi pertinentibus, constituta territorio Corneliensi, plebe S. Agathe, concedo et largior vobis ad habendum, tenendum, defensandum et supersedendum et in omnibus meliorandum in annis iamdictis ad renovandum. Ita ut inferatis michi meisque successoribus cum vestris heredibus terraticum de labore maiori modium septimum, de minuto octavo, manna lini et cannave nonam, de vino anforam quartam et decimas, et in Nativitate Domini I spallam porci et I gallina in Carlevare et duas fogatias et duos pullos in S. Apollenario, et vecta omnia usque ubi alii nostri coloni; et nec vindemare, nec triturare sine nostro misso, tantum, ut dictum est, persolvatur. Pro eo quia accepi a vobis mercedis nomine pro suprascripta re denariorum monete lucensis XVIII solidos. Et ego iamdictus ordinator cum meis confratribus et successoribus suprascriptam rem ab omni persona hominum auctorizare et defensare et hunc contractum firmum tenere promitto vobis vestrisque filiis et heredibus. Eo tenore ut non habeatis licentiam suprascriptam rem nec vendere nec donare neque ullum contractum facere nisi in predicto monasterio et suscipere nos et nostros missos cum h⟨on⟩ore et hobedientia. Si quis vero nostrarum ambarum partium contra hec, que superius leguntur, ire vel agere vel infringere et non observare temptaverit, det pars parti fidem servanti nomine pene dupli, et post solutam penam, hic libellus maneat firmus. Quem scripsi ego Tracchus Imolensis notarius et correpsi; manus investitor Bonusfilius.

I, 29. - Exemplar manu saec. XIII, mm. 204×200. Cf. notam n. 730.

759.

Ad S. Paulum, 22 aprilis 1164.

Monachi S. Mariae in Cosmedin concedunt in emphytheusim duas terrae petias de fundo Pulithuli.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius MCLXIIII, temporibus * * pape et Frederici imperatoris, die nono exeunte mense aprilis, in loco S. Pauli, indictione XII. Ego quidem in Dei nomine domnus Placidus presbiter et mo-

nachus monasterii S. Marie in Cosmedin pro iussione abbatis Benedicti domini mei predicti monasterii et confratrum meorum libellario nomine concedo et largior vobis Iohanni Boındi et Peppo fratri tuo aceptoribus pro vobis et pro vestris filiis et heredibus usque ad annos advenientes xx et novem ad renovandum, ita ut sit in potestate matris vestre cuntis diebus vite sue; idest duas petias terre que sunt computate xxxx tornaturias, in fundo Pulithuli: ab uno latere unius pectie Albertinellus de Ugo de Gandulfo, ab alio Vivianellus, a tercio Gretolla, a quarto limes; ab uno latere alterius pectie Tasscha, ab alio Gretolla, a tercio iura predicti monasterii, a quarto limes. Que omnia suprascripta cum introitu et exitu suo et cum omnibus sibi pertinentibus, territorio Corneliensis et plebe S. Patricii et S. Agathe, concedo et largior vobis ad habendum, tenendum, defensandum et supersedendum et in omnibus meliorandum in annis iamdictis ad renovandum. Ita ut inferatis michi meisque successoribus terraticum de labore maiori modium septimum, de minuto octavum, manna lini et cannave nonam, de vino anforam quartam; et omni anno in Nativitate Domini unam spallam porci et in Carlevario unam gallinam et in S. Apolenario duos pullos et duas fogatias et decimas de predicta terra. Et ego iamdictus ordinator cum meis confratribus et successoribus suprascriptam rem ab omni persona hominum auctoriare et defensare promitto vobis vestrisque filiis et heredibus sub pena dupli, et post solutam penam, iste libellus maneat firmus. Quem scripsci ego Tracchus Imolensis notarius. Testis et manus investitor fuit Albertinellus de Ugo de Gandulfo; Rovelottus, Taurellus, Tasscha, Ugo de Bangnacavallo et domnus Ampruinus et Rubeus de Bagnacavallo rogati fuerunt testes.

I, 30. - Exemplar manu saec. XIII, mm. 210×257. Cf. notam n. 730.

760.

Bagnariae, 11 maii 1168.

Monachi S. Mariae in Cosmedin Venerando concedunt in emphytheusim quadraginta terrae tornaturias de fundo Cardítho.

In nomine Domini. Anno dominice incarnacionis MCLX hoctavo, temporibus Frederici imperatoris, die undecimo intrante

mense madii, indictione prima, Bagnarie. Ego quidem in Dei nomine Iohannes presbiter et monachus per iussionem domini Benedicti abbatis de monasterio nostro S. Marie in Cosmedyn et çonfratrum nostrorum per libellario iure do et concedo tibi presenti in Christi nomine Venerando accipie(n)ti pro te tuisque filiis masschulis, et si filios masculos non habueritis, deveniat ad unam vestram filiam que manere debeat ad servitium; idest xxxx tornaturias terre posite in fundo Carditho: a primo latere limes Candelara, a secundo limes Gazoli, a tercio detinet Berardo Peruli, a quarto vero * *, territorio Corneliensi et plebe S. Agathe. Hec omnia cum introitu et exitu suo et cum omnibus sibi pertinentibus; ita ut habeatis et teneatis ad habendum, tenendum, possidendum, supersedendum, cultandum, laborandum et in omnibus meliorandum in annis advenientibus xx et novem ad renovandum, salva ratione domnica danda. Ita sane ut inferatis nobis nostrisque fratribus et successoribus terraticum de labore maiore septimo, minuto hoctavo, de lino et cannava manna nona, de vino anforam quartam et decimationem fideliter; et omni anno in Natale Domini spallam I et in Carnevale gallinam unam et in S. Apolenare pullos duos et fogacias duas, hec omnia, ut dicta sunt, persolvatur tantum. Pro e⟨o⟩ quia accepimus a te calciarii nomine solidos xx lucenses. Et nos supradictis ordinatoribus promittimus quod auctores erimus et defensores una cum nostris fratribus et successoribus usque ad predictum terminum, quod superius legitur, ad renovandum. Eo videlicet tenore ut non habeatis licenciam nec vendere nec donare neque commutuare neque commendare nec in commendatione alicui mittere, neque per alium modum vel ingenium aligenare nisi nostro sensu et nostris fratribus et successoribus; quod si feceritis, iste libellus sit inanis et vacuus. Si qua vero pars nostrorum vel vestrorum contra hunc libellum ire vel agere tentaverit, det pars parti fidem servanti nomine pene solidos xxxx lucenses, et soluta pena, infrascriptus libellus maneat firmus. Quod scripsi ego Martinus Bagnariensis notarius. Manus investitor Iohannes Ardizionis; testes presbiter Albertus, Drudolus, Albertus Montanarius, Martholus de Ramberto, Rigolus Catanii, Zaniolus, Aulivolus, Petrus Gualterius isti rogati fuerunt testes.

I, 31. - Exemplar manu saec. XIII, mm. 215×235. Cf. notam n. 730.

761.

Imolae, 17 martii 1174.

Christianus Magontinus archiepiscopus Friderici I in Italia legatus civibus Imolensibus ius facit destruendi castrum S. Cassiani.

Cristianus Dei gratia Maguntinę sedis archiepiscopus, Germanię archicancellarius et sacri imperii in Ithalia legatus.[1] Imperialis clementię requirit serenitas, et ab ea nobis iniunctę legationis providentia deposcit, ut de imperio et nobis bene merentibus imperialis gratię munificentia bene faciamus, et eis quidem affectuosius, quos cotidianę sedulitatis fideique studio dinoscimus servire familiarius. Eapropter discreto dispensationis intuitu considerantes preclara et honesta Imulensis civitatis servitia, quę imperio et nobis ad gloriam et exaltationem imperialis coronę semper et nunc, cum novissime Romaniam ingressi fuimus, exhibuit, meritis eius ex ęquo respondere cupientes, imperiali qua fungimur auctoritate, concędimus et presenti scripto confirmamus ipsi Imulensi civitati perpetuam destructionem castri S. Cassiani, et quod de cętero nunquam amplius quisquam hominum in eo loco habitet vel ędificet, nec aliquam prorsus disponat mansionem, set semper sit locus ille desertus et ab omni habitatione penitus immunis et alienus. Adicimus etiam et firmiter precipimus ut homines qui hucusque in eodem castro et loco habitaverunt, Imulensem civitatem inhabitent, nec aliquo modo ab ea alterius causa mansionis in aliam civitatem vel burgum vel castrum transeant ad manendum. Castrum enim illud nominatim ad ignominiam et contemptum imperialis coronę constructum fuit et manifesti hostes imperii et publice abiudicati et dampnati in eo ad nocendum imperio refugium habebant, per quod semper magis ausu temerario se cum hominibus eiusdem castri negociis imperialibus opponebant. Attendentes igitur et circumspecto rationis examine pensantes illorum crudelem perfidiam et Imulensium penitus illibatam fidem, in omnibus et per omnia semper imperio devotissimam, statuimus et imperiali auctoritate ac nostra sancimus ut nullus dux, nullus marchio neque comes neque capitaneus, nulla civitas, nullum commune, nullus consulatus, nullum castrum nullave potestas

nullus denique locus presingcatos[2] homines audeat in suas mansiones vel societates recipere, nec aliquo modo contra hanc nostrę constitutionis et imperialis edicti paginam contraire presumat, nec in verbo sive facto vel etiam consilio aliquam adversus hoc privilegium Imulensi civitati inferat iniuriam. Quod qui fecerit, maiestatis reus centum libras auri purissimi pro pęna componat, dimidium imperiali camerę et reliquum Imulensi civitati. Huius rei testes sunt Otto de Vespere, Everardus nepos suus, Willikinus, Godefridus, Ugo cancellarius, Albertus Bulgarelli, Ubertinus Iudicis, Gualengus legisperitus, Bompirolus, Benagulus, Iohannes Brizie, Iohannes Inguicelli, Nich'ola, Framisinus, qui tunc temporis Imulensis civitatis consules erant, et alii quamplures viri sapientes et honorati.

Acta sunt hęc anno dominicę incarnationis M°C°LXX°IIII°, indictione VIII^a^.[3] Datum apud Imulensem civitatem X°VI° halendas aprilis feliciter, amen.

Hoc diploma, quod in Archivo communitatis Imolae asservabatur (cf. Manzonium, 105), nunc in Archivo comitum de Saxatellis reperitur, fasc. A, I. — Orig., mm. 365×240. Deest sigillum pendens; in versu, manu saec. XV legitur Registrata, *nec non manu saec. XVIII* IV, 1174, 17 marzo. — *Manzonius, 105; Alberghetti, I, 118; Zaccaria, I, 29; Savioli, II, par. II, n. 219.*

[1] *Haec verba exarata sunt scriptura maiuscola bullatica* [2] *Ita refert orig.* [3] *Indictio VIII respondet anno 1175.*

762.

Moretani, 22 ianuarii 1177.

Fridericus I confirmat privilegium a Christiano Magontino archiepiscopo Imolensibus civibus concessum.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Fredericus divina favente clementia Romanorum imperator augustus.[1] Noverint universi fideles imperii nostri tam presentes quam futuri quod Palmerius Dominici,[2] Boncius de Martignanis nec non Ugolinus Ubertini Immolensium consules pro universo civitatis Immole populo ad nostre maiestatis presentiam venerint, intervenientibus dilectis fidelibus nostris, videlicet Conrado de Bellaluce, nec non Gutifredo cancellario, ut ea que in privilegio a nobis Peregrino Immolensium rectori continentur confirmaremus, et utilius civitati Immole provideremus. Que omnia pro illorum ser-

viciis et meritis eis digne concedere credimus et statum iamdicte civitatis integrum confirmare cupimus. Nos itaque consueta pietate miserti et Immolenses in servitio et in fedelitate imperialis corone firmos esse considerantes, merito eis respondere cupientes, imperiali auctoritate quecumque in eo privilegio scripta sunt, firma et illibata in perpetuum esse statuimus. Hac etiam presenti sanctione privilegium a dilecto principe nostro Christiano Maguntino archiepiscopo de loco et hominibus S. Cassiani Immolensibus datum, inrevocabiliter confirmamus. Statuentes insuper precipimus ut nullus archiepiscopus vel[3] episcopus, nullus dux vel marchio, nullus comes vel vicecomes, nulla civitas vel castrum, nulla potestas nullave persona magna vel parva civitatem Immolam cum hominibus nunc et in antea in ea habitantibus inquietare presumat, vel iniuriam aliquam in ipsos inferre audeat. Quicumque contra iamdictas sanctiones facere temptaverit ducentas libras auri purissimi pro pena componat, medietatem camere nostre et medietatem iamdicte civitati. Que, ut verius credantur, impressione sigilli nostri confirmari iussimus.

Sig⟨n⟩um domini Frederici Romanorum imperatoris invictissimi. [M].

Ego Gutifredus sacri palacii cancellarius recognovi. Que omnia facta fuerunt anno dominice incarnationis millesimo centesimo septuagesimo VII, indictione decima, regnante Federico Romanorum imperatore serenissimo, anno regni eius XXV, imperii vero XXII. Datum Moretano XI kalendas februarii, in claustro S. Anestasii.

Orig. in Bibl. municipali, mm. 540×370, cui deest sigillum pendens. = *I, 32. - Exemplar, mm. 617×335, authenticatum die 23 iunii 1217 a Peregrino, Alfredulo, Bonaventura, Alberto, Rodulpho et Simone notariis.* = *Aliud exemplar in Archivo comitum de Saxatellis sub signatura* Imola, mazzo A, I, *mm. 715×415, authenticatum die 7 martii 1222 a Rodulpho, Hugo, Gratiano, Ioanne et Alfredulo notariis. In versu, manu saec. XVIII* III, 1177, 22 gennaro. *Alia nota, manu saec. XV, tam in secundo exemplari quam in originali invenitur, haec est* Registrata; *cf. n. 761. Hoc exemplar ad Archivum communitatis Imolae pertinebat uti desumitur ab aliis duabus notis eadem manu saec. XVI in versu utriusque exemplaris appositis, quae sub regestorum forma diploma referunt. Etiam originale in dicto archivo servabatur. — Manzonius, 109; Zaccaria, I, 31; Savioli, II, par. II, n. 233; Ughellus, II¹, 682; II², 629; Böhmer, 2577-8; Stumpf, 4188.*

[1] *Verba* In nomine - augustus *et* Sig⟨n⟩um - invictissimi *exarata sunt scriptura maiuscula bullatica.* [2] Dominici *supra abrasionem; eius loco legebatur* Peregrini *uti referunt etiam duo exemplaria.* [3] *Sequebatur* nullus *verbum abrasum; primum exemplar refert* vel episcopus *inter lineas.*

763.

[Imolae], 1177.

Sententia ab Henrico Corneliensi episcopo lata ad dirimendam quaestionem inter monachos S. Mariae in Regula et Petrum archipresbyterum S. Prosperi exortam.

MCLXXVII. Ego Henricus sancte Corneliensis Ecclesie episcopus cognitor controversie que vertebatur inter Dominicum abbatem monasterii S. Marie in Regula et Petrum archipresbiterum plebis S. Prosperi. Volebat namque dictus archipresbiter edificare ecclesiam iuxta civitatem, e contra abbas dicebat quod edificare non debebat hoc ideo quod dicebat ipsam terram super quam edificare volebat esse proprietatem monasterii et populum ad monasterium pertinere iure parochiali, quare prohibebat dictam ecclesiam edificare. Unde auditis hinc inde propositis, taliter inter eos statuo atque ordino. Dico namque quod archipresbiter edificet ecclesiam sine prohibitione abbatis, et archipresbiter et sui successores dent nomine pensionis in unoquoque anno in festo S. Marie in mense augusti unam libram incensi ipsi abbati et suis successoribus in perpetuum. De populo vero dico, quod omnes qui fuerunt de plebatu plebis S. Prosperi qui sunt extra civitatem et omnes illi qui sunt infra civitatem de parochia vel populo ipsius plebis debeant ire ad cappellam ipsius archipresbiteri et esse de eius populo; reliqui vero omnes undecumque sint, debeant esse de populo et parochia monasterii. Que omnia ab utraque parte precipio firma teneri sub pena duarum untiarum auri, et pena soluta, omnia suprascripta firma permaneant. Que omnia partes promiserunt inter se firma tenere supradicta pena.

Ferri, II, 408-9. - Hic Ferri aliorum quatuordecim instrumentorum regesta ponit, quae apud se comes Scipio de Saxatellis detinebat, sed, ipso fatente, ad Archivum communitatis pertinebant. Ferri addit sententiae allatae duo alia instrumenta assuta esse, quorum unum die 2 novembris 1265, alterum die 6 martii 1312 rogatum fuit, quaeque plebem S. Prosperi et monasterium S. Mariae in Regula respiciebant.

764.

Imolae, 13 octobris 1185.

Bretuldus de Königsberg Henrico episcopo concedit regimen supra nunnulla loca in territorio Imolensi posita.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab [incarnacione eius MC]LXXXV, temporibus Lucii pape et Federici imperatoris, die XIII mensis octubris, Immo[le] .... Ego quidem in Dei nomine Bret[uldus de Cu]nigisberc .... [conce]do tibi dompno Henrico venerabili episcopo ecclesie S. Cassia[ni] ..... regimen populi et loci et curtis S. Cassiani et omnium habitantium et tenentium infra ..... Podioli et [S.] Geminiani et Runci, Rocce, Vallis Salvę, Sorbitholi et Taularie .... et Capitis Silicum, ad iusticiam tenen[dam], ... endam, faciendam et omnium ecc[lesiarum] ..... tuo episcopio ... et liceat tibi ..... tua et tuarum ecclesiarum ubicumque poterunt inveniri, et ab omni populari ... [fa]ctione et ab ... ra commendationum liberum te et absolutum, et omnes tuas ecclesias, salvo honore imperatoris et nuncio[rum] ipsius constituo. Si quis vero dux aut marchio sive comes vel vicecomes aut aliqua potestas maior vel minor aut aliqua persona temerario ausu possessiones et bona predicti episcopi et suorum locorum et suarum ecclesiarum inquietare aut invadere, vel violenter tenere et nostram concessionem et constitutionem despectui habere presumpserit, gratiam domini imperatoris et aliorum imperatorum successorum et meam amittat, et duas libras auri nomine pene camere imperatoris persolvat, et post solutam penam, omnia supradicta in perpetuum maneant firma. Que vero omnia scripsi ego Pizolus Immolensis notarius mandato domini Bretuldi de Cunigisberc legati domini Federici imperatoris in Italia.

Ad hec interfuerunt dompnus Iohannes abbas monasterii S. Marie in Regula, dompnus Rambertus prior eiusdem monasterii, Rainerius comes Cunii, Florensis Campi, Brocardus potestas Immole, Zorzingus, Tebaldus camerarius episcopi, Spersonatus, Azo Rozerii, Angelus Trepaldus, Guastone Gallardus, Marcolus Binelli, Lafius, presbiter Grimaldus de plebe Auri,

Iacobus confrater eius et alii quamplures qui hec viderunt et audierunt.

I, 33. - Orig., mm. 320×266. Charta valda lacera est et vix legi potest secundum lineas 1-9. — Manzonius, 114; Zaccaria, II, 59; Mazzatinti, I, 158.

765.

Ravennae, 16 octobris 1186.

Iuramentum fidelitatis a comitibus Cunii, a Widone Albertini S. Cassiani et a Widone Guerrerii emissum quo in cives Imolenses adsciscuntur.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius millesimo centesimo octuagesimo sexto, indictione quarta, die iovis, sexto decimo mensis octobris, in Ravenna, super solarium Petri Traversarii ante presentiam serenissimi regis Heinrici. Comes Malvicinus et comes Rainerius de Cunio et comes Iulianus de Domnigalla et Wido Albertini de S. Cassiano iuraverunt in manibus propriis ad sancta Dei evangelia, presentibus Angelo et Ugoni Ubertini tunc consulibus civitatis Ymole, quod ipsi de cetero semper erunt cives de ipsa civitate Ymole, et quod adiuvabunt ipsam civitatem bona fide sive fraude per guerram et per pacem ab omni homine, salva tamen fidelitate Domini invictissimi Frederici Romanorum imperatoris et semper augusti, et eius filii serenissimi regis Henrici. Et iuraverunt quod ipsi habitabunt in ipsa civitate per duos menses semper in unoquoque anno, nisi remanserit per parabolam illorum consulum vel illius nuncii invicti imperatoris vel regis, qui in ipsa civitate tunc adfuerit. Preterea comes Wido Guerrerii iuravit consimile predictum sacramentum presentibus predictis consulibus eiusdem civitatis. Sed tamen de facto ipsius comitis Guidonis debet esse in potestate et arbitrio illorum consulum et nuncii imperatoris et regis; ideo quia iuraverat custodire unum castrum semper quod tenet. Insuper Ugolinus de Sulimano et Rodolfinus de Gazio iuraverunt quod ipsi bona fide sine fraude adiuvabunt per totum posse predictam civitatem. Insuper predictus dominus Henricus serenissimus rex regali auctoritate posuit penam librarum centum denariorum bonorum

lucensium tali modo, quod si predicti comites et alii, qui iuraverunt, predicta omnia, ut superius sunt determinata, non adimpleverint, quod teneantur predictam penam, nec ideo minus teneantur observare predictos tenores.

Predicti omnes hoc instrumentum fieri rogaverunt.

Interfuerunt Henricus episcopus S. Cassiani, Burcardus potestas Ymolensium, Ydo Terdonis, Albertus de Aldegherio Ferrariensis regalis aule iudices, Sighebettus camerarius, Vinciguerra cancellarius, Iohannes Rambertini, Orlandus Rambertini nepos eius, Nordiglus, Gandulfus iudex, Savarixius Daragoni et Ubaldinus Iohannis Arsi et multi alii testes.

[ST]. Ego Martinus Filippi imperialis aule et papalis notarius interfui et precepto iamdicti domini regis et predictorum comitum et aliorum hoc instrumentum scripsi.

Originale in fasc. I, n. 34 deperditum est; supersunt tamen regesta a Ferri exarata, t. III, p. 8, quae secuti sumus utpote magis originali conformia. — Savioli, II, par. II, n. 283; Fantuzzi, VI, n. 26; Zaccaria, I, 33; Manzonius, 121; Baldisserri, I castelli di Cunio e Barbiano, 22; Mazzatinti, I, 158.

766.

[Imolae], 21 februarii 1187.

Henricus comes Romandiolae hominibus Bergulli habitantibus potestatem facit Imolae habitandi.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnacione eius millesimo c octuagesimo vii, tempore Urbani pape et Federici imperatoris, die viii exeunte mense februarii, indicione v, in claustro S. Marie in Regula. Dominus comes Heinricus Romanie ex delegacione seu auctoritate serenissimi regis Heinrici, que erat sibi concessa, per totam Romaniam concessit, dedit atque firmavit ut homines de Bergulli venirent ad Imolam ad habitandum et esent ibi cives semper et iurisdiccionis comunis Imole cum tota sua curia Bergulli.

Testes interfuerunt presentes co⟨n⟩sules Imole et consilium, scilicet Iohannis Rambertini et Bonzi et Laffii et Angeli Trepaldi et Ugolini Donne et aliorum.

Ego Martinus Imolensis notarius interfui et precepto dicti comitis Heinrici scripsi afirmantis omnia suprascripta.

I, 35. - Orig., mm. 185×165. = Exemplar in Libro rubro, c. 57v authenticatum a Rodulpho sacri palatii notario; cf. notam n. 728. — Savioli, II, par. II, n. 285.

767.

[Imolae], 6 iulii 1187.

Iuramentum quo consules et rectores Imolae se adstringunt ad incolumitatem episcopi Imolensis eiusque iura servanda.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius millesimo CLXXXVII, tempore Urbani pape et Federici imperatoris, die VI intrante mense iulii, indicione quinta. Nos quidem in Dei nomine Bonzus de Martignanis et Savarisius Ragonis et Expectatus legis peritus et Gandulfus iudex et Nordilus et Iacobus Baldizonis et Aimelginus consules et rectores Ymole de voluntate et consensu totius populi Imolensis coadunati per sonum ca⟨m⟩pane in campo S. Laurentii de voluntate et parabola omnium iuramus ad sancta Dei evangelia ex quo translatus est episcopatus in civitate Ymole de voluntate et consensu domini episcopi et canonicorum, consensu totius populi Imole et de S. Cassiano, salvare, custodire et defendere personam domini episcopi Henrici et omnium episcoporum qui post eum erunt in civitate Ymole in perpetuum et suorum fratrum presentium et futurorum et manu tenere et defendere omnia iura et rationes et possessiones ubicumque fuerint in plano vel in montibus, in terra et in aqua, que nunc habetis et tenetis vel in antea aquisieritis ad rationem et fortiam, et in nullo minuere per nos, neque per nostros filios et heredes qui tunc Ymolam habitamus et in antea habitabimus in perpetuum. Insuper iuramus per bonam fidem sine fraude possessiones et iurisdictiones et iura et bona episcopatus que et quas habetis et tenetis vel in antea aquisieritis vos et vestri successores et spiritualia et secularia ubicumque fuerint, perpetuo adiuva⟨re⟩, manutenere et retinere et conservare et omissa et perdita recuperare contra omnes homines et adiutorium et fortiam per nostrum posse vobis et vestris successoribus dare; iuramus insuper

quod faciemus iurare omnes homines huius civitatis et eius districtus a xiiii annis supra simile sacramentum, et iuramus renovare et facere renovare predicta sacramenta semper in capite v annorum, cum a vobis et a vestris successoribus requisiti fuerimus nos et nostros successores Ymolam habitaturos. Que omnia predicta iuramus et promittimus per nos nostrosque successores et nostros filios et heredes, qui nunc Ymolam habitamus et in antea habitaverimus in perpetuum facere et observare et firma tenere vobis vestrisque successoribus. Et si contra fecerimus, nos aut nostri successores vel filii et heredes Ymolam habitaturi, et omnia predicta seu aliqua predictarum non observaverimus, seu aliquo modo vel ingenio contraveniemus, tunc promittimus nos nostrosque et nostros filios et heredes Ymolam habitaturos, daturos penam xx librarum auri vobis vestrisque successoribus, et pena soluta vel comissa, predicta omnia observare et facere promittimus et iuramus. Nomina autem illorum qui incontinenti hoc iuramentum fecerunt, sunt hec: Iohannes Rambertini, Albertus Bulgarelli, Ungarellus, Ugolinus Donne, Rainutius Serre, Ungarutius, Ugolinus Ubertini, Liuterius, Lafius Alferii, Balbus Gisaltruthe, Isacattus, Pizolus Guidonis Amigoli, Borchesanus, Ugo Arsus, Melundolus, Albertus Boncitti, Guido Tartangnus, Ugolinus Albertoli, Iohannes Henchezelli, Martinus Strufoli, Massarolus, Iohannes Gattus, Ugolinus Taudische, Faber Albasie, Ugo Planus, Vivianus Ugonis Ymolensis, Angellus Trepaldus, Santernus Aldrevandi, Dux Martignoni et Martignone, Iohannes Paulus, Bulgarus, Alberius et Orlandus, Zambonus, Pase Trintinus, Beldatus, Santernolus, Bonusmartinus, Tignosus Girardi, Petrus Bosii, Cazaguerra, Atendirege et Alioctus Ungarelli; et de S. Cassiano: Ugitio, Rodulfinus Cortese, Razolus, Iohannes Clariellus, Signorettus, Zanzolinus, Ildebrandutius, Calvus, Isnardus Balduini, Guido Bonus, Mercathante, Petrus Zanzuli, Petrus Tusce, Gibertus Muthilonus, Iohannes Fuscole, Spersonatus, Passipoverus, Orlandinus Maie, Disalbergattus, Iuanellus Pagani, Bencevenne, Vita, Cainellus, Ugolinellus Bassi, Milanus, Dominicus de Bonagentis, Bernardus faber et Rampolus et multi alii. Que vero omnia scripsi ego Pizolus Imolensis notarius. Testes ad hec rogati interfuerunt Rodulfus prepositus ecclesie S. Cassiani, abbas Tedericus S. Donati, archipresbiter Moyses, presbiter Christianus, presbiter Clarius, Arardus et Dominicus, presbiter Michael monachus, pre-

sbiter Santernus S. Laurentii, presbiter Ugitio, presbiter Alexius, presbiter Gualfredus et dominus Ismeus et alii plures.

I, 36. - Exemplar, mm. 590×230, manu Martini Imolensis notarii cuius instrumenta inveniuntur inter an. 1184-1200. = I, 37. - Aliud exemplar, mm. 800×328, authenticatum die 5 decembris 1317 in palatio vetere communitatis Imolae de mandato Dini de Secadenariis de Bononia iudicis et assessoris Testae de Gozadinis Imolae potestatis a Ioanne quondam Pindencini de Baiolis, Francisco quondam fratris Guidonis de Pidiano, Philippo, dicto Lippo, quondam fratris Matthaei de Pidiano natariis coram Peregrino Roncinelli, Ghino quondam Rugiroli de Dutia et Amadeo Angeli testibus. — Manzonius, 125; Savioli, II, par. II, n. 289.

768.

Romae, 10 iunii 1194.

Coelestinus III confirmat numerum canonicorum S. Cassiani a capitulo ipsius ecclesiae statutum.

Celestinus episcopus servus servorum Dei dilectis filiis Alberto de Aucellecto preposito subdiacono nostro et canonicis S. Cassiani salutem et apostolicam benedictionem. Incumbit nobis ex debito pontificalis officii ut iusta petentibus audientiam cum efficacia prebeamus, maxime ubi eorum vota et pietas adiuvat et explorati iuris veritas non relinquit. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris iustis precibus et honestis gratam conniventiam impendentes constitutionem quam super certo numero canonicorum rationabiliter in ecclesia vestra fecistis, sicut canonice facta fuit et in instrumento publico continetur, devotioni vestre, auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Rome apud S. Petrum IIII idus iuniii, pontificatus nostri anno quarto.

Bullae, fasc. I, n. 1. - Orig., mm. 198×195. Sigilli plumbei deperditi superest funiculus sericus. — Manzonius, 133; Zaccaria, I, 116; Ughellus, II¹, 684; II², 632; Mazzatinti, I, 166; JL., 17123; Kehr, V, 166, n. 6.

ARCHIVUM

VALETUDINARII IMOLAE

769.

Imolae, 29 decembris 1164.

Instrumentum donationis et concessionis a Friderico I imperatore factae in favorem hospitalis S. Iacobi.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius MCLXIIII, temporibus * * pape[1] et Federici[2] gloriosissimi imperatoris, die tercio exeunte mense decembris, Imole, indictione duodecima. Ego Bretuldus domini Federici[3] imperatoris legatus iussione et mandato predicti domini mei, qui hoc michi mandavit in presencia Rodulfi episcopi S. Cassiani et Coradi sischalchi domini imperatoris atque magistri Iohannis de Feraria, dum ipse resideret solio suo et in palacio suo Imole, ipse nanque dominus imperator sua misericordia et sua benignissima liberalitate[4] michi precepit in presentia predictorum[5] ut cartulam[6] donationis et proprietatis facerem vobis Martino Dothe et Bicco[7] confratri tuo aceptoribus pro vobis et confratribus vestris et consociis atque vestris successoribus de ripis fluvii Santerni et alveo predicti fluminis ex utraque parte ad pontem faciendum ad honorem Dei et sancti Iacobi appostoli Domini nostri Iesu Christi et quicquid in predictis ripis aut alveo fluvii vobis aut vestris successoribus im perpetuum facere placuerit, sive molendina sive alia edificia ad pontis substentamenta[8] sive supra sive de subtus. Quam quidem cartulam donationis et proprietatis, sicut dominus imperator michi precepit, facio vobis fieri ut vos et vestri confratres et successores[9] im perpetuum habeatis et teneatis predictas ripas fluminis et alveum ad pontem faciendum et alia substentamenta et edificia ad pontis utilitatem ad honorem Dei et sancti Iacobi atque ad honorem domini impe-

ratoris et omnium cristianorum et per regalia transeuncium utilitatem. Si quis autem dux sive marchio aut comes aut vicecomes, sive aliqua persona hominum magna vel parva contra hanc benignissimam liberalitatem [10] et donationem et proprietatem, quam dominus imperator vobis fieri precepit, temerario ausu ire vel agere tamptaverit,[11] vel quoquo modo infringere presumpserit, sine legali iudicio, aut de prenominato ponte aut de ripis sive alveo fluvii sive edificiis pro pontis substentamine ibi facturis, aut aliquam molestiam vel contrarietatem vobis aut vestris confratribus vel successoribus fecerit, aut facientibus consensum sive adiutorium dederit, obbligo eum ex parte domini imperatoris et ex sua iussione ut solvat penam tres librarum auri, medietatem sacro imperio et aliam medietatem rectoribus et predicti pontis gubernatoribus, et post solutam penam, hec omnia supradicta[12] im perpetuum maneant firma. Que scripsi ego Pizolus Imolensis notarius sicut prenominatus Bertuldus michi iussit ex [13] parte domini Federici gloriosissimi et invictissimi imperatoris.

Manus autem investitor [14] huius donationis et proprietatis fuit Pulzone; testes vero rogati [15] interfuerunt Ugo Rodulfi, Bonzo de Martignanis, Ugo cancelarius, Ugolinus filius Pepoli de Gotha, Iohannes de Brunis rogati [15] interfuerunt testes.[16]

Fasc. B, II, n. 5. - Exemplar manu Lucae a Monte notarii quod reperitur in quadam sententia in favorem hospitalis S. Mariae, vulgo de la Scaletta, die 11 novembris 1455 a Thaddeo de Manfredis adprobata. Extat dicta sententia in fasc. membr., mm. 365×240, constans cc. 6 quarum deest secunda, et exemplar in ipsa ter invenitur, idest c. 3 incipiens a Qam quidem cartulam *propter defectum secundae chartae, c. 4 et 6 v. Lucas a Monte illud desumpsit a quodam exemplari per Guidonem Imolensem notarium transcriptum et authenticatum die 6 ianuarii 1209 cum infrascriptis notariis, Michaele, Alfredulo et Tridentino coram Clarissimo, Guarnerio Marci de Guarnerio, Laurentio Clarissimi, Ildebrando Ugolini Ubertini et Damiano Sarto. = B, III, n. 8. cc. 25-35. - Exemplar supradictae sententiae authenticatum a Iosepho Maria Manzonio, cuius instrumenta, ab an. 1746 ad an. 1808 rogata, in Archivo Notarili asservantur. Notabimus tantum variationes quae inter Lucae a Monte exemplaria (A, B, C), occurrunt. — Sommario nella causa fra l'ospedale di S. Maria della Scaletta d' Imola e la prov. di Ravenna etc., p. 109; Hessel, Eine im Auftrage Friedrichs I. ausgestellte Urkunde vom 29. Dezember 1164, p. 215.*

[1] *B, C* pape.. [2] *B, C* Fedrici [3] *C* Fedrici [4] *B, C* libertate [5] *B, C* certorum [6] *B* cartam [7] *C* Bico [8] *B* substetamenta [9] *A* successores [10] *A, B* libertatem [11] *B* tentaverit [12] *A* acta; *B, C* certa [13] *A, B, C* et [14] *A, B, C* instrumenti [15] *A, B, C* p'p' *pro* r'r' *idest* rogati [16] *A, B, C* testium

ARCHIVUM

COMMUNITATIS DUTIAE

770.

Dutiae, 8 maii 1175.

Concessio in favorem ecclesiae S. Mariae de castro Dutiae.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius MCLXXV, temporibus Alexandri pape et Federici inperatoris, die VIII intrante mense madii, actum in castro Dutie, indictione quinta.[1] Quoniam autem ut multotiens contingit quod longo terrarum spatio aliisque dificultatibus separantur filii mente et corpore a devotione, servitio et caritate matricis ecclesie, bonorum vero pastorum est ipsos ad gremium sinumque matris sue reducere ac revocare. Et ideo ego quidem in Dei nomine presbiter Rodulfus ecclesie S. Cassiani canonicus atque prepositus comuni consensu et voluntate deliberato conscilio et participato omnium meorum fratrum eiusdem ecclesie canonicorum concedimus et largimur tibi presbitero Guidoni receptori pro te et pro ecclesia S. Marie de castro Dutie tuisque succesoribus in eadem ecclesia comorantibus in perpetuum; idest omnes sepulturas tam virorum quam mulierum, tam nobilium quam popularium, tam minorum quam maiorum de curte Dutie tota integre et solide existentium infra plebem nostram. Item concedimus et largimur medietatem omnium testamentorum, tam mobilium quam inmobilium cuius dimidium in laborerio et ornatu prefate ecclesie; alterum verum in necessitate clericorum ibidem servientium; alia vero medietate nobis canonicis ecclesie S. Cassiani nostrisque succesoribus integre rete[n]ta, voluntate, permissione tam sacerdotis quam nobilium et popularium Dutie retenta. Item concedimus medietatem omnium oblationum et omnes candelas que ibi offeruntur preter illas que in die sepulture et in die Nativitatis et sancte R[esurrect]ionis

et beate Marie Asumptionis oblate fuerint, quarum medietatem ad usum et utilitatem ecclesie nostre predicto modo reservamus. Item concedimus qu[ar]tam partem [2] omnium decimarum nostre pleb[is] . . . [Du]tie . . . . . partibus nostrisque succesoribus, nobis, ut supra dictum est, integre retentis. Concedimus quoque prenominate ecclesie oleum infirmorum. Que omnia gratis et intuitu pietatis concedimus et largimur predicte ecclesie, et ut homines Dutie magis prompti sint et voluntarii nobis nostrisque succesoribus in persolvendo decimas et oblationes et testamenta, septimas vero et trigesimas iuxta possibilitatem uniuscuiusque, ad canonicam mittendam. Et ab hodierna die non liceat nobis nostrisque successoribus ullo unquam in tempore questionem exinde movere, nec ullam molestiam contra suprascriptam ecclesiam generare; set secura et quieta inde maneat in perpetuum. Consules vero Dutie, considerata dignitate atque honore ecclesie sue, comunicato conscilio et comuni voluntate tam nobilium quam popularium, gratis et dono dant nobis nostrisque succesoribus in perpetuum unum casamentum quod est positum in castro Dutie: ab uno latere tenet Zuliana, ab alio latere ripa castri, a tercio latere Guido Girardi, a quarto latere est zimiterium ecclesie. Eo tenore ut non liceat nobis nostrisque succesoribus nec vendere, nec donare, nec ullum contractum facere nisi in comuni Dutie, si voluerit accipere, sin autem, liceat nobis nostrisque succesoribus facere quicquid inde libuerit. Et ego predictus Rodulfus ecclesie S. Cassiani prepositus per me et per meos fratres meosque succesores promitto omnia, que superius leguntur, firma tenere, auctoriare et defensare semper su⟨b⟩ nomine pene unius auri libram, et ego presbiter Guido per me et per meos succesores. Nos consules Ducenses, scilicet Ugo Barotius et Blancutius, Bavosus atque Tignosus versa vice promittimus per nos et per totum nostrum comune auctoriare et defensare sub eadem pena in perpetuum, et post solutam penam, hoc [instr]umentum maneat f[irmum et invio]l[a]tum.

† Ego Albertus Dei gratia notarius sacri palatii et ecclesie S. Cassiani scripsi omnia suprascripta ut vidi et legi in instrumento facto ab Alioto Solustrensi notario, nec addidi nec minui, set ut vidi et legi, ut superius dicitur, manu mea scripsi.

Fasc. I, n. 1. - Exemplar, mm. 332×330. Charta arrosa in lineis 10-2, 20; in versu, manu saec. XII Carta oblationum et decimarum ecclesie de Dutia.

[1] *Indictio V respondet anno 1172.* [2] *Orig. habet* partam

CHARTAE

EX DIVERSIS ARCHIVIS

771.

Ad S. Andream, 16 maii 1047.

Petrus presbyter Corneliensis Ecclesiae Hugoni concedit quasdas terrae petias, salva annua pensione sibi persolvenda.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Anno ab incarnacione Domini nostri Iesu Christi millesimo quadraiesimo septimo, sitque imperante dominus Henricus gratia Dei imperator anno primo, die sesto decimo mensis m[a]dio, indicione [quin]ta decima, iusta ecclesiam S. Andree apostoli qui vocatur Iaconati, teritorio Corneliensis. Ea enim que gesta e[s]se v[i]dent[ur] prolixis temporibus memoriter retineri non possunt, ideo scribture vinculis adnotari e nec propter va[rienci]a temporum hoblivionis mandentur et iurgia generentur. Icirco et quoniam profitens pro[fite]or ego quidem in Christi nomine Petrus venerabilis presbiter sancte Corneliensis Ecclesie per uius pagine me⟨e⟩ vocis, sub[cessionis, v]e[n]d[i]cionis, transfersionis a presenti die me⟨e⟩ pagine te presente in Christi nomine Hugo filius Arduce acceptore int[e]r tuis eredibus secundum quod me⟨e⟩ cartule relegitur, concedo et largio et asigno seu et confirmo tibi et tuis eredibus; idest terciam parte de una mansione que est posita in castro S. Casiani et meam po[rcion]em de orto que est in Pasteno S. Vitalis et totam meam integram vineam que est posita prope str[a]ta Petrosa, et quantascumque michi pertinet in fundo et in loco qui dicitur S. Georgio,[1] et quantascumque michi pertinet in fundo et in loco qui vocatur Fontanicoli, et sep[t]e[m] turnaturias de terra que sunt posite in fundo et in loco qui dicitur Fraseneta. Hec omnibus rebus cum terris, vineis, campis, pascuis, arbustis, arboribus et cum omnibus sibi [pertinenti]bus, consti-

tuta teritorio Corneliensis, plebe S. Casiani Christi martiris; hec omnia abendum, tenend[um], cultandum, laborandum, ordinandi et disponendi et in omnibus meliorandi salva pensione domnica persolvendi in quantum vobis exinde pertinuerit ad iura unde existunt, et licencia abetis inovandi de is omnibus predictis rebus, que super leguntur. Et ego iamdicto Petro presbitero sancte Corneliensis Ecclesie ordinatore tibi supradicto Hugo et a tuis eredibus ab omni persona ominum stare et autoriare et defensare promitto secundum quod me⟨e⟩ cartule relegitur, et si oc non fecero, conpondituro me promitto tibi supradicto Hugo tuis eredibus auri obtimi uncie tres, et post pene sollucionem, manead anc cartulam subcessorie in sua firmitate. Scribta per manum Rainerii in Dei nomine tabellionis de teritorio Corneliensis, scrivendum rogo sub die et me⟨n⟩s⟨e⟩, indicione supradicta.

(A). † Ego Petrus presbiter sancte Corneliensis Ecclesie in hac cartula succesurie a me facta manu mea propria scripsi et subscripsi.

(A). E⟨go⟩ † Ugo filio Dominici in hac cartula successorie rogatus testis subscripsi.

(A). † Dominicus filius quondam Dominicus in hac cartula sucessorie rogatus testis subscripsi.

(A). † Alberto filio quondam Dominici in ac cartula successorie rogatus testis.

Signum †† manibus Petrus qui vocatur Petricino et Farulfo filio quondam A⟨l⟩berto rogatis testibus.

Ego prefato Rainerius tabellio complevi et absolvi.

Noticia	testium	idest:
Hugo	filio quondam	Dominici
Dominicus	filio quondam	Dominici
Alberto	filio quondam	Dominici
Petrus	qui vocatur Petricino	testis
Farulfo	filio quondam	Alberto.

Fasc. I, n. 1 ex chartis Antonii Ferri quae apud Archivum communitatis Imolae nunc asservantur. - Orig., mm. 450×360. Charta valde lacera est in marginibus. In versu ND *vix legi potest. Ferri addidit sequentem notam quae hanc chartam reliquasque sub nn. 774-6, 778-80 respicit, quae ad archivum S. Cassiani pertinebant* Scritture antiche che già erano nell'Archivio Capitolare ritrovate poi a caso sotto i cassoni della sagrestia. *Chartae nn. 774, 776, 780 perierunt; supplemus regestis ab ipso Ferri factis. Cf. praefationem huius secundi voluminis.*

[1] *Emendatum ex* Ieorgio *ab ipso tabellione.*

772.

[Imolae], iunii 1047.

Nota finium quibus bona, quae ecclesia S. Mariae in Regula in civitate Corneliensi possidet, continentur.

Addenda n. 479. - Exemplar, mm. 310×177, manu Guidonis notarii. Charta valde lacera est et arrosa secundum marginem inferiorem. Haec charta iam ad Archivum S. Mariae in Regula pertinebat uti e diversis notis in versu desumitur, nunc autem in Archivo comitum de Saxatellis invenitur sub signatura manu saec. XVIII Imola, mazzo B, XXXVIII. *Alia signatura manu saec. XVIII exstabat in versu dictae chartae* II, 1047 ... giugno *postea deleta ; cf. notam n. 773. Variantes formas supponimus quas Guidonis notarii exemplar praebet collatum cum altero a nobis iam edito sub. n. 479 (v. II, pp. 3-4).*

Pag. 3, l. 1. anno eius MXLVII. Littere recordacionis quas fecit facere Iltegrimus episcopus sancte Corneliensis Ecclesie Laurenzio tabellioni *9.* flumen Santernum ab uno latere, *11.* itinere per portam Ursolinam *14.* ad crucem S. Vincenzii, et via, *16.* ad iamdictum flumen Santernum. Infra hec latera sunt due tabule *17.* que dicuntur esse S. Casiani et S. Donati; una est in longitudine perticas XXXII, in frontibus perticas XIII; alia tabula est in longitudine perticas XXIV, et in alia perticas XXV: ab uno latere predicte tabule est strada publica, *Pag. 4, l. 7.* de Bretonis. Quem omnia supradicta scripsi ego Laurenzio notarius *9.* de civitate Liviensis et Alfredus iudex de territorio Corneliensi et domnus Gerardus abbas S. Donati, et Petrus gramaticus de Aquavia[1] et Albertus et Dominicus legislatores de Favencia, *14.* Guidonis de Bafadi, et Ursoni tabelio et Petrus tabbelio de civitate Corneliensi, tempore domni Gregorii summi pontifici secundo, *17.* infra civitate Corneliensi prope plebe S. Laurenzii, *19.* Bezolini comiti et vasallis eiusdem Henrici *20.* dominacionem predicte civitatis Corneliensis, indictione supradicta XV. *24.* Petrus Abbatisse, Ubertinus Corvarie, Iacobus Aliinde, *27.* anno Domini MCLXXXXII, *29.* in claustro [monasterii iamdicti] S. Marie *31.* iamdi[cti monasterii].

[1] *Textus habet* Aqauvia

773.

Imolae, 27 iunii 1143.

Vitalis de Cassolo donat ecclesie S. Laurentii quaedam bona uxoris suae duobus in locis sita.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnacione eius millesimo centesimo quadragesimo tercio, temporibus

Innocentii pape et Chonradi regis, die quarto exeunte mense iunii, in civitate Imola, in ecclesia S. Laurentii, indictione sexta. Ego quidem in Dei nomine Vitalis de Cassolo presentibus et consentientibus filiis meis, uxore mea vivente, hoc precipiente, pro remedio anime predicte uxoris mee et pro remissione peccatorum eius do et dono ecclesiae S. Laurentii sibique servientibus et morantibus ; idest quicquid iamdicta uxor mea habebat et tenebat et sibi pertinebat in fundo qui vocatur Scalzagatis et Aque vive : ab uno latere Orlandinus Donicus, ab alio Remengardina quondam Iohannis Donici, a tercio latere via, a quarto latere medietas fluminis. Quantum infra supradicta latera designata iacet et uxori mee pertinebat cum introitu et exitu suo et cum omnibus supra se et infra se et sibi pertinentibus et cum omnibus suis accessionibus, constitutum territorio Corneliensi et plebe S. Prosperi, do et dono predicte ecclesie S. Laurentii pro remedio anime prefate coniugis mee et pro remissione peccatorum eius, ad habendum, tenendum, disponendum et ordinandum et more salario in ecclesia permanendum, si proprium est, ad iura propria habeat, et si conductitie apparuerint, licentiam innovandi habeat ad iura unde erit. Et ab hodierna die non liceat michi donatori neque méis filiis vel heredibus de predicta re facere questionem, repetitionem, causationem ullamque litem movere, neque contra prefatam ecclesiam, neque contra ibi servientes, nec per aliquam personam a me sumissam vel sumittendam ; sed auctorizare et defensare iamdictam rem promitto predicte ecclesie sibique servientibus cum meis filiis et heredibus ab omni persona hominum sub pena auri optimi unius unciȩ, et post solutam penam, hec cartula donacionis in perpetuum maneat firma. Quam scripsi ego Pizolus Imolensis tabellio.

Testis et manus investitor rogatus interfuit Petricinus Iohannis de Sassulo, Iohannes de Cassiano, Davizolus de Bonomartino, Sasso frater eius, Santernus Iohannis de Christiano, Almericus Iohannis de Apolito, Tavernolus, Tignosus Gerardi de Macerada, Bellemolus et alii plures.

Haec charta, quae iam ad Archivum S. Mariae in Regula pertinebat, in Archivo comitum de Saxatellis nunc reperitur sub signatura saec. XVIII Imola, mazzo B, XXXI. - *Orig., mm. 450×160. In versu* XD *et manu saec. XIII* Carta de Scalzagattis et Aque vive. *Refert alia signatura manu comitis Alexandri Rainutii de Saxatellis, qui exeunte saec. XVIII floruit* III, 1143, 27 giugno *postea deleta. Instrumenta sub. nn. 717, 761-2, 772 referunt signaturas manu huius comitis. Cf. praefationem huius secundi voluminis.*

774.

[Ad S. Cassianum], mense februario 1152.

Petrus donat canonicis S. Cassiani petiam terrae.

Anno MCLII, tempore Eugenii pape, * *, indictione XV, actum in mense februarii iuxta ecclesiam S. Ieorgii. Sancto ac beatissimo venerabili ospitali S. Ieorgii in quo &c. dominus Temperatus venerabilis homo et rector atque maior &c. preesse videtur &c. Ego &c. Petrus donator pro oblatione &c. anime Ugonis de Zanzullo &c. dono &c. duas turnaturias &c. in fundo qui dicitur Fontanichole &c. a tercio ⟨latere⟩ Ugo Apesapane &c. Testes Guascone, Nicola testis et manus investitor, Petrus Guarinus, Gotifredus canonicus, Arduinus canonicus, Iohannes Pazo &c.

Ego Iohannes notarius Corneliensis Ecclesie &c.

Ferri, II, 390. n. 2. - Cf. notam n. 771.

775.

Ad S. Cassianum, 28 ianuarii 1160.

Canonici S. Cassiani Gratiano Lambertini concedunt in emphytheusim casamentum in castro S. Cassiani positum.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Ab incarnacione eius anno millesimo centesimo sexagesimo, indicione VIII, temporibus Allexandrii pape et Fetherici imperatoris, die quarta exeunte mensis ianuarii, in porticu canonicorum S. Cassiani. Ego quidem in Dei nomine domnus Rodulfus venerabilis sacerdos uná cum consensu canonicorum eiusdem ecclesie concedo et largior tibi Graciano filio quondam Lambertini tuisque filiis et heredibus per pactum in sexaginta et novem annos ad renovandum; idest unum casamentum positum in castro S. Cassiani, in frontibus pedes XI, infra hec latera: ab uno latere nos supradicti hordinatores, ab alio latere Rusticellus Mallavaca, a tercio latere ripa

ipsius castri, a quarto vero latere via. Quicquid infra hec latera manet concedimus tibi tuisque filiis et heredibus ad habendum, tenendum, possidendum, supersedendum, defensandum et in omnibus meliorandum in annis advenientibus predictis ad renovandum. Ita sane ut singulis quibusque annis omne mense marcii aut infra indicionem cum tuis filiis et heredibus inferatis nobis vel nostris successoribus pro pensione denarium lucensem unum; et nos supradicti hordinatores cum nostris successoribus tibi tuisque filiis et heredibus ab omni persona hominum auctoriare et defensare promittimus. Pro eo quia accepimus a te denarios luccenses VII; eo tamen tenore ut non habeatis licenciam vendere nec donare, neque aliquo modo alienare, si oportunum fuerit, nisi in nobis supradictis hordinatoribus vel in nostris successoribus si accipere voluerimus, si autem noluerimus, liceat vobis dare nostro consensu cui volueritis, salva nostra racione. Si qua vero pars nostrorum vel vestrorum contra hoc pactum ire temptaverit, det pars parti fidem servanti ante omne litis inicium aut interpellacionem penam nomine solidos luccenses v, et soluta pena, hoc pactum firmum maneat. Albertus castaldus manus investitor.

[ST]. Ego Albericus Dei gratia S. Cassiani notarius scripsi.

I, 3. - Orig., mm. 403×174. Haec charta nunc invenitur apud R. Galli Bibl. municipali praepositum. In versu, eadem manu Apare de Graciano filio Lambertini. *Cf. Ferri, II, p. 390, n. 3. et notam n. 771.*

776.

Ad S. Cassianum, 20 decembris 1164.

Cessio ab Hugolino Tucamuiolo facta in favorem Petrizonis.

Anno MCLXIIII, die xx decembris &c., in S. Cassiani castro &c. Ego &c. Ugolinus Tucamuiolus cedo, refuto &c.; idest omne ius &c. in loco qui vocatur Petrizo &c. Guido Longus, Guido Iohannis, Horlandinus Peioli, Horlandinus Leuli, Bunifredus, Nigrolus rogati testes &c.

Ego Albericus Dei gratia S. Cassiani notarius &c.

Ferri, II, 390, n. 4. - Cf. notam n. 771.

777.

Imolae, 25 octobris 1186.

Sententia a Gerardo Ravennatensi archiepiscopo prolata in favorem Henrici Corneliensis episcopi sibi comitatum vindicantis contra asserta Bretoldi de Könisberg totius Italiae legati.

Addenda n. 729. - Exemplar, mm. 490×295, in Archivo Vaticano, Instr. Misc., caps. I, n. 21. Charta aliquantulum lacera est. Hoc exemplar desumptum ab originali authenticatum fuit die 29 aprilis 1315 in palatio vetere communitatis Imolae de mandato Francischini de Cremona iudicis et assessoris domini Francisci de Medicis de Ferraria potestatis Imolae a Simone quondam fratris Alberti Donolinae, Iacobo Zuliani, Ugolino fratris Drudelli quondam Ugolini de Imola et Ioanne quondam Prud.. de Barolis notariis coram Philippo quondam fratris Ioannis Daydicti et Francisco quondam Ioaniti de Sasso testibus. Huius lectio concordat cum exemplari edito sub n. 729.

778.

Imolae, 21 iulii 1189.

Alberti Bonzeti testamentum.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno ab ircarnatione eius millesimo CLXXX nono, temporibus Clementis pape et Federici inperatoris, die XXI mensis iulii, Imole, indictione VII. Ego quidem in Dei nomine Albertus Bonzetus quia ab intestato decedere nolui, idcirco testamentum sine scriptis facere destinavi. Quapropter volo et iudico ut sit datum pro anima mea ecclesie S. Laurentii V tornaturias terre que sunt posite in fundo qui vocatur Albareti iuxta claudam heredum Aginulfi, et unam claudam extimatam II tornaturias relinco ecclesie S. Cassiani pro laborerio ecclesie, que est iuxta Sprangis de Casula, et V libras lucensium relinco pro anima mea, de quibus habeat presbiter Albertus S. Nicolay VI solidos et presbiter S. Egidii habeat IIII solidos et XV solidos relinco omnibus capelanis Imole pro maltollecto, et volo ut Mellondolus et Dux sint mei fideicommisarii ad dandum pro anima mea suprascriptos denarios. Preterea instituo filium meum Ugutionem michi heredem de omnibus meis

rebus mobilibus et inmobilibus ubicumque sint, ita tamen quod uxor mea Duntiana sit domina domus mee et omnium bonorum meorum usufructuaria donec castam duxerit vitam, et dum se continere noluerit, tunc quod suum fuit, sit sibi refactum et insuper habeat de meis III tornaturias terre que sunt posite in fundo Cavezani iuxta Guidonem Rampum, et vineam Braite iuxta Iohannem Rambertinum, et v tornaturias terre que sunt posite in fundo Lonzenani iuxta Frozerium omnibus diebus vite sue, et si filius meus obierit sine filiis, vel si liberi eius obierint sine liberis, volo ut ecclesia S. Cassiani habeat pro laborerio eiusdem ecclesie IIII tornaturias casamentorum meorum in reducto Trentole supra Solustram iuxta Widonem Tartagnum, et Guido filius Zizilie meus nepos habeat XII tornaturias terre in duabus claudis supra Solustram et vineam meam de Braita habeat Dux et Robertinus per equalem partem, et volo ut Melondolus habeat suprascriptas v tornaturias terre quas relinqui uxori mee, et hoc dico post obitum uxoris mee, et volo ut Ugo Bonzetus et Donusdei habeant equaliter VIII tornaturias terre in duabus petiis in capite pontis de Trentola de sumptus, et Remengarda et Forester⟨i⟩a habeant equaliter casam meam cum casamento quod est supra stradam, et Ugolinus de Moredano habeat casamentum cum casa, quod est iuxta me, ita quod uxor mea sit domina istius casamenti et case omnibus diebus vite sue, totum aliud habeat Ugo Bonzetus et Albertus Ferrus et Bartolus et Remengarda et Foresteria iure institutionis equaliter. Si quis vero meorum heredum contra hoc meum iuditium, quod iudicavi, ire vel agere vel infingnere et non observare temptaverit, solvat penam meam ultimam voluntatem observantibus XX libras lucensium, et post solutam, hoc meum iuditium sive testamentum sine scriptis maneat firmum, et si non iure testamenti valeret, iure tamen condicilli vel ultime mee voluntatis valeat. Quod vero scripsi ego Iohannes Imolensis notarius. Preterea volo ut Albertinus Gazese habeat partem meam de casamento quod emi a filiis Auripili, quod est iuxta heredes Malgareti in hora S. Egidii ad iura propria cum omni iure et actione mea pro XIIII solidis lucensium quos ei debebam dare, et do ei vineam meam de Canale tali condictione: Si filius meus solverit ei III libras et v solidos lucensium usque ad alterum festum S. Cassiani, suprascripta vinea sibi revertatur, si non autem, liceat ei vendere suprascriptam rem, vendere bona fide cuicumque voluerit et suum

recipere et quantum plus vendiderit, sibi debitori solvat et dum non invenerit comperatorem, liceat ei frui non computato fructu quem inde habuerit in alico debito, sed meo dono habeat et hoc promito sibi sub pena dupli, et soluta pena, hic contractus maneat firmus. Testes ad hec rogati interfuerunt presbiter Albertus S. Nicolai, Dux Martignonis, Melondolus, Albertinus Gazese, Lunardus filius Melondoli, Loiterius Iohannis Laurentii, Ugo Aldegarde, Bonaventura, Bartolus.

I, 6. - Exemplar, mm. 433×207, manu Widonis Rigoli imperiali auctoritate notarii sub anno 1213, die 3 mensis iunii. Cf. notam n. 771.

779.

[Imolae, ... 118]9.

Farulfus de suis bonis per testamentum disponit.

[ST]. In nomine sancte et individue Trinitatis. Anno ab incarnatione Domini nostri [Iesu Christi millesimo c octuagesimo] VIIII,[1] indictione VII, actum territorio Corneliensi, in claustrum S. Petri in Pitulo, die ......, tempore Clementis pape et Federici inperatoris et Henrici eius filio electi regis. Ego Farulfu[s] casu humane mortis premeditans dum michi et anime mee previdere cupio, in primis XXII turnaturias terre aratorie pro anima mea dari volo, ex quibus viginti due turnaturiis terre VI turnaturiae S. Petri in Pitulo, duas ex quibus in Campo lungi et IIII in limite Luparo, et IIII turnaturias inter laborerium S. Cassiani et canonici S. Cassiani et III turnaturias terre aratorie S. Laurentii posite in fundo Liminzoni, et IIII tornaturias capellanis Imole, duas turnaturias S. Prosperi in Pitrizo, et III turnaturias S. Marie in Regula in fundo Liminzoni, et insuper x libras luccenses pro anima mea dari volo, et volo et iubeo ut Guidobonus filius olim Ugoni de S. Vitale et Ugolinus de Maculo sint comissarii meos et predictos denarios expendant pro anima mea ut eis melius et utilius visum fuerit inter ecclesias et sacerdotes ac pauperes Christi, et do liberam potestatem predictis comissariis meis ut ipsi vendant de meis rebus ubicumque eis placerent, tantum ut ipsi bene solvantur predictas x libras et predictam terram, que supra legitur, persolvant suam portionem ad unaquaque ecclesia, sicut dictum est, et cuicumque venderent comissarii predictis de rebus meis, illam vendicionem

firmam esse volo; et relinquo Guidobono tres turnaturias terre aratorie sibi et suis heredibus, et III turnaturias terre filii Savarisis et eorum heredi in fundo Furnioni, residuum ex quibus tres turnaturias quam relinquo filii Savarisis, relinquo Ugolinus de Maculo et suis heredibus, et omnes denarios, quos michi debebam eidem Ugolinus et suis liberis, relinquo consanguineis meis de Toranello, nomine Bartolus et Albertus Ferri, relinquo, hec quam habeo Toranellus et hoc quod habeo in Funtanella relinquo Ugolinus de Maculo et suis heredibus, et hec quam habeo in fundo Scazasaco et dicitur Pirorotundo. In omnibus aliis meis bonis mobilibus et immobilibus, ubicumque sint, michi herede instituo sorori mee nomine Iacopina, et insuper precipio predictis comissariis ut omnia supradicta persolvant et desingnent quia talis est [ul]tima mea voluntas; si non valet iure testamenti, valeat iure codicilli. Testis et comissarii Ugolinus de Macu[lo] et Guidobonus, Bonacursus, Varicaloste, Vivolus, Albertone, Castellanus, Bartolus, Albertus Ferro.

I, 5. - Orig., mm. 260×227, manu Giberti notarii. Charta arrosa est secundum marginem superiorem et sinistrum. Cf. notam n. 771.

[1] *Annus 1189 desumitur ab indictione VII et ab annis pontificatus Clementis III et regni Federici I et Henrici VI.*

780.

Imolae, 7 novembris 1195.

Canonici S. Cassiani Girardino Agrestoli concedunt emphytheusim super fundum qui Cruciferia vocatur.

Anno MCXCV, die VII novembris, temporibus Celestini pape et Henrici imperatoris &c., Ymole, in ecclesia S. Cassiani, indictione XIII. Ego &c. presbiter Ildrobandus et canonicus S. Cassiani &c. concedo et largior tibi Girardino Agrestoli &c. et pro uxore tua Ratrutha ad renovandum &c. in fundo quod vocatur Cruciferia: ab uno &c. heredes Aimerici Zanioli, ab alio heredes Acarisoli de Secundo, a tercio Atenderex Agrestoli, a quarto est via Silicis &c., territorio Ymolensi et plebe S. Laurentii &c.

Ego Iohannes Ymolensis notarius &c. Testes &c. Athelmus filius Fantolini, Albertus Ferrus quondam filius Viviani Muziconi, Renoaldus filius Bonensigne &c. rogati testes.

Ferri, II, 392, n. 7. - Cf. notam n. 771.

781.

Imolae, 23 aprilis 1196.

Albertus Ferrus canonicis S. Cassiani vendit terrae petiam Imolae sitam.

In nomine Domini nostri Iesu Christi, amen. Anno ab incarnatione eiusdem millesimo centesimo nonagesimo VI, temporibus Celestini pape et Henrici imperatoris, die VIII exeunte mense aprilis, Imole, indictione XIIII. Ego quidem in Dei nomine Albertus Ferrus hoc venditionis et proprietatis instrumento vendo et trado tibi presenti in Christi nomine presbitero Ildrebando ecclesie S. Cassiani canonico recipienti vice et nomine predicte ecclesie in perpetuum; idest unam petiam terre positam in burgo Imole, confines cuius rei hii nunc sunt: ab uno latere ego venditor, ab alio sunt iura predicte ecclesie, a tertio Alfredolus, a quarto Bonamicus et Ugolinus Gritti et si qui alii confines sunt. Quicquid inter hos iacet confines cum introitu et exitu suo et cum omnibus supra se et infra se et sibi pertinentibus pro pretio quattuor librarum bononiensium, quod a te nomine predicte ecclesie michi solutum fore confiteor, do et vendo tibi nomine predicte ecclesie ad habendum, tenendum, possidendum et tua auctoritate in possessionem intrandum et permanendum et quicquid tibi placuerit predicte rei nomine deinceps perpetuo faciendum auctoritate et nomine prefate ecclesie sine aliqua molestia. Ab omni quoque homine predictam rem semper legitime meisque expensis omnibus firmiter in iudicio et extra iudicium auctorizare et defensare et hoc venditionis instrumentum perpetuo firmum tenere promitto per stipulationem tibi nomine supradicte ecclesie cum meis heredibus sub pena dupli predicti pretii, et pena soluta, hic contractus venditionis et proprietatis semper maneat firmus. Predictus venditor scribi iussit, ut supra legitur. Testes rogati interfuerunt Maruitus, Vivianus Tonsi, Gratianus calzolarius et Ugolinus et Bonusmartinus hostiarii.

† Ego quidem Michael sacri palatii notarius interfui et rogatus scripsi et subscripsi.

I, VIII. - Orig., mm. 260×210. In versu, manu saec. XIII Entio unius casamenti in burgo civitatis Ymole. *Cf. notam n. 771.*

INDEX

I.

REGESTA ORDINE CHRONOLOGICO DISPOSITA.

1101 iun. 11, [Imolae]. — Faita Bonato praeposito S. Laurentii cedit spatium terrae ecclesiam super se habens. 485.

» iun. 19 [Imolae]. — Hugo et Iohannes Petri de Agane petunt a canonicis S. Laurentii in emphytheusim vineae petiam. 486.

1102 mai. 27, [Imolae]. — Gerardus abbas S. Mariae in Regula Petro, Martino et Widoni dat in emphytheusim petiam terrae. 487.

1103 apr. 6, [Imolae] ad S. Matthaeum. — Fantone et Gandulphus petunt ab abbate S. Matthaei in emphytheusim vineae petiam. 488.

1104 ian. 11, [Imolae]. — Christianus et Imelda uxor eius canonicis S. Laurentii dant fundum in emphytheusim. 489.

1106 febr. 23, ad S. Cassianum. — Canonici S. Cassiani Ungaro et Alberico renovant emphytheusim supra locum Gazo dictum. 22.

» febr. 23, Solustrae. — Donatio ab Imilda vidua Widonis canonicis S. Cassiani facta. 23.

» mar. 12, [Imolae]. — Santernus Bagnagalina canonicis S. Laurentii cedit petiam arvi. 490.

» dec. 3, ad S. Cassianum. — Canonici S. Cassiani confirmant Guidoni de Solustra emphytheusim. 24.

1107 apr. 24, ad S. Cassianum. — Francus clericus petit ab Arduino abbate S. Vitalis renovationem emphytheusis. 25.

» oct. 17, [ad S. Cassianum]. — Arduinus ordinarius S. Vitalis dat in emphytheusim fundos de Lamaro et Castilioni. 26.

1108 ian. 16, Orsariae. — Iohannes quondam Leonis Guidoni quondam Hugonis vendit sesqui tornaturiam arvi. 27.

» febr. 11, ad S. Cassianum. — Ubaldus Corneliensis Ecclesiae episcopus dat in emphytheusim compluribus quasdam petias terrae. 28.

» febr. 26, ad S. Cassianum. — Canonici S. Cassiani dant in emphytheusim omnes possessiones in Gazo sitas. 29.

» nov. 3, Imolae. — Vivilenda donat canonicis S. Cassiani quatuor tornaturias terrae saltuosae. 30.

1110 febr. 20, ad castrum Taibani. — Refutatio mansi in fundo Utuntulae facta ab Aginulfo et Auliuperio canonicis S. Cassiani. 31.

» [ad S. Cassianum]. — Refutatio commendae et usus mansi Tabernulae facta a Cassiano et Martino Perriculo canonicis S. Cassiani. 32.

[1111] sept. 5, [ad S. Cassianum]. — Terrae restitutio facta canonicis S. Cassiani vi ablatae. 33.

1113 mart. 13, Ravennae. — Oddo de Rodulpho petit a monachis S. Mariae in Cosmedin ut ei renovent emphytheusim avo suo concessam. 734.

1114 febr. 25, ad S. Cassianum. — Concessio facta ab Ingizo praeposito S. Cassiani Ioanni et Teucio. 34.

» mart. 14, [Imolae]. — Medietas plebis S. Laurentii redditur episcopo et canonicis S. Cassiani. 491.

» sept. 4, [Imolae]. — Investitura supra dimidiam terrae petiam canonicis S. Laurentii concessa. 492.

» sept. 4, [Imolae]. — Ildebrandus de Odaldo de mandato Ubaldi tradit ecclesiae S. Laurentii dimidiam terrae petiam. 493.

1115 aug. 25, [Imolae]. — Rocia vidua Petrocini canonicis S. Laurentii donat viam. 494.

1125 apr. 14, [Imolae]. — Guido de Uberto possidendam tradit canonicis S. Laurentii terrae petiam. 508.

» nov. 30, Imolae. — Fusca canonicis S. Laurentii donat terrae tornaturiam sitam in loco qui Campo Sentali appellatur. 718.

1126 sept. 29, ad S. Cassianum. — Aliud Drudae testamentum quo pia onera statuuntur. 44.

[1126-1130]. — Honorius II Bennoni Corneliensi episcopo eiusque successoribus confirmat possessiones omnes. 726.

1128 iun. 7, Imolae. — Ioannes Alberti Balbi et eius uxor Divisia ecclesiae S. Laurentii dant in emphytheusim terrae petiam. 509.

1129 febr. 9, ad S. Cassianum. — Arduinus et Gotifredus canonici S. Cassiani dant in emphytheusim Vitali et eius uxori petiam terrae. 45.

» iun. 29, Imolae. — Bonusfilius quondam Hugonis Basavini Ecclesiae S. Laurentii concedit terrae petiam. 510.

» aug. 29, [Imolae]. — Guido Turbo eiusque frater Farulphus Petro de Guilla locat vineae petiam. 511.

1130 febr. 4, [Imolae]. — Petrus de Iudice Orlando de Agullune concedit in emphytheusim arvi petiam. 512.

» die ... febr., Imolae. — Testificatio de potestate a Guglielmino facta presbytero Alberto tradendi canonicis S. Cassiani terrae petiam. 46.

1131 ian. 20, ad S. Cassianum. — Ioannes de Papia et Ingeza uxor eius et Cassianus de Rambertino canonicis S. Cassiani hortum donant. 47.

» iun. 6, Imolae. — Rodulphus abbas S. Mariae in Regula Bonae viduae Ioannis Andreae hortum in emphytheusim dat. 513.

» iul. 16, Imolae. — Hugo Boniioannis S. Laurentii donat duas arvi tornaturias. 514.

» iul. 18, Imolae. — Rosa ex consensu viri sui vendit canonicis S. Laurentii arvi petiam. 515.

» iul. 20, Imolae. — Hugo Martignani canonicis S. Laurentii concedit in emphytheusim petiam arvi. 516.

» sept. 6, ad S. Cassianum. — Laurentius et Ioannes Bono et Petrocinus petunt a canonicis S. Cassiani emphytheusis renovationem. 48.

» sep. 6, ad S. Cassianum. — Canonici S. Cassiani Laurentio, Ioanni Bono et Petrocino vineam in emphytheusim concedunt. 49.

» dec. 3, Imolae. — Nigrolus et Orlandus Petri Alberti ac Dintiana cedunt canonicis S. Laurentii petiam vineae. 517.

» dec. 12, Imolae. — Rusticus de Zogulo et eius uxor Teutia canonicis S. Laurentii dant in emphytheusim arvi petiam. 518.

1132 sept. 29, Imolae. — Orlandus Petri de Alberto fratri Nigrolo dat in emphytheusim omnia quae in Montale habet. 519.

» ... 14, Imola. — Blancus de Bonzo donat ecclesiae S. Laurentii arvi petiam. 520.

1133 ian. 27, Imolae. — Rodulphus abbas S. Mariae in Regula Bonomo et Albertino dat in emphytheusim medietatem mansi. 521.

» mart. 8, Imolae. — Guido de Amigolo donat canonicis S. Laurentii petiam arvi, 522.

» mai. 8, Imolae. — Canonici S. Laurentii Andulpho de Rainaldo et Richelmo dant in emphytheusim duo casamenta. 523.

1137 iun. 16, Imolae. — Hugo de Ranfredino Ioanni de Cassiano dat in emphytheusim quae habet circa Filzo. 534.

» sept. 27, Imolae. — Canonici S. Laurentii Petro de Gisaltruda cedunt in emphytheusim petiam arvi. 535.

» oct. 14, Imolae. — Testamentum Guidonis Hugonis de Merlo. 536.

[1137, 1152, 1167, Imolae]. — Sex arvi tornaturiae donantur monachis S. Mariae in Regula et canonicis S. Laurentii. 537.

1138 mart. 10, [Imolae]. — Instrumentum permutationis factae inter canonicos S. Laurentii et Maccolum. 538.

» apr. 5, ad S. Cassianum. — Canonici S. Cassiani mansum dant in emphytheusim Andreolo de Taurano et Remengardae uxori eius. 63.

» iul. 24, [ad S. Cassianum]. — Guarinus Athamoli vendit Temperato et Gualdratae uxori eius medietatem clusuriae. 64.

» iul. 24, [ad S. Cassianum]. — Charta donationis, mortis causa, in favorem hospitalis S. Georgii. 65.

1139 febr. 22, Imolae. — Hugo Petri de Auliva Ioanni de Cassiano vineae petiam locat. 539.

» mense febr., ad castrum Bollegnani. — Oddo Rodulphi canonicis S. Cassiani donat quadraginta terrae tornaturias. 737.

» mai. 1, in castro Imolae. — Testamentum Lambertini Druthe in favorem uxoris, Albertini subdiaconi, Citi et Imeldinae. 66.

» mai. 1, Imolae. — Hugo Macerate ecclesiae S. Laurentii nonnulla praedia testamento relinquit. 540.

» iun. 10, Imolae. — Donatio ab Albertino Petri de Argutha facta canonicis S. Laurentii. 541.

1140 febr. 20, [Imolae]. — Sulimanus eiusque uxor Pizula Guitardo concedunt in emphytheusim petiam terrae. 542.

» mai. 23, ad S. Cassianum. — Petrus Bulgari et uxor eius Athalasia donant hospitio S. Georgii septem tornaturias terrae. 67.

» iun. 15, Imolae. — Petrus de Giseltruda canonicis S. Laurentii dat in emphytheusim hortum et vineam. 543.

» iun. 26, ad S. Prosperum. — Ormanittus Ioanni de Cassiano et Petrizano de Zanto dat in emphytheusim terrae petiam. 544.

» iul. 29, [ad S. Cassianum]. — Instrumentum aedificationis ecclesiae S. Georgii. 738.

» aug. 7, [ad S. Cassianum]. — Refutatio ab Imelda vidua de Maleincalzo in favorem Nobilae viduae Lambertini facta. 68.

» aug. 15, Imolae. — Instrumentum permutationis factae inter Guidonem de Britia et Tethericum Gazese. 545.

» aug. 15, Imolae. — Instrumentum donationis factae in favorem Imolensium. 739.

» nov. 7, Imolae. — Ratruda vidua Petri Azi donat Gislae filiae suae clausuriam una cum terris et vineis. 69.

» [ad S. Cassianum]. — Isnardus vendit Temperato petiam vineae. 70.

1141 febr. 16, Imolae. — Ubaldo presbytero et Ambrosio nepoti suo terrae vacuamentum in emphytheusim conceditur. 546.

» mart. 20, [ad S. Cassianum]. — Ioannes de Athamo vendit Temperato petiolam terrae vineatae. 71.

1144 apr. 1, ad S. Cassianum. — Pepo Albertini donatione, mortis causa, dat Orlando presbytero terrae petiam. 79.

» mai. 11, [Imolae]. — Canonici S. Cassiani dant in emphytheusim Puellae quod iam vir eius Ubaldinus dedit ipsis. 80.

» iun. 9, [ad S. Cassianum]. — Arduinus et Gotifredus canonici S. Cassiani Hildebrando dant in emphytheusim arvi petiam. 81.

» sept. 6, [ad S. Cassianum]. — Cito vendit Temperato eiusque uxori Gualdratae medietatem vineae. 82.

» nov. 7, ad S. Cassianum. — Canonici S. Cassiani Claricae viduae Hugolini dant in emphytheusim terrae petiam. 83.

» dec. 2, ad S. Cassianum. — Teuza Rogateria petit a canonicis S. Cassiani in emphytheusim petiam prati. 84.

» dec. 2, ad S. Cassianum. — Canonici S. Cassiani Alberto Lupo eiusque uxori Bonae dant in emphytheusim petiam prati. 85.

1145 ian. 4, Imolae. — Luscus Rodulpho presbytero et Vitali levitae vendit arvi petiam. 560.

» mart. 7, ad S. Cassianum. — Transactio circa petiam terrae facta ab Ildebrando quondam Ubaldini de Mazaincollo et a fratre eius Vinzillaltri in favorem canonicorum S. Cassiani. 87.

» apr. 17, ad S. Cassianum. — Canonici S. Cassiani Hugoni de Laude concedunt libellario nomine arvi petiam. 88.

» apr. 20, Imolae. — Orlandus de Giberto Rodulpho presbytero et Vitali levitae vendit arvi petiam. 561.

» mai. 16, Imolae. — Gualdratha canonicis S. Laurentii donat arvi petiam. 562.

» iun. 7, ad S. Cassianum. — Canonici S. Cassiani Guidoni abbati S. Petri in Sala dant in emphytheusim terrae petiam. 89.

» iul. 22, Imolae. — Martinus Brissianus ecclesiae S. Laurentii donat arvi petiam. 563.

» dec. 21, [Imolae]. — Berta quondam Petri de Azo et Ugolinus vir eius vendunt Brocardo Matharassi arvi petiam. 90.

» dec. 24, Romae ad Lateranum. — Eugenius III monachis et ecclesiae S. Mariae in Regula iura et privilegia concedit. 564.

[1145-1187, Imolae]. — Fragmentum instrumenti donationis. 565.

1146 febr. 12, [Imolae]. — Instrumentum quo testatur ecclesiam S. Laurentii arvi petiam per investituram recepisse. 566.

» febr. 21 (?), [Romae] ad Lateranum. — Eugenius III ecclesiae S. Mariae in Regula iura, privilegia et indulgentias concedit. 567.

» mart. 1, ad S. Cassianum. — Refutatio facta ab Alberto de Micco in favorem canonicorum S. Cassiani. 91.

» apr. 4, ad S. Cassianum. — Michilda vidua Ioannis Rogaterii donat canonicis S. Cassiani terrae petiam. 92.

» apr. 16, ad S. Cassianum. — Canonici S. Cassiani Casolino dant in emphytheusim petiam terrae. 93.

» apr. 18, ad S. Cassianum. — Bassalancia donat canonicis S. Cassiani petiam terrae. 94.

» mai. 3, [Puzoli]. — Donatione, mortis causa, Guido de Puzolo canonicis S. Cassiani tradit terrae petiam. 95.

1148 ian. 12, [Imolae]. — Guidolinus de Belladonna cedit Brocardo Petri Matharassi iura supra arvi petiam. 116.

» apr. 9, Imolae. — Canonici S. Laurentii Ioanni Arso et Pizaroni cedunt in emphytheusim arvi petiam. 573.

» apr. 25, [Imolae]. — Martignone de Ioanne de Breza dat ecclesiae S. Mariae in Regula petiam terrae. 574.

» aug. 19, Dutiae. — Donatio, mortis causa, facta a Iordano in favorem ecclesiae S. Cassiani. 117.

» mense sept., Solustrae. — Hildebrandus Azi donat hospitali S. Georgii terrae petiam. 118.

» dec. 24, Imolae. — Claricia donat hospitali S. Georgii arvi petiam. 119.

» dec. 27, ad S. Cassianum. — Emphytheusis a canonicis S. Cassiani concessa Alberto Fulcorum et Gratiano. 120.

1149 iul. 4, Solustrae. — Orlandus, Hugo et Artusius donant canonicis S. Cassiani arvi petiam. 121.

» oct. 13, Imolae. — Communitas Imolae Pizolae concedit casamentum in Imola nova situm. 575.

» oct. 25, Imolae. — Hugo Pethone et Guntilla uxor eius canonicis S. Laurentii refutant arvi petiam. 576.

» nov. 23, Imolae. — Canonici S. Laurentii Ubertello Guidonis Pergulae concedunt in emphytheusim arvi petiam. 577.

» mense nov., Dutiae. — Hugo et Girardus ecclesiae S. Mariae castri Dutiae hospitali S. Georgii dant in emphytheusim terrae petiam. 122.

» dec. 11, Imolae. — Canonici S. Laurentii Petro de Hugone de Guida de li Romani dant in emphytheusim arvi petiam 578.

» Dutiae. — Albertus Guidonis vendit Temperato petiam terrae. 123.

114.. oct. 28, [Imolae]. — Rodulphus et Divisia vendunt arvi petiam. 579.

[1149-1161, ad S. Cassianum]. — Formula iuramenti a civibus Imolensibus episcopo et canonicis praestandi. 124.

[1149-1161, Imolae]. — Iuramentum praecepta servandi in controversia inter episcopum et cives Imolenses. 580.

1150 febr. 20, [Imolae]. — Canonici S. Laurentii Ioanni Guitoni et Nomai dant in emphytheusim arvi petiam. 581.

» mart. 14, Imolae. — Abbassafollem Hugolino Ioannis de Rainerio et Divisiae vendit arvi petiam. 582.

» mai. 4, [ad S. Cassianum]. — Hugo Lupus et Grassa vendunt Temperato petiam terrae. 125.

» iun. 12, [ad S. Cassianum]. — Canonici S. Cassiani Brocardo et Gislae dant in emphytheusim petiam terrae. 126.

» iul. 24, [ad S. Cassianum]. — Sinibaldus vendit Temperato vineae petiam. 127.

1151 febr. 6, Puzoli. — Giso donat hospitali S. Georgii terrae petiam. 128.

» apr. 23, Dutiae. — Canonici S. Cassiani Hugoni Ioannis fabri et Bacedoniae dant in emphytheusim petiam terrae. 129.

» mai. 18, Ferentini. — Eugenius III Rodulpho Corneliensi episcopo eiusque successoribus privilegia et iura confirmat. 727.

» mai. 19, Imolae. — Canonicis S. Laurentii ceditur petia terrae de fundo Viguzemmi dicto. 719.

1154 apr. 19, in castro de Monte de Batalla. — Othaldus et Bertha vendunt Temperato et Gallenzano terrae petiam. 140.
» mai. 9, ad S. Cassianum. — Canonici S. Cassiani dant Remengardae duas petias terrae in emphytheusim. 141.
» iun. 7, ad S. Cassianum. — Zazella donat canonicae S. Cassiani tres tornaturias terrae. 142.
» aug. 28, [Imolae]. — Donatio, mortis causa, canonicis S. Cassiani facta. 143.
» sept. 15, ad S. Cassianum. — Canonici S. Cassiani locant Burchardo eiusque uxori petiam terrae. 144.
» ante diem 3 dec., Casulae. — Athalasia vidua Drudoli Balduini eiusque filia donant canonicis S. Cassiani terrae petiam. 146.
» dec. 6, Imolae. — Canonici S. Laurentii Thomae Graciani fabri concedunt in emphytheusim arvi petiam. 594.
» mense dec., ad S. Cassianum. — Refutatio in favorem canonicorum S. Cassiani. 145.
[1154-1239, ad S. Cassianum et Imolae]. — Nota praediorum canonicis S. Cassiani iure directo pertinentium. 147.
1155 ian. 4, Imolae. — Canonici S. Laurentii Savarisio concedunt in emphytheusim petiam arvi. 595.
» ian. 23, [ad S. Cassianum]. — Temperatus Ioanni Salvatico concedit in emphytheusim dimidiam petiam vineae. 148.
» febr. 27, ad S. Cassianum. — Canonici S. Cassiani Brandulo sesqui tornaturiam terrae locant. 149.
» mai. 11, Imolae. — Conventio de restitutione corporum Ss. Donati, Petri Ravennatis, Maurelii et aliorum. 150.
» iul. 22, [Imolae]. — Bulgarus Alberti de Bulgaro dat in emphytheusim petiam terrae et vineae. 596.
» aug. 30, ad S. Cassianum. — Diffinitio unius tabulae terrae in favorem canonicorum S. Cassiani. 151.
» sept. 17, Imolae. — Petrus de Lancitto vendit Blanco de Cazamerlis arvi petiam. 152.
» sept. 17, Imolae. — Canonici S. Laurentii presbytero Rodulpho concedunt in emphytheusim petiam terrae. 720.
» oct. 23, ad S. Cassianum. — Canonici S. Cassiani per chartulam libelli cedunt Gauzolo terrae mansum. 153.
[1155-1190] mart. 13, [territorio Bononiensi]. — Albertus abbas Hugoni de Guitotto de Casaliclo dat in emphytheusim quasdam arvi petias. 689.
1156 feb. 19, ad S. Cassianum. — Canonici S. Cassiani Rodulphino de Ursa dant in emphytheusim arvi petiam. 154.
» febr. 19, ad S. Cassianum. — Canonici S. Cassiani Guillae et Albertino et Hugolino concedunt petiam terrae. 155.
» febr. 28, Casulae. — Iacobus de Scalzatroya et Petrus Garamanzo permutant arvi petiam. 156.
» mart. 11, Imolae. — Tavianus Hugolini Ioannis de Santerno canonicis S. Laurentii donat petiam vineae. 597.
» mart. 20, Faventiae. — Henricus Alberici et Guido frater donant terrae petiam hospitali S. Georgii. 157.

1158 dec. 4, ad S. Cassianum. — Canonici S. Cassiani Petro maiori dant in emphytheusim terrae petiam. 175.

» dec. 14, Imolae. — Albertus Christiani et Aza donant canonicis S. Laurentii arvi petiam. 605.

» dec. 24, ad S. Cassianum. — Canonici S. Cassiani Hugitioni et Alberto dant in emphytheusim mansi medietatem. 176.

» mense dec., ad S. Cassianum. — Canonici S. Cassiani Orlando collegae concedunt in emphytheusim terrae petiam. 177.

» ad S. Cassianum. — Cessio petiae terrae a canonicis S. Cassiani facta. 178.

» ad S. Cassianum. — Canonici S. Cassiani Triisoldo braytae petiam in emphytheusim dant. 179.

[1158-1184, Maceratae]. — Raymundus, Orlandus, Albertus aliique plurimi negant ecclesiam S. Ambrosii aliasque Massae ecclesias dedisse collectam episcopo S. Cassiani et plebi Gipsi reverentiam fecisse. 180.

[1158-1187], ad S. Cassianum. — Guido de Oddo et Laiana donant canonicis S. Cassiani petiam arvi et vineae. 181.

1159 ian. 17, ad S. Cassianum. — Canonici S. Cassiani Ioanni Rizoni dant in emphytheusim casamentum. 182.

» ian. 18, ad S. Cassianum. — Canonici S. Cassiani petiam terrae et vineae Albertino Buzeforti in emphytheusim dant. 183.

» ian. 23, Imolae. — Canonici S. Cassiani Guidoni dant in emphytheusim petiam terrae et casamenta. 184.

» ian. 30, Imolae. — Canonici S. Cassiani Guillelmino Petri de Albizo dant in emphytheusim petiam arvi. 185.

» febr. 3, ad S. Cassianum. — Canonici S. Cassiani Rustico dant in emphytheusim casamentum. 186.

» febr. 4, [Imolae]. — Rodulphus episcopus canonicis S. Laurentii confirmat iura et privilegia a praedecessoribus concessa. 187.

» febr. 11, ad S. Cassianum. — Canonici S. Cassiani Iacobo et Athalasiae dant in emphytheusim quasdam petias terrae. 188.

» mart. 9, Imolae. — Fridericus comes Palatinus, imperatoris Friderici legatus, in tutelam recipit ecclesiam S. Cassiani. 189.

» mart. 25, ad S. Paulum. — Monachi S. Mariae in Cosmedin Alberto Conte eiusque fratri Girardo dant in emphytheusim terrae petiam. 742.

» mai. 7, ad S. Cassianum. — Canonici S. Cassiani Benedicto S. Sepulchri dant in emphytheusim duas petias terrae. 190.

» mai. 9, ad S. Cassianum. — Gisla vidua Alberti donat hospitali S. Georgii petiam terrae. 191.

» iun. 25, Imolae. — Diploma Friderici I in favorem Imolensium. 743.

» sept. 13, Imolae. — Ildebrandinus faber canonicis S. Laurentii donat arvi petiam. 606.

» oct. 6, [ad S. Cassianum]. — Benedictus prior S. Donati Druthulo concedit in emphytheusim casamentum. 192.

» oct. 6, [Imolae]. — Canonici S. Laurentii Druthogatto et Accarisio concedunt in emphytheusim casamentum. 607.

» oct. 8, Imolae. — Peregrinus Potestas Imolae cedit canonicis S. Cassiani petiam terrae quadam apposita conditione. 193.

1161 febr. 19, Imolae. — Canonici S. Laurentii Orlandino et Balduino in emphytheusim dant arvi petiam. 611.

» febr. 22, ad S. Cassianum. — Guido Alcherii donat hospitali S. Georgii clausuriam vineae. 211.

» mense febr., ad S. Cassianum. — Canonici S. Cassiani Viviano Ursello dant in emphytheusim duas petias terrae. 212.

» mense febr., [ad S. Cassianum]. — Canonici S. Cassiani Rainucino et Berthae dant in emphytheusim tabulam terrae et petiam arvi. 213.

» mart. 2, ad S. Paulum. — Monachi S. Mariae in Cosmedin Traco dant in emphytheusim terrae petiam. 747.

» mart. 5, ad S. Cassianum. — Canonici S. Cassiani Fassathello et Acarisolo dant in emphytheusim clausuriam de Ganducis. 214.

» iul. 4, [Imolae]. — Bulgarus Alberti Bulgari et Marsibilia canonicis S. Laurentii dant in emphytheusim arvi petiam. 612.

» oct. 1, [ad S. Cassianum]. — Canonici S. Cassiani Perolo pro Hosanola dant nomine dotis duas petias terrae. 215.

» nov. 20, ad S. Cassianum. — Canonici S. Cassiani Maltruthae dant in emphytheusim duas tornaturias terrae. 216.

» nov. 24, ad S. Cassianum. — Cessio hospitalis S. Georgii et omnium possessionum in favorem Rainerii abbatis de Monte Armato. 217.

» nov. 24, ad S. Cassianum. — Rainerius abbas monasterii Montis Armati tradit Temperato custodiam hospitalis S. Georgii. 218.

» nov. 28, [Imolae]. — Conventio facta inter canonicos S. Laurentii et monachos S. Mariae in Regula. 613.

» ad S. Cassianum. — Imelda relicta de Maleincalzo Temperato dat in emphytheusim vineae petiam. 219.

1162 ian. 18, Imolae. — Canonici S. Laurentii Tignoso dant in emphytheusim quasdam petias terrae. 614.

» febr. 1, ad S. Cassianum. — Canonici S. Cassiani Sassolino et Ioanni de Bonsavere dant in emphytheusim casamentum. 220.

» febr. 22, ad S. Cassianum. — Canonici S. Cassiani cedunt Rainerio abbati monasterii Montis Armati hospitale et ecclesiam S. Georgii. 221.

» mart. 3, Imolae. — Canonici S. Laurentii Ubaldino Gazese concedunt in emphytheusim arvi petiam. 615.

» mai. 16, [ad S. Cassianum]. — Canonici S. Cassiani Temperato cedunt regendum hospitale S. Georgii. 222.

» mai. 20, ad S. Cassianum. — Canonici S. Cassiani Ioanni et Orlandino dant in emphytheusim petiam terrae. 223.

» iun. 17, Imolae. — Canonici S. Laurentii Ioanni de Ingizello concedunt in emphytheusim duas arvi petias. 616.

» iul. 20, ad S. Paulum. — Monachi S. Mariae in Cosmedin Gibertolo Arardo dant in emphytheusim terrae petiam. 748.

» iul. 20, ad S. Paulum. — Monachi S. Mariae in Cosmedin Berardo Peruli dant in emphytheusim terrae petiam. 749.

» iul. 20, ad S. Paulum. — Monachi S. Mariae in Cosmedin Rigolo de Iudice Bonvino dant in emphytheusim terrae petiam. 750.

» iul. 20, ad S. Paulum. — Monachi S. Mariae in Cosmedin Villanello Arardoli dant in emphytheusim terrae petiam. 751.

1164 dec. 29, Imolae. — Instrumentum donationis et concessionis a Friderico I imperatore factae in favorem hospitalis S. Iacobi. 769.
1165 ian. 20, ad S. Cassianum. — Petrizolus Panarola donat Bonae Albertini de Ioanne magistro valimentum triginta solidorum denariorum lucensium. 234.
» febr. 17, ad S. Cassianum. — Canonici S. Cassiani Alkirolo Gandulphi Potesta dant in emphytheusim arvi petiam. 235.
» mart. 21, ad S. Cassianum. — Rodulphus episcopus Corneliensis Ecclesiae et canonici S. Cassiani permutant cum Arnulpho, Guidone Alkerii et Melli, Albertino ac Ioanne petiam terrae. 236.
» apr. 13, Casulae. — Bretammus Agrestolo et Bertholinae in emphytheusim concedit terrae petiam. 237.
» iun. 8, Imolae. — Canonici S. Laurentii Ambrosio Bonaefeminae cedunt in emphytheusim arvi petiam. 622.
» iul. 18, Solustrae. — Bertha vidua Rainucini et Arduinus cedunt canonicis S. Cassiani terrae petiam. 238.
» aug. 15, ad S. Cassianum. — Canonici S. Cassiani Ubertino et Berthae cedunt in emphytheusim terrae petiam. 239.
» aug. 30, ad S. Cassianum. — Canonici S. Cassiani Spinello et Vescovello dant in emphytheusim terrae petiam. 240.
» nov. 19, Medicinae. — Clarissima filia quondam Rainerii de Fabro Bonofilio da la Cruce refutat terrae petiam. 623.
» dec. 5, ad S. Cassianum. — Canonici S. Cassiani Altirolo et Berthae dant in emphytheusim petiam terrae. 241.
» dec. 18, ad S. Cassianum. — Canonici S. Cassiani Morandino et Albertino dant in emphytheusim petiam terrae. 242.
» dec. 31, Imolae. — Canonici S. Laurentii Bulgarello concedunt in emphytheusim arvi petiam. 624.
1166 febr. 20, [Imolae]. — Abbas monasterii S. Mariae in Regula Albrigolo dat in emphytheusim terrae et vineae petiam. 625.
» mart. 20, Imolae. — Canonici S. Laurentii Martino de Plancaldolo dant in emphytheusim vineae petiam. 626.
» mart. 30, Imolae. — Canonici S. Laurentii Zambono de Bambolo dant in emphytheusim vineae et terrae petias. 627.
» apr. 3, ad S. Cassianum. — Canonici S. Cassiani Signorello dant in emphytheusim terrae petiam. 243.
» apr. 14, ad S. Cassianum. — Rodulphus episcopus Corneliensis cum canonicis S. Cassiani permutat petiam terrae. 244.
» mai. 8, ad S. Cassianum. — Canonici S. Cassiani Guasconi et Petro dant in emphytheusim quae emerunt a Nicolao, a Bencara, a Buccaforte, a Dienza et a Petro Zanzulio. 245.
» iun. 1, ad S. Cassianum. — Canonici S. Cassiani Martignoni Ioannis Briciae dant in emphytheusim arvi petiam. 246.
» iun. 1, ad S. Cassianum. — Martignone Ioannis Briciae permutat cum canonicis S. Cassiani petiam arvi. 247.
» sept. 11, Imolae. — Sulimanus Petri de Vithilluni Petro Guidonis Sassoli dat in emphytheusim petiam arvi. 248.
» dec. 31, [ad S. Cassianum]. — Hospitalarii S. Georgii ex consensu

1169 aug. 8, Casulae. — Albertus, Guido et Ubertinus Arardi vendunt Agrestulo terrae petiam. 260.
» sept. 29, Imolae. — Canonici S. Laurentii hospitali S. Ioannis Baptistae dant in emphytheusim arvi petiam. 640.
» oct. 20, [Imolae]. — Canonici S. Laurentii Gratiano dant in emphytheusim terrae petiam. 641.
» oct. 23, Imolae. — Canonici S. Laurentii Isnardo Petri Riccoli dant in emphytheusim arvi petiam. 642.
» nov. 13, Imolae. — Canonici S. Laurentii Giberto Ansilie dant in emphytheusim arvi petiam. 643.
» nov. 25, Imolae. — Canonici S. Laurentii Alfirolo concedunt in emphytheusim arvi petiam. 644.
» dec. 1, Imolae. — Donatio facta canonicis S. Laurentii ea lege ut nonnulla pia onera solvantur. 721.
» ad S. Cassianum. — Hugo et Rainerius libellario nomine dant petiam terrae Hugolino, Menzaroni et Zanzolo. 261.
1170 ian. 20, ad S. Cassianum. — Hugo vendit Ioanni Zanzoni et Orlandino terrae petiam. 262.
» febr. 22, ad S. Cassianum. — Guidolinus donat canonicis S. Cassiani petiam terrae. 263.
» apr. 8, Imolae. — Canonici S. Laurentii Mattaro concedunt in emphytheusim arvi petiam. 645.
» mai. 1, [Imolae]. — Canonici S. Laurentii Girardo et Hugolino dant in emphytheusim terrae petiam. 646.
» mai. 10, Imolae. — Rainaldinus Hugolino et Fugatello dat petiam arvi. 264.
» mai. 10, [Imolae]. — Canonici S. Laurentii Ungarello Ioannis Bricie dant in emphytheusim arvi petiam. 647.
» iun. 5, Imolae. — Presbyter Santernus Ioanni et Petrizano Viviani Galliciae et Bertramolo dant in emphytheusim terrae petiam. 648.
» iul. 20, ad S. Cassianum. — Hugitio refutat Hugoni de Pepo quaerimoniam circa possessionem a canonicis S. Cassiani habitam. 265.
» aug. 12, Imolae. — Ligarda canonicis S. Laurentii et monachis S. Mariae in Regula donat duas arvi tornaturias. 649.
» oct. 20, ad S. Cassianum. — Guido Oddonis donat canonicis S. Cassiani petiam arvi et vineae. 266.
» dec. 16, Imolae. — Canonici S. Laurentii Arlotto dant in emphytheusim duas arvi tornaturias. 650.
1171 ian. 25, [ad S. Cassianum]. — Arnulphus presbyter cum consensu fratrum suorum Tursello dat in emphytheusim terrae petiam. 267.
» febr. 3, Imolae. — Santernus presbyter donat canonicis S. Laurentii arvi petiam. 651.
» mart. 4, Medicinae. — Petricinus de Alberto vendit Aldrigo terrae petiam. 652.
» nov. 8, ad S. Cassianum. — Ubaldinus de Scanello et Bernardinus vendunt Drutholo terrae petiam. 268.
» dec. 8, Imolae. — Albertus et Guido vendunt Agrestolo Ursello arvi petiam. 269.

1174 sept. 29, Imolae. — Monachi S. Mariae in Regula Maiolo dant in emphytheusim duas arvi petias. 653.

» oct. 25, ad S. Cassianum. — Canonici S. Cassiani Cassolo, Tonso, Baldo et Albertino dant in emphytheusim petiam terrae. 292.

1175 ian. 7, ad S. Cassianum. — Arduinus diaconus, Pepolus et Guascon donant canonicis S. Cassiani duas petias terrae. 293.

» ian. 7, ad S. Cassianum. — Canonici S. Cassiani Arduino diacono, Guasconi et Pepolo dant in emphytheusim petiam terrae. 294.

» apr. 24, [ad S. Cassianum]. — Henricus episcopus et canonici S. Cassiani Dominico abbati S. Mariae in Regula petras consignatas et ius duas ecclesias Imolae aedificandi concedunt. 295.

» mai. 8, Dutiae. — Concessio in favorem ecclesiae S. Mariae de castro Dutiae. 770.

» nov. 8, Imolae. — Ioannes Zoppus canonicis S. Laurentii refutat duas arvi tornaturias. 654.

» die 9 exeuntis mensis..., Ferrariae. — Immolensis Gerardum aliosque sui fideicommissarios nominat. 655.

1176 febr. 20, ad S. Ioannem in Treforcia. — Hugo presbyter affirmat Petrum de Cassiano reliquisse canonicis S. Cassiani petiam arvi. 296.

» mart. 20, Imolae. — Canonici S. Laurentii Zanzolino de Triforcia dant in emphytheusim hortum. 656.

» mart. 30, Imolae. — Canonici S. Laurentii Benno filio Arlotti dant in emphytheusim terrae petiam. 657.

» mai. 25, Imolae. — Gerardus de Arcella canonicis S. Cassiani refutat petiam terrae. 297.

» sept. 10, [Imolae]. — Hodiana donat canonicis S. Cassiani arvi petiam. 298.

» oct. 1, Imolae. — Canonici S. Laurentii Martino Vagoni concedunt in emphytheusim terrae petiam. 658.

1177 ian. 22, Moretani. — Fridericus I confirmat privilegium a Christiano Maguntino archiepiscopo Imolensibus civibus datum. 762.

» febr. 27, Imolae. — Testamentum Petri qui vocatur Trullus. 299.

» mart. 7, Imolae. — Canonici S. Cassiani Guidoni Bonello et aliis libellario nomine dant quasdam arvi petias. 300.

» mart. 12, Imolae. — Canonici S. Cassiani Hugolino Moretani dant in emphythensim mansum terrae. 301.

» mai. 8, Imolae. — Canonici S. Cassiani Ubaldino, Fantulino, Viviano et Ioanni de Flaibano dant in emphytheusim mansum terrae. 302.

» mai. 11, Imolae. — Conventio inter Henricum episcopum et canonicos S. Cassiani circa possessiones ecclesiae S. Vitalis. 303.

» iun. 2, Imolae. — Testamentum Berthae Graciani de Lacuna uxoris. 659.

» [Imolae]. — Sententia circa quaestionem inter monachos S. Mariae in Regula et Petrum archipresbyterum S. Prosperi. 763.

1178 febr. 12, Imolae. — Canonici S. Cassiani Maruto dant in emphytheusim vineae, arvi et terrae petiam. 304.

» mai. 13, Imolae. — Monachi S. Mariae in Regula Arduino dant in emphytheusim duas arvi tornaturias. 660.

1181 aug. 3 et 23, Imolae. — Legatum in favorem canonicorum S. Cassiani ab Alliotto et Forestano factum. 322.
» aug. 26, Imolae. — Testamentum Gualdrathae Cardillae. 323.
» oct. 13, Imolae. — Canonici S. Cassiani Aczzoni sacerdoti dant omnes decimationes et reditus ecclesiae S. Ambrosii. 324.
» oct. 14, Imolae. — Testamentum Ubaldini Dienze. 325.
» oct. 30, Imolae. — Guido Tartaugnus et alii testantur Zanzolinum de Triforcia per codicillum reliquisse ecclesiis S. Iacobi et S. Laurentii bona sua. 668.
» dec. 8, ad portam S. Petri. — Stevolus Tuso concedit in emphytheusim petiam arvi. 326.
» dec. 12, Imolae. — Hugolinellus quondam Bassi Drutolo Panarola vendit petiam terrae. 327.
1182 ian. 24, Imolae. — Monachi S. Mariae in Regula Guirardino dant in emphytheusim arvi petiam. 669.
» febr. 6, [Imolae]. — Iuramentum quo Valentinus firmat veritatem testamenti facti ab Albertino Albertinelli. 328.
» mart. 14, Imolae. — Bivolus Bonovillano vendit petiam terrae. 329.
» mart. 30, Imolae. — Canonici S. Cassiani Zavarisio Ragonis dant in emphytheusim terrae petiam. 330.
» mai. 29, Imolae. — Canonici S. Laurentii Alexio Petri Mercati dant in emphytheusim dimidiam arvi petiam. 670.
» iun. 7, Dutiae. — Canonici S. Cassiani Albertino Girardelli dant in emphytheusim terrae petiam. 331.
» aug. 13, Imolae. — Canonici S. Laurentii Aginulpho et Albertino dant in emphytheusim terrae petiam. 671.
» aug. 15, Dutiae. — Canonici S. Cassiani Albertinello Girardelli dant in emphytheusim duas petias arvi. 332.
» aug. 31, Imolae. — Canonici S. Cassiani Hugolino Guidolini dant in emphytheusim petiam terrae. 333.
» oct. 4, Imolae. — Hugolinus Macoli donat ecclesiae S. Laurentii arvi petiam. 672.
» nov. 16, Imolae. — Gerardinus Petri Uberti canonicis S. Laurentii donat vineae petiam. 673.
1183 apr. 7, Imolae. — Imila donat canonicis S. Cassiani arvi petiam. 334.
» iul. 4, [Imolae]. — Gandulphus quondam Ubaldini Gandulphi canonicis S. Laurentii donat octo terrae tornaturias. 722.
» iul. 4, Imolae. — Testamentum Gandulphi quondam Ubaldini Gandulphi Petri Gerardi. 674.
» aug. 27, Imolae. — Canonici S. Cassiani Ioanni Clariello dant in emphytheusim petiam terrae et vineae. 335.
» sept. 3, Imolae. — Vivianus Drutho Panarole vendit petiam arvi. 336.
1184 febr. 2, ad Montem Catonis. — Conventio circa medietatem mansi facta a canonicis S. Cassiani cum Hugone Marathae. 337.
» mart. 15, ad S. Cassianum. — Testificatio de cessione emphytheutica facta a canonicis S. Cassiani ecclesiae S. Iacobi de Volana. 338.
» iun. 7, ad S. Cassianum. — Canonici S. Cassiani Ioanni de Nevia et Cassolo Plasenze dant in emphytheusim terrae petiam. 339.

[1186-1187] mai. 27, Veronae. — Urbanus III Gerardo archiepiscopo Ravennatensi munus committit compellendi abbatem S. Apollinaris in Classe ut campanam iniuste detentam episcopo Imolensi restituat. 355.

[1186-1187] iun. 3, Veronae. — Urbanus III Gerardo Ravennatensi archiepiscopo munus commitit dirimendi litem inter episcopum Imolensem et fratres hospitalis Ierosolimitani exortam. 356.

1186 iul. 22, [Imolae]. — Canonici S. Laurentii Folli eiusque uxori concedunt in emphytheusim casamentum. 681.

» aug. 28, ad Montem Catonis. — Refutatio facta a Gisla in favorem canonicorum S. Cassiani. 357.

» sept. 28, Veronae. — Urbanus III in suam protectionem suscipit monachos S. Salvatoris in Simano. 358.

» oct. 16, Ravennae. — Iuramentum a comitibus Cunii, a Widone Albertini S. Cassiani et a Widone Guerrerii emissum. 765.

» oct. 25, Imolae. — Sententia in causa inter episcopum Corneliensem et Bretoldum de Königsberg totius Italiae legatum. 729, 777.

» oct. 26, ad S. Cassianum. — Canonici S. Cassiani Zurlo braitam da la Russe concedunt. 359.

» nov. 30, [Faventiae]. — Laudum ab episcopo Faventino emissum in controversia inter canonicos S. Cassiani et abbatem S. Reparatae. 360.

» nov. 30, Imolae. — Permutatio petiae terrae facta a Terentino cum Brocardo. 361.

» dec. 1, [Imolae]. — Canonici S. Laurentii Martino Gislae et Martino Gasdie in emphytheusim dant terrae petiam. 682.

» dec. 12, ad S. Cassianum. — Tethericus abbas S. Donati canonicis S. Cassiani concedit in emphytheusim medietatem possessionis cuiusdam et usumfructum lignorum de fundo Ramathaello S. Ioannis. 362.

» dec. 20, [ad S. Cassianum]. — Calvus Drutholo Panarole vendit petiam arvi. 363.

1187 febr. 21, [Imolae]. — Henricus comes Romandiolae hominibus Bergulli habitantibus potestatem facit Imolae habitandi. 766.

» febr. 23, [Imolae]. — Donatio quorundam casamentorum in favorem canonicorum S. Cassiani. 364.

» mart. 21, Imolae. — Iacobus Scazatroiam canonicis S. Laurentii in emphytheusim dat arvi petiam. 683.

» apr. 26, [Imolae]. — Canonici S. Laurentii Aldichino fruendam concedunt vineae petiam. 648.

» apr. 27, Imolae. — Iulianus monachis S. Mariae in Regula donat terrae petiam. 685.

» iun. 23, Veronae. — Urbanus III compositionem factam inter canonicos S. Cassiani et praepositum S. Mariae de castro Dutiae ratam habet, ac laudum ab episcopo Faventino latum confirmat. 365.

» iul. 3, Imolae. — Consules et rectores Imolae Henrico episcopo Corneliensis Ecclesiae donant possessionem quandam. 366.

» iul. 6, [Imolae]. — Iuramentum servandi incolumitatem episcopi Imolensis. 767.

» aug. 12, Imolae. — Canonici S. Cassiani Hugoni dant in emphytheusim petiam arvi. 367.

1191 dec. 24, Imolae. — Venditio et permutatio facta inter Guidonem Andreae et canonicos S. Laurentii. 691.

[1191-1197, Imolae]. — Canonici S. Cassiani Peppolo Barutelli dant in emphytheusim vineae petiam. 388.

1192 ian. 5, Imolae. — Canonici S. Laurentii casamentum Zannello et Bernardino in emphythensim dant. 692.

» febr. 11, [Imolae]. — Canonici S. Cassiani Hugoni Leccato dant in emphytheusim petiam terrae. 389.

» mart. 12, Imolae. — Canonici S. Cassiani Martignoni vineae petiam in emphytheusim concedunt. 390.

» apr. 12, Imolae. — Canonici S. Cassiani Benagolo dant in emphytheusim terrae petiam. 391.

» apr. 18, Imolae. — Canonici S. Cassiani Mariae dant in emphytheusim petiam terrae. 392.

» apr. 27, Imolae. — Canonici S. Cassiani Bonomartino dant in emphytheusim terrae petiam. 393.

» mai 4, Imolae. — Canonici S. Cassiani Artuso dant in emphytheusim terrae petiam. 394.

» mai. 17, Imolae. — Andreas presbyter S. Christinae Zurlano in emphytheusim dat casamentum. 693.

» mai. 25, Romae ad S. Petrum. — Caelestinus III approbat constitutionem Rufini S. Praxedis cardinalis in favorem canonicorum S. Cassiani. 395.

» aug. 1, Imolae. — Canonici S. Cassiani Trocco dant in emphytheusim arvi petiam. 396.

» sept. 12, Imolae. — Frigerius Ubertini de Matrariis et Guido Cassiano de Rubeis vendunt vineae et arvi petiam. 694.

» sept. 20, Imolae. — Persadea quondam Pacis de Letardo canonicis S. Cassiani vendit partem casamenti. 397.

» sept. 24, Dutiae. — Hugolinus Ioannis canonicis S. Cassiani et Azoni presbytero S. Mariae de Dutia cedit duas arvi petias. 398.

» oct. 21, Imolae. — Canonici S. Cassiani dant in emphytheusim terrae petiam Balduino et Bonae. 399.

» nov. 4, Imolae. — Canonici S. Laurentii Bonae viduae Garatonis dant in emphytheusim arvi petiam. 695.

» dec. 30, Imolae. — Canonici S. Cassiani Calvo dant in emphytheusim vineae petiam. 400.

1193 ian. 2, Imolae. — Bencevene Ildebrando presbytero vendit casamentum. 401.

» ian. 8, Imolae. — Orlandus Aldichino vendit arvi petiam. 696.

» ian. 14, Imolae. — Canonici S. Cassiani Iacobo de Brunitis dant in emphytheusim terrae petiam. 402.

» ian. 18, Imolae. — Canonici S. Laurentii Berthae Martini Rainerii dant in emphytheusim medietatem casamenti. 697.

» ian. 29, Imolae. — Canonici S. Laurentii Hugolino Gasdiae dant in emphytheusim medietatem casamenti. 698.

» mart. 6, [ad Montem Catonis]. — Rodulphus Drudolo Panarole dat in emphytheusim arvi petiam. 403.

1194 dec. 2, Imolae. — Monachi S. Mariae in Regula Ioanni Urselli dant in emphytheusim vineae petiam. 704.

» dec. 30, Imolae. — Transactio inter Athalasiam uxorem Bernardi fabri cum canonicis S. Cassiani. 423.

1195 febr. 14, Imolae. — Canonici S. Laurentii Baldulo, Malpeae, Dominico et Guidoni dant in emphytheusim casamentum. 705.

» apr. 4, Imolae. — Canonici S. Cassiani Caurenello concedunt in emphytheusim vineae petiam. 424.

» apr. 7, Imolae. — Canonici S. Cassiani Puritino et Nicolao Guidonis Tartagni dant in emphytheusim arvi petiam. 425.

» apr. 15, Imolae. — Canonici S. Cassiani Albinae concedunt in emphytheusim arvi petiam. 426.

» apr. 23, Imolae. — Hugolinus Runzanus Albertinello Drutholi vendit tenimentum. 427.

» iul. 10, Imolae. — Canonici S. Cassiani Bonoamico et Orabone dant in emphytheusim petiam terrae. 428.

» aug. 19, Imolae. — Canonici S. Cassiani Guiberto de Dutia concedunt in emphytheusim dimidiam terrae petiam. 429.

» sept. 10, [Imolae]. — Canonici S. Cassiani Azoni abbati S. Zachariae in Trecentis dant hospitale Stemperati. 430.

» oct. 8, Imolae. — Canonici S. Cassiani Zanettolo et Pirolo Sordelli dant in emphytheusim arvi petiam. 431.

» oct. 16, Bononiae. — Palmerius de Imola canonicis S. Cassiani vendit quartam molendini partem. 432.

» oct. 18, Imolae. — Luchese uxor Palmerii ius molendi canonicis S. Cassiani confirmat. 433.

» oct. 21, [Imolae]. — Canonici S. Cassiani Zanettolo et Pirolo dant in emphytheusim petiam terrae. 434.

» nov. 7, Imolae. — Canonici S. Cassiani Girardino Agrestoli dant emphytheusim in fundum Cruciferia. 780.

» nov. 11, Imolae. — Canonici S. Cassiani Brunello et Petrocino dant in emphytheusim arvi petiam. 435.

1196 febr. 15, Imolae. — Canonici S. Cassiani Ioanni Paulo dant in emphytheusim arvi tornaturiam. 436.

» apr. 23, Imolae. — Albertus Ferrus canonicis S. Cassiani vendit terrae petiam. 781.

» apr. 29, Dutiae. — Bertolottus Drudolo Panarole vendit arvi petiam. 437.

» mai. 16, Imolae. — Lombardinus et Paganus Albertinello Drudoli refutant petiam terrae. 438.

» iul. 22, Bagnariae. — Dota refutat canonicis S. Cassiani terrae petiam. 439.

» aug. 29, Imolae. — Canonici S. Cassiani Fantulo eiusque uxori Berthae dant in emphytheusim arvi petiam. 440.

» sept. 22, Imolae. — Canonici S. Cassiani Calvinello dant in emphytheusim arvi tornaturiam. 441.

» oct. 7, Imolae. — Canonici S. Cassiani Gerardo diacono et canonico dant in emphytheusim arvi petiam. 442.

1199 apr. 6, Imolae. — Canonici S. Cassiani Guidotto Guarneriii dant in emphytheusim sex arvi petias. 459.

» apr. 12, Imolae. — Canonici S. Cassiani Gratiano dant in emphytheusim arvi petiam. 460.

» iun. 13, Imolae. — Canonici S. Cassiani Taviano dant in emphytheusim arvi petiam. 461.

» sept. 15, Imolae. — Canonici S. Cassiani Guidobono dant in emphytheusim duas partes unius medietatis clausuriae. 462.

1200 ian. 13, Imolae. — Canonici S. Cassiani Iacobo de Guazo dant in emphytheusim terrae mansum. 463.

» febr. 22, Imolae. — Girardus de Mazaincollo et Hugo Arardi Zanello Ioanni de Trifortia dant arvi petiam. 464.

» mart. 17, Imolae. — Canonici S. Cassiani Petro de la Tusca renovant emphytheusim supra arvi et vineae petiam. 465.

» iun. 2, Imolae. — Canonici S. Laurentii Hugolino dant in emphytheusim casamentum. 714.

» sept. 29, Imolae. — Canonici S. Cassiani Florentino dant in emphytheusim arvi petiam. 466.

» nov. 4, Imolae. — Petrus Merchatus et Ioannes Burzae Nicolao dant in emphytheusim terrae petiam. 715.

» nov. 17, Imolae. — Canonici S. Cassiani Sarragoni dant in emphytheusim tres petias terrae. 467.

» nov. 18, Imolae. — Hugolinus de Maradi donat canonicis S. Cassiani terras, vineas et possessiones. 468.

[XII saec., Imolae]. — Promissio observandi precepta contra sagittarios, balistarios, incendiarios et circa securitatem coemeteriorum, ecclesiarum etc. 469.

[XII saec., Imolae]. — Fragmentum instrumenti respicientis donationem in favorem cuiusdam ecclesiae. 470.

[XII saec., Imolae]. — Nota reddituum quos canonica S. Cassiani in curia Bagnariae percipiebat. 471.

[XII saec., Imolae]. — Nota bonorum quae in curia Bagnariae a quibusdam possidentur. 472.

[XII saec., Imolae]. — Nota possessionum quas canonici S. Cassiani habent in curte Montis Catonis. 473.

[XII saec., Imolae]. — Nota finium quibus bona canonicorum S. Cassiani in curte Montis Catonis existentia notantur. 474.

[XII saec., Imolae]. — Saracinus Pusterlae et Hugolinus Draconis arbitri constituuntur in controversia inter Ioannem Prata et Zanzum de Monte Auliveti. 475.

[XII saec., Imolae]. — Nota possessionum quas habent Timideus, Litiardus, haeredes Panzoli et Ungarelli, et earundem finium descriptio. 476.

[XII saec., Imolae]. — Quae canonicis S. Cassiani pertinent iure possessionis ex terra de domo Guidonis Raimberti. 477.

[XII saec., Imolae]. — Descriptio quarundam terrae tornaturiarum quas canonica S. Cassiani in emphytheusim dedit. 478.

[XII saec., Imolae]. — Nota pensionum quae a variis ecclesiis percipiuntur. 716.

II.

NOMINA NOTARIORUM.[1]

[1] Numerus arabicus indicat documentum: anni autem parenthesi inclusi diem antiquioris et recentioris acti ab unoquoque notario rogati.

III.

NOMINA HOMINUM ET LOCORUM.

IV.

GLOSSARIUM.[1]

albergaria 147, 451 (548, 552, 554), 452 (573); albergum 341.
albuli 232, 291, 330, 362, 370-1, 436; albuli Venezie 690.
allethamare 179.
amiscere, ammiscere, amisere, amissere, amisscere 34, 48, 63, 75, 88, 97-8, 141, 147, 153, 162, 204, 212, 226, 239, 261, 273, 285, 287, 300-2, 304, 318, 337, 349, 352, 394, 399, 419, 451 (563), 463, 471, 473, 521, 625, 736, 742.
ana, anas, annas 2, 5, 9, 11, 15-6, 18, 24.
anathema, 20.
ancilla 67, 724.
androna, andruna 479, 657-8, 676-7.
anfora, amphora, ampfora 63, 97, 134, 153, 261, 285, 287, 290, 302, 304, 316-7, 319, 463, 471, 477, 487, 521, 730, 744, 747-53, 758-60.
apatoatus 452 (564, 572).
aqua piscatoria 699.
aqua sancta 263.
arbore pectore ponente 261.
arca 404.
area 34, 63, 75, 153, 226, 287, 300-2, 304, 419, 445, 463, 473, 521, 567.
argentum, arientum 2, 5, 9, 11-2.
aringium, aringum 150, 575, 739-40.
arma 66, 224.
asinus 450 (547), 739.
aulive ebdomada 180.
aurum 66; aurum ebrizum, obrizum 1-3; optimum 5, 8, 10-2, 15-6, 18, 24-5, 36-7, 39-40; purissimum 31.
baculus 439.
baila 452 (576-7).
balistarius 469.
barile, barilis 139, 147.
barones 224.
batere 75, 97.
batismate 430.
bellum 264, 278.
blachium candele 451 (556, 560), 452 (561, 573, 576, 578), 453.

[1] Litteris diversis exprimuntur voces aut vocum formae vel significationes quae desunt Du Cange-Favre, *Glossarium ad scriptores mediae et infimae latinitatis.*

covus 88.
crisma 180, 451 (550, 552-3, 556, 558, 561-2), 452 (567, 573), 453.
cupa argenti 306.
curia 36, 224.
curtare 278.
curtina 702.
curtis (*pro* area) 545.
currus 300, 419, 736.
decima 288, 324, 502, 711.
denarii, dinarii, dinari 1, 2, 5, 9, 11-2, 21-2, 97, 208, 216, 251-2, 340, 351, 393, 396, 398, 404, 414, 428-9, 434, 436, 441, 443-4, 447, 449, 451 (549-50, 552, 554, 557, 559-62), 452 (566), 455, 462, 482, 487, 509, 536, 617, 652, 716, 734, 736, 778-9; bononienses, Bononie, 147, 434, 442, 444, 446, 449, 459-61, 463-7, 706-7, 710-1, 713-6; lucenses, luccenses, Luce 38, 40, 45, 48-9, 52, 60, 71, 75, 80, 84-6, 88-90, 96, 98, 102, 110, 116, 120, 126-7, 129, 134, 136, 138-9, 144, 147, 149, 152, 154-5, 160-1, 163-4, 166, 169-71, 173, 175-6, 182-6, 188, 190, 192, 194-201, 204, 208, 213, 216, 220, 223, 226-7, 229, 231-3, 235-7, 239-41, 245-6, 248, 250-1, 253, 255-7, 259, 261-4, 273-5, 278, 280, 283, 286, 290-2, 294, 300-302, 304, 309-11, 316-8, 331-3, 335, 338-9, 342, 346, 348, 351, 354, 364, 367-74, 382-4, 389-90, 392-4, 396, 399-400, 406, 409-10, 417, 424-6, 428, 431, 435, 447-8, 453, 471, 473, 477, 521, 523, 552, 596, 612, 618-20, 622-3, 625, 628, 632-4, 640, 645-6, 648, 652-3, 656-8, 660, 662, 666-7, 670-1, 677-80, 682-3, 687, 692, 695, 697-8, 700, 703, 705, 716, 720, 746, 754, 775; pisani, de Pisa 326, 623, 716; venetici, de Venecia, Venetic 16-7, 24-6, 28-9, 37-8, 40-1, 45, 78, 81, 83, 93, 122, 148, 177, 182, 202, 219, 230, 232, 243, 248-9, 267, 270-271, 319, 330, 340, 383-4, 488-90, 492, 495, 498, 501, 505-6, 510-3, 516, 518, 527, 529, 531, 534-5, 538-539, 546-7, 558, 560, 562, 573, 577-578, 581, 587-8, 591-2, 594-5, 599, 601-4, 607, 609, 611, 614-6, 624, 626-7, 631-2, 635-6, 641-5, 647, 650, 680, 716, 731-2, 742; veronenses, Verone 691, 733.
digitus 686.
discus, disscus 451 (558), 452 (565).
disnare 451 (563).
dux 189, 580.
enxenium, exenium, ensenium, ensennium 445, 483, 521, 730.
equus, equs 66, 451 et 452 *passim*, 453, 745.
erresia 451 (548).
evangelia, evvangelia 277, 401, 610.
excomunicatio 150.
exequie 266, 347.
faba 452 (571), 471, 477, 716.
falcidia 325.
fedrum, fodrum 452 (571), 729.
feudum 150, 183, 187, 267, 451 et 452 *passim*, 453.
ficta 710.
fidei commissarii 66.
fidelitas 147.
flumicellum 144.
focacia, fogacia, fogatia, fugazia 48, 60, 63, 75, 98, 141, 147, 162, 204, 212, 226, 239, 261, 273, 285, 290, 300, 302, 304, 316-8, 337, 352, 394, 399, 463, 471, 473, 477, 681, 730, 742, 744, 747-52, 758, 760.
fossa 547, 590, 699; fossula 81.
fossatum 2, 47, 182, 513, 630, 692-3.
fresengum, frixengum, frisingum 34, 63, 226, 301, 304, 318, 419, 445, 487, 521.
frumentum 147, 264, 300, 302, 337, 342, 399, 452 (571), 453, 471.
fustis 35.
gallina, galina 63, 300, 304, 730, 749-753, 759-60.
gandaticum 487.
gavillum 553.
gramaticus 772.
granum 34, 63, 162, 273, 477, 482-3, 521, 618, 716, 730, 744.

starium 48, 88, 147, 162, 204, 214, 226, 231, 233, 239, 301-2, 304, 316, 419, 477, 482-3, 521, 553, 618, 730; Casule 239.
stariolum 63.
stazonis (cum) 702.
stola 360.
strata publica 598.
tabula, tabulla 479, 772.
taula 133, 151, 163, 213, 732, 742, 744, 746, 757.
tectus 302, 720.
tentoria 224.
terraticare 204.
theloneum, toloneum 726-8, 731.
tinca 370-1, 716.
tintinnabulum 395.
tornaturia, turnaturia 5, 8, 28-9, 34, 36-8, 41, 45-6, 48, 50-1, 54-5, 60-3, 65-7, 70, 72-3, 74-5, 78-9, 81, 83, 86, 88-9, 91-2, 95-6, 99, 102-5, 107-114, 119-22, 126-31, 133, 135, 137-8, 140, 141-4, 146-7, 149, 151-2, 154-5, 157, 160, 163-4, 166, 168, 170, 172-173, 175, 177-8, 181, 183-5, 187, 190, 193-202, 204, 216, 219, 223, 229, 235, 238-41, 248, 250, 252, 256-7, 259-63, 266-70, 272, 276, 279, 285, 287-9, 293-4, 300, 303-7, 309, 312, 315-8, 321-3, 328, 331, 333-7, 340-3, 346-9, 351-3, 361, 364, 368-9, 373, 383-4, 386, 388-91, 394, 396, 399-400, 402, 407, 417, 419, 421, 424-6, 431, 434-6, 439-49, 451 (549), 452 (566), 453-5, 458, 460-2, 465-6, 471-2, 478, 482-4, 486-7, 491, 501, 503-6, 508, 511, 514-5, 518, 520-2, 525, 537, 540, 542, 544-5, 548, 553-555, 557-8, 560-2, 565-6, 568-9, 571-3, 580, 585-6, 589-90, 594-6, 598, 600-1, 608, 611-2, 614-5, 618-9, 625, 631, 633, 636-40, 643-6, 649-651, 653-4, 660-1, 663, 665-6, 671-2, 674, 679-80, 682-3, 685, 687, 689, 691, 696, 700, 702, 706, 709, 711-3, 716-20, 722, 730, 736-7, 742, 744-5, 747-54, 758-60, 771, 774, 778, 779, II, VIII.
tremissa 21.
trigesima 515.
triturare 88, 134, 302, 304, 316-7, 349, 370, 758.
tubata, *tuvata* 423, 440, 460, 580, 712.
tumba 564, 567, 756.
uncia, untia, unci, unci auri, 1-2, 5, 8, 10-8, 21-6, 28-34, 37-8, 40-1, 43, 60-1, 63, 65, 67, 69, 72-3, 76, 80-1, 84-5, 88-96, 99, 102-3, 112, 115-6, 119, 126-7, 138, 142, 152, 154-5, 172, 185, 191, 194, 196, 248, 261, 302, 360, 362, 482-4, 486-8, 490, 498-501, 504-5, 508-22, 524-31, 533-535, 537-9, 541-9, 551-9, 562-3, 568-569, 571, 573-4, 576, 579, 581, 583, 585-7, 589-91, 594-7, 606, 617, 619, 718, 730, 735-6, 742, 745-6, 754, 763-4, 771, 773.
uva 178.
vaca 475.
vacuamentum 40, 66, 546, 552.
valimentum 234, 338.
valle (la) 699.
valvasores 151, 580, 613.
vatia 716.
vecta 141.
vegetes 131, 601.
vendemare, vindemiare, vindemia 97, 134, 139, 242, 261, 730, 758.
veneciani, *venetici*, veneti 4, 5, 9, 11-2, 15, 18; *v.* dinarii, libre, solidi.
veronenses 321, 343, 370, 402-3, 693, 716; *cf. etiam* denarii, libre, solidi.
vezia vini 451 (562).
via carraria 63.
viarium 246.
vigrum 757.
vilicus 340.
vinum 60, 63, 97, 134, 139, 141, 147, 153, 261, 285, 287, 290, 316-7, 349, 352, 419, 445, 451 (562), 452, (574), 463, 471, 473, 477, 487, 521, 601, 730, 744, 747-9, 752-3, 758 60.
virga 68, 150, 163, 621.
vita 145.

SCRIPTORES

IN NOTIS BIBLIOGRAPHICIS SIGLIS CITATI.

(ALBERGHETTI G.), *Compendio della storia civile, ecclesiastica e letteraria della città d'Imola.* Parti I-II. Imola 1810.

BALDISSERRI L., *L'episcopato imolese nel sec. XII;*
In *Rivista storico-critica delle scienze teologiche.* Roma, F. Ferrari, a. VI, fasc. 7-8, luglio-agosto 1910.

— *I Castelli di Cunio e di Barbiano.* Imola 1911.

BÖHMER J. FR., *Regesta chronologico-diplomatica regum atque imperatorum Romanorum inde a Conrado I usque ad Heinricum VII.* Frankfurt am Main 1831.

Bullarium privilegiorum ac diplomatum Romanorum Pontificum amplissima collectio... opera et studio CAROLI COCQUELINES. Tom. II. Romae 1739.

Bullarium diplomatum et privilegiorum sanctorum Romanorum Pontificum Taurinensis editio... cura et studio R. P. D. ALOYSII TOMASSETTI. Tom. II. Augustae Taurinorum 1858.

CAPPELLETTI G., *Le chiese d'Italia dalla loro origine ai giorni nostri.* Vol. II. Venezia 1844.

FANTUZZI M., *Monumenti Ravennati dei secoli di mezzo per la maggior parte inediti.* Vol. VI. Venezia 1804.

FERRI A., *Memorie storiche d'Imola.* Tom. II. (Opus ms. in Bibl. municip. Imolae).

HESSEL A., *Eine im Auftrage Friedrichs I. ausgestellte Urkunde vom 29. Dezember 1164;*
In *Neues Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde,* vol. XXXVI, fasc. I. Hannover 1910.

JAFFÉ PH., *Regesta Pontificum Romanorum ab condita Ecclesia ad annum MCXCVIII.* Berolini 1851.

JAFFÉ-KALTENBRUNNER; JAFFÉ-EWALD; JAFFÉ-LOEWENFELD. *Regesta Pontificum Romanorum ab condita Ecclesia ad annum post Christum natum MCXCVIII.* Lipsiae 1885-88.

KEHR P. F., *Regesta Pontificum*

Romanorum, Italia Pontificia. Vol. V. Berolini 1910.
— In *Nachrichten der Königl. Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen, Philologisch-historische Klasse, 1898, 1903, 1910.* Göttingen 1898-1910.

LENEL W., *Ein Handelsver trag Venedigs mit Imola vom Jahre 1099;* In *Vierteljahrschrift für Social— und Wirtschaftsgeschichte,* vol. VI, fasc. 2. Stuttgart, 1908.
— In *Nuovo Archivio Veneto,* Nuova serie - Anno VII, t. XVI, parte I.

LIVERANI F., *Opere.* Vol. IV. Macerata 1859.

MANZONIUS A. M., *Episcoporum Corneliensium sive Imolensium Historia.* Faventiae 1719.

MAZZATINTI G., *Gli Archivi della storia d' Italia.* Vol. I. Rocca S. Casciano 1897-8.

MIGNE J.-P., *Patrologiae cursus completus.* Series latina. Tomi CLXXX, CC. Lutetiae Par. 1855.

SAVIOLI L. V., *Annali Bolognesi.* Vol. I, part. II. Bassano 1784.

Sommario nella causa fra l'ospitale di S. Maria della Scaletta d' Imola e la provincia di Ravenna ed i comuni diocesani in punto *Alimentazione degli esposti.* Imola [1871] (?).

STUMPF-BRENTANO K. F., *Die Reichskanzler vornehmlich des X., XI. und XII. Jahrhunderts.* Zweiter Band: *Verzeichniss der Kaiserurkunden.* Innsbruck 1865-1883.

UGHELLUS F., *Italia Sacra sive de episcopis Italiae.* Tom. II. Romae 1647. — Tom. X, appendix cura et studio NICOLAI COLETI. Venetiis 1722.

VESI A., *Documenti editi e inediti che servono a illustrare la storia di Romagna.* Bologna 1845.

ZACCARIA F. A., *Series Episcoporum Forocorneliensium.* Tomi I-II. Forocornelii 1820.

ADDENDA

Doc. 479, nota 1. Haec nota delenda; cf. n. 772.
n. 762. Aliud exemplar huius diplomatis, mm. 700×395, reperitur in Archivo Vaticano, arm. XXXVI, t. 26, n. 1, uti aliud sub n. 743 relatum. Refert Palmerius Peregrini; *cf. pag. 351, l. 31.*

CORRIGENDA

Ad primum volumen: Pag. XI, l. 31. francescani *96, 3.* Sbuzaluvo *60, 29.* Corneliensis *120, 24.* de Mencio *251, 49. Alberghetti, II, 49; 360, 11.* Viario *398, 39.* Ta⟨u⟩siniano *519, 31. S. Zachariae* *615, 11.* Vol. II.

Ad secundum volumen: Pag. 5, l. 11. floruit *7, 27.* [Imolc] ante diem 14 [maii] *10, 34. praeposito* *30, 29. margine* *30, 32.* 2 martii *38, 9. mm.* *42, 20. Bonusfilius* *58, 3. Rainaldo* *68, 3. Guilla* *69, 19. Ioanni* *74, 26. Auliva* *82, 3. Ubaldo presbytero et Ambrosio nepoti suo* *84, 15. Ioannes.* *88, 13. vacuamentum* *104, 15. ser.* *112, 14.* Insula *112, 16.* heredes Iohannis Faifulia *114, 14. n. 574.* *139, 34. tornaturiis* *143, 4. omittitur.* *154, 11.* iulii *175, 34.* Imolae *191, 6.* 12 *197, 15.* Ferrariae *198, 22. Zanzolino* *201, 30. Bertae uxoris Graciani* *219, 17.* Arsi *223, 24.* Henricus *225, 34. concedunt* *241, 15. saec.* *241, 20. Rubeis — et fratri* *244, 36.* MCLXXXXIII *245, 21* denariorum *247, 17. Mariae* *249, 38. saec.* *256, 11,. manu saec.* *258, 28. Caelestinus* *28. decernit* *259, 16. I. L.* *293, 25. notario.* *308, 27. 766.* *342, 26. Bulgarello.* *351, 22. bullatica* *356, 10.* da Ragoni *376, 27 et 400, 48. Cessio ab Hugolino Tucamaiolo facta.* *377, 12-3. Pind[encinis] de Baiolis* *383, 13.* vineae *385, 3 et 23.* Ioannes *386, 33.* Maria *387, 31.* Bonus *388, 38.* vineae *388, 45.* Guilla *392, 30.* Ponzano *396, 47.* Agrestolus *397, 1.* Maiori *397, 47.* potestas *398, 17.* Gratiano *405, 4.* Balbo *405, 41.* Bertae *415, 48.* 716. *446, 8 a.* (de) 20, II, XVII *466, 47. hora,* *478, 15 a.* Marie (S.).

INDEX

NIHIL OBSTAT.

Bononiae, e conventu S. Pauli in Monte,
2 decembris 1912.

Fr. Bonaventura Giordani O. F. M.
Min. Prov. S. Catharinae.

NIHIL OBSTAT.

Imolae, 13 decembris 1912.

Can. Aloisius Albertazzi *Censor eccles.*

IMPRIMATUR.

Imolae, 13 decembris 1912.

Ioannes Biondi *Administrator apost.*

HOC CHARTULARIUM

confectum IX kal. ianuarias MCMXII.

EDITIO CCCL EXEMPLARIUM.

CHARTULARIUM IMOLENSE

Vol. I.

ARCHIVUM S. CASSIANI

(964-1200)

Venit L. 25.

APUD
MAX BRETSCHNEIDER
VIA DEL TRITONE, N. 60
ROMA